Sicut divisiones aquarũ ita cor regis in manu dñi: quorunq; voluerit inclinabit illud. Omnis via viri recta sibi videtur: appẽdit autem corda dñs. Facere misericordiã ⁊ iudicium: magis placet dño q̃ victime. Exaltatio oculorũ ẽ dilatatio cordis: lucerna impiorũ peccatũ. Cogitationes robusti semp in abũdantia: omnis autem piger semp in egestate est. Qui cõgregat thesauros lingua mendacij vanus ⁊ excors est: ⁊ impingetur ad laqueos mortis. Rapine impiorum detrahent eos: quia noluerunt facere iudicium. Peruersa via viri aliena est a deo: qui aũt mũdus est rectũ opus eiꝰ. Melius est sedere in angulo domatis: q̃ cũ muliere litigiosa ⁊ i domo cõmũi.

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0018
powered by DWork • Heidelberg University Library

Anima impij desiderat malū: non
miserebit̄ proximo suo. Mulctato pe-
stilente sapiētior erit paruulus: et si se-
ctetur sapientē sumet scientiā. Excogi-
tat iustus de domo impij: ut detrahat
impios a malo. Qui obturat aurem
suā ad clamorē pauperis: ⁊ ipe clama-
bit ⁊ nō exaudiet̄. Mun⁹ absconditū
extinguit iras: ⁊ donū i sinu indigna-
tionē maximā. Gaudiū iusto ē facere
iudiciū: et pauor operantibꝫ iniq̄tatē.
Vir qui errauerit in via doctrine: in
cetu gigantiū cōmorabit̄. Qui diligit
epulas ī egestate erit: qui amat vinū
et pingula nō ditabit̄. Pro iusto da-
bitur impi⁹: ⁊ pro recto iniqu⁹. Meli⁹
est habitare in terra deserta: q̄ cū muli-
ere rixosa et iracūda. Thesaurus desi-
derabilis et oleū in habitaculo iusti:
et imprudens homo dissipabit illud.
Qui sequit̄ iusticiā et misc̄diam inue-
niet vitā et iusticiā et gloriā. Ciuitatē
fortiū ascēdit sapiēs: destruxitq; robur
fiducie eius. Qui custodit os suum et
⁊ linguā suā: custodit ab āgustijs ani-
mam suā. Superbus et arrogās voca-
tur indoct⁹: qui in ira operatur superbi-
am. Desideria occidūt pigrū noluerūt
enī quicq̄ manus eius operari. Tota
die cōcupiscit et desiderat: qui autem
iustus est tribuet et nō cessabit. Hostie
impiorū abominabiles: q̄ offerūtur
ex scelere. Testis mēdax peribit: vir obe-
diens loquetur victoriā. Vir impius
procaciter obfirmat vultū suū: q̄ au-
tem rectus est corrigit viā suā. Nō est
sapientia· nō est prudētia: nō est ꝯsiliū
contra dn̄m. Equus parat̄ ad diem
belli: dn̄s autē salutē tribuit. xxii

Melius est nomē bonū q̄ diuitie
multe: sup argentū enī et aurū
grā bona. Diues ⁊ pauper obuiauerūt
sibi: vtriusq; operator est dn̄s. Callid⁹
videt malū et abscondit se: innocens
pertrāsijt et afflict⁹ est damno. Finis
modestie timor dn̄i: diuitie et gloria
et vita. Arma et gladij in via superbi:
custos autem aīe sue longe recedit ab
eis. Prouerbium est adolescens iuxta
viā suā: etiā cū senuerit nō recedet ab
ea. Diues pauperibꝫ imperat: ⁊ q̄ acci-
pit mutuū seruus est fenerantis. Qui
seminat iniquitatē metet mala: ⁊ vir-
ga ire sue consūmabit̄. Qui pronus
est ad misc̄diam bn̄dicetur: de panibꝫ
enī suis dedit pauperi. Victoriā ⁊ ho-
norem acquiret qui dat munera: ani-
mam aūt aufert accipientiū. Eice de-
risorem et exibit cū eo iurgiū: cessabūt
q; cause et cōtumelie. Qui diligit cor-
dis mūdiciā: ꝓpter grām labioꝝ suoꝝ
habebit amicū regem. Oculi dn̄i custo-
diūt scientiā: ⁊ supplantant̄ verba ini-
qui. Dicit piger· leo ē foris: in medio
platearū occidendus sum. Fouea pro-
funda os aliene: cui irat⁹ est domin⁹
incidet in eā. Stulticia colligata est in
corde pueri: et virga discipline fuga-
bit eā. Qui calumniat̄ pauperē ut au-
geat diuitias suas: dabit ipe ditiori
et egebit. Fili mi inclina aurē tuā: et
audi verba sapientiū. Appone autem
cor ad doctrinā meam: que pulcra erit
tibi cū seruaueris eā in ventre tuo. Et
redūdabit in labijs tuis: ut sit in dn̄o
fiducia tua. Unde et ostendā eā tibi
hodie. Ecce descripsi eam tibi tripliciter
in cogitationibꝫ et scientia: ut ostende-
rem tibi firmitatem et eloquia verita-
tis: respōdere ex eis illis· qui miserūt te.
Nō facias violentiam pauperi quia
pauper est· neq; cōteras egenū in porta:
quia iudicabit dn̄s causam eius: et
configet eos qui confixerūt animā ei⁹.



Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0019
powered by DWork • Heidelberg University Library

Noli esse amicus homini iracundo: neq; ambules cū viro furioso: ne forte discas semitas eius: et sumas scandalū aīe tue. Noli esse cū his qui defigūt manus suas: et qui vades se offerunt pro debitis. Si enī nō habes unde restituas: quid causę est ut tollat operimētū de capite tuo? Ne trāsgrediaris terminos antiquos: qs posuerunt pres tui. Vidisti virū velocē i opere suo: coram regibs stabit: nec erit āte ignobilēs.

Quādo sederis ut comedas cū principe: diligēter attende q̄ sunt apposita āte faciē tuā: et statue cultrū in gutture tuo: si tamen habes in potestate aīmā tuā. Ne desideres de cibis eius: in quo est panis mēdacij. Noli laborare ut diteris: sed prudētie tue pone modū. Ne erigas oculos tuos ad opes quas nō potes habere: quia facient sibi pēnas quasi aquile: et volabunt in celū. Ne comedas cū homine invido et ne desideres cibos eius: quī in similitudinē arioli et coniectoris estimat qđ ignorat. Comede et bibe dicet tibi: et mens eius non est tecū. Cibos quos comederas euomes: et perdes pulcros sermones tuos. In auribus insipientiū ne loquaris: qa despiciēt doctrinā eloquij tui. Ne attingas parvulos: terminos: et agrū pupillos ne intercas. Propinquus enī illos fortis est: et ipe iudicabit cōtra te causā illorū. Ingrediat ad doctrinā cor tuū: et aures tue ad verba scientie. Noli subtrahere a puero disciplinā: si enī percusseris eū virga: nō morietur. Tu virga percutes eū: et aīmā eius de inferno liberabis. Fili mi si sapiens fuerit animus tuus gaudebit tecū cor meū: et exultabunt renes mei cū locuta fuerint recta labia tua. Nō emuletur cor tuū peccatores: sed in timore dñi esto tota die: quia habebis spem in novissimo: et pstulatio tua nō auferetur. Audi fili mi et esto sapiens: et dirige in via animū tuū. Noli esse in conuiuijs potatorum: nec in collationibus eorum qui carnes ad vescendū conferūt: quia vacantes potibs et dantes symbola cōsumētur: et vestiet pannis dormitatio. Audi patrē tuū qui genuit te: et ne cōtemnas cū senuerit mater tua. Veritatē eme: et noli vēdere sapientiā et doctrinā et intellīgentiā. Exultat gaudio pater iusti: qui sapientē genuit letabitur in eo. Gaudeat pater tuus et mater tua: et exultet qui genuit te. Prebe fili mi cor tuum michi: et oculi tui vias meas custodiant. Fovea enī profunda est meretrix: et puteus angustus aliena. Insidiat in via quasi latro: et quos incautos invenerit interficiet. Cui ve cui? patri ve: cui rixe: cui fovee: cui sine causa vulnera: cui confectio oculoz? Nōne his q̄ cōmorant in vino et studēt calicibs exquisitis? Ne intuearis vinū quādo flavescit: cū splenduerit in vitro colorem suū. Ingredit blāde et in novissimo mordebit ut coluber: et sicut regulus venena diffundet. Oculi tui videbūt extraneas: et cor tuū loquitur perversa. Et eris sicut dormiens in medio mari: et quasi sopitus gubernator amisso clauo: et dices. Verberauerūt me sed nō dolui: traxerūt me et ego nō sensi. Quādo evigilabo: et rursus vina repetam?

Ne emuleris viros malos nec desideres esse cū eis: quia rapinas meditat mens eoz: et fraudes labia eoz loquūtur. Sapiētia edificabit domū: et prudentia roborabitur. In doctrina replebūtur cellaria: omni substātia preciosa et pulcerrima.

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0020
powered by DWork • Heidelberg University Library

Vir sapiens fortis est et vir doct⁹ robustus et validus: quia cū dispositione initur bellū: et erit salus ubi multa cōsilia sunt. Electa stulto sapientia: in porta nō aperiet os suū. Qui cogitat mala facere: stult⁹ vocabit̄. Cogitatio stulti peccatū ē: et abominatio hoīm detractor. Si desperaueris lapsu⁹ in die angustie: imminuet̄ fortitudo tua. Erue eos qui ducūtur ad mort̄: et qui trahunt̄ ad interitū liberare ne cesses. Si dixeris vires nō suppetunt: qui inspector est cordis ipse intelligit et seruatorē aīe tue nichil fallit: reddetq; homini iuxta opera sua. Comede fili mi mel q̄a bonū ē: et fauū dulcissimū gutturi tuo. Sic et doctrina sapientie aīme tue: quā cū inueneris habebis in nouissimis spem: et spes tua non peribit. Ne insidieris et q̄ras impietatem in domo iusti: neq; vastes requiē eius. Septies enī in die cadet iustus et resurget: impij autē corruet̄ in malum. Cū ceciderit inimic⁹ tuus ne gaudeas et in ruina ei⁹ ne exultet cor tuū: ne forte videat dominus et displiceat ei: et auferat ab eo iram suā. Ne contendas cū pessimis: nec emuleris impios: quoniā nō habēt futurorū spē mali: et lucerna impior⁹ extinguetur. Time dñm fili mi et regē: et cū detractoribus nō cōmiscearis. Quoniā repente consurget ḡditio eor⁹: et ruinam utriusq; quis nouit. Hec q̄ sapientibus. Cognoscere gl̄onā in iudicio nō est bonum. Qui dicit impio iust⁹ es: maledicent eis pl̄i: et detestabunt̄ eos tribus. Qui arguūt eū laudabuntur: et super eos veniet benedictio. Labia deosculabit̄: q̄ recta verba rēdet. Prepara foris op⁹ tuū: et diligēter exerce agrū tuū: et postea edifices domum tuam. Ne sis testis frustra contra proximū tuū: ne lactes quemq; labijs tuis. Ne dicas quomō fecit michi sic faciā ei: et reddā vnicuiq; sc̄m op⁹ suū. Per agrū hominis pigri trāsiui: et per vineā viri stulti. Et ecce totū repleuerāt urtice: et operuerāt superfic̄iē eius spine: et macella lapidū destructa erat. Quod cū vidissem posui in corde meo: et exemplo didici disciplinam. Usquequo piger dormies: usquequo de somno cōsurges? Paz inquā dormies: modicū dormitabis: pauxillū manꝰ cōseres ut quiescas et veniet tibi quasi cursor egestas tua: et mēdicitas q̄si vir armat⁹.

XXV

Gloria dei est celare verbū: et gl̄a regū inuestigare sermonē. Celū sursū et terra deorsū: et cor regū inscrutabile. Aufer rubiginē de argento: et egrediet̄ vas purissimū. Aufer impietatē de vultu regis: et firmabit̄ iustitia thron⁹ ei⁹. Ne gl̄ios⁹ appareas corā rege: et in loco magnorū ne steteris. Melius est enī ut dicat̄ tibi ascende huc: q̄ ut humilietis corā principe. Que viderunt oculi tui ne proferas in iurgio rito: ne postea emēdare nō possis cum dehonestaueris amicū tuū. Causam tuā tracta cū amico tuo: et secretū exterāneo ne reuele: ne forte insultet tibi cū audierit: et exprobrare nō cesset. Fides et amicicia liberāt: quas tibi serua: ne exprobrabilis fias. Mala aurea in lectis argēteis: qui loquit̄ verbū i tempore suo. Inauris aurea et margarita fulgens: qui arguit sapientē et aurē obedientē. Sicut frig⁹ nimis i die messis: ita legatus fidelis ei⁹ qui mittit eum: animam ipsius requiescere facit. Nubes et ventus et pluuie nō sequentes:

vir gloriosus et promissa nō cōplēs.
Patientia leniet̄ princeps: et lingua
mollis confringet duriciā. Mel inue-
nisti · comede qd̄ sufficit tibi: ne forte
satiat⁹ euomas illud. Subtrahe pedē
tuū de domo proximi tui: nequando
satiat⁹ oderit te. Iaculū et gladius et
sagitta acuta: hōmo qui loquit̄ cōtra
proximū suū falsū testimoniū. Dens
putrid⁹ et pes lassus · qui sperat super
infideli in die angustie: et amittit pal-
liū in die frigoris. Acetū in nitro: qui
cantat carmina cordi pessimo. Sicut
tinea vestimento et vermis ligno: ita
tristicia viri nocet cordi. Si esurierit
inimic⁹ tu⁹ ciba illū: si sitit da ei aquā
bibere. Prunas enī cōgregabis super
caput eius: et dn̄s reddet tibi. Vētus
aquilo dissipat pluuias: et facies tri-
stis linguā detrahentē. Meli⁹ ē sedere
in angulo domatis: q̄ cū muliere liti-
giosa · et in domo cōmuni. Aqua fri-
gida aīe sitienti: et nūcius bonus de
terra longinqua. Fons turbat⁹ pede
et vena corrupta: iust⁹ cadens coram
impio. Sicut qui mel comedit mlt̄ū
nō est ei bonū: sic qui scrutator est ma-
iestatis opprimet̄ a gl̄a. Sicut vrbs
patēs et absq; muroꝝ ābitu: ita vir q̄
nō potest ī loquēdo cohibere spiritū suū.

Quomodo nix ī estate xxvi
et pluuie in messe: sic indecens ē
stulto gl̄a. Sicut auis ad alta trans-
uolās: et passer quolibet vadens: sic
maledictū frustra ꝓlatū in quēpiā su-
perueniet. Flagellū equo et chamus
asino: et virga in dorso imprudentiū.
Ne rn̄deas stulto iuxta stulticiā suā:
ne efficiaris ei similis. Respōde stulto
iuxta stulticiā suā: ne sibi sapiens esse
videat̄. Claudus pedibꝫ ⁊ iniquitatē
bibens: qui mittit verba per nunciū
stultū. Quomō pulcras frustra habet
claudus tibias: sic indecēs est in ore
stultoꝝ parabola. Sicut q̄ mittit lapi-
dem ī acceruū mercurij: ita q̄ tribuit insi-
pienti hōnorem. Quomō si spina na-
scatur in manu temulēti: sic parabola
in ore stultorū. Iudicium determinat
causas: et qui imponit stulto silentiū
iras mitigat. Sicut auis qui reuerti-
tur ad vomitū suū: sic imprudēs qui
iterat stulticiā suā. Vidisti hominem
sapientē sibi videri: magis illo spem
habebit insipiens. Dicit piger leo est
in via: et leena in itineribꝫ. Sicut osti-
um vertit̄ in cardine suo: ita piger in
lectulo suo. Abscondit piger manus
sub ascella sua: et laborat si ad os su-
um eas cōuerterit. Sapiētior sibi stul-
tus videt̄: septē viris loquētibꝫ senten-
tias. Sicut qui app̄hendit auribꝫ ca-
nem: sic qui transit et impatiens com-
miscetur rixe alteri⁹. Sicut noxius ē q̄
mittit sagittas et lanceas in mortem:
ita vir qui fraudulenter nocet amico
suo: ⁊ cū fuerit deprehensus dicet ludēs
feci. Cū defecerit ligna extinguet̄ ignis:
et susurrone subtracto iurgia cōquies-
cunt. Sicut carbones ad prunas et
ligna ad ignem: sic homo iracūdus
suscitat rixas. Verba susurronis q̄si
simplicia: et ip̄a perueniūt ad intima
cordis. Quomō si argēto sordido or-
nare velis vas fictile: sic labia tumen-
tia cum pessimo corde sociata. Labijs
suis intelligit̄ inimic⁹: cū in corde tra-
ctauerit dolos. Quādo submiserit vo-
cem suā ne credideris ei: quoniā septem
nequicie sūt in corde illi⁹. Qui operit
odiū fraudulēter: reuelabitur malicia
eius ī cōcilio. Qui fodit foueā incidet
in eā: ⁊ q̄ voluit lapidē reuertet̄ ad eū.
Lingua fallax nō amat veritatem et

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0022
powered by DWork • Heidelberg University Library

os lubricū operat̄ ruinas. xxvii

Ne glorieris in crastinū: ignorās
quid superuentura pariat dies.
Laudet te alienꝰ ⁊ nō os tuū: extraneꝰ
et nō labia tua. Graue est saxū et one-
rosa arena: sed ira stulti utroq; graui-
or. Ira nō habet miscdiam. nec erum-
pens furor: et impetū cōcitati spiritus
ferre quis poterit? Melior ē manifesta
correctio q̄ amor abscōditꝰ. Meliora
sunt vulnera diligentis: q̄ fraudulen-
ta oscula odientis. Anima saturata
calcabit fauū: et aīa esuriēs etiā ama-
rum ꝓ dulci sumet. Sicut auis trans-
migrās de nido suo: sic vir qui dere-
linquit locū suū. Unguēto et varijs
odoribꝫ delectat̄ cor: et bonis amici
consilijs anima dulcoratur. Amicū
tuū et amicū p̄ris tui ne dimiseris: et
domū fratris tui ne ingrediaris ī die
afflictionis tue. Melior ē vicinꝰ iuxta:
q̄ frater procul. Stude sapiētie fili mi
et letifica cor meū: ut possis exprobrāti
rūdere sermonē. Astutꝰ videns malū
absconditꝰ est: paruuli transeūtes su-
stinuerūt dispendia. Tolle vestimentū
eiꝰ qui spopōdit pro extraneo: et pro
alienis aufer ei pignus. Qui bn̄dicit
proximo suo voce grādi denocte con-
surgens: maledicēti similis erit. Tecta
ꝑstillantia in die frigoris et litigiosa
mulier cōparant̄. Qui retinet eam q̄si
qui ventū teneat: ⁊ oleū dextre sue eua-
cuat. Ferrū ferro exacuitur: ⁊ homo ex-
acuit faciem amici sui. Qui seruat ficū
comedet fructꝰ eiꝰ: ⁊ qui custos est dn̄i
sui glorificabit̄. Quomodo ī aquis re-
splendēt vultꝰ prospicientiū: sic corda
hominū manifesta sunt prudentibꝫ.
Infernus et ꝑditio nunq̄ replentur:
similiter ⁊ oculi hominū insatiabiles.
Quomō probat̄ ī cōflatorio argentū
et in fornace aurū: sic ꝓbatur homo
ore laudantis. Cor iniqui inquirit
mala: cor autē rectū inquirit scientiā.
Si cōtuderis stultū ī pila quasi tipsa-
nas feriente desuꝑ pilo: nō auferetur
ab eo stulticia eiꝰ. Diligenter agnosce
vultū pecoris tui: tuosq; greges consi-
dera. Nō enī habebis iugiter potesta-
tem: sed corona tribuet̄ tibi in genera-
tione et generationē. Apta sūt prata
et apparuerūt herbe virentes: ⁊ collecta
sunt vena de montibꝫ. Agni ad vesti-
mentum tuū: et hedi ad agri precium.
Sufficiat tibi lac caprarum in cibos
tuos et in necessaria domus tue: et
ad victum ancillis tuis. xxviii

Fugit impius nemine ꝑsequente:
iustꝰ autem quasi leo confidens
absq; terrore erit. Propter peccata terre
multi principes eiꝰ: et ꝓpter hominis
sapientiā et horꝫ sciētiā q̄ dicunt̄. vita
ducis lōgior erit. Vir pauꝑ calumni-
ans pauperes: similis ē imbri vehemē-
ti ī quo parat̄ fames. Qui derelinquūt
legē laudant impiū: qui custodiunt
succendunt̄ cōtra eū. Viri mali non
cogitant iudiciū: qui autē inquirunt
dn̄m animaduertūt omnia. Melior
est pauꝑ ambulās ī simplicitate sua:
q̄ diues prauis itineribus. Qui custo-
dit legē filiꝰ sapiēs est: q̄ aūt cōmessa-
tores pascit confundit patrem suum.
Qui coaceruat diuitias vsuris et feno-
re liberali: in pauperes cōgregat eas.
Qui declinat aures suas ne audiat
legem: oratio eiꝰ erit execrabilis. Qui
decipit iustos in via mala in interitu
suo corruet: et simplices possidebunt
bona eiꝰ. Sapiēs sibi videt̄ vir diues:
pauper autē prudens scrutabitur eum.
In exultatione iustorū multa gloria
est: regnātibus impijs ruine hominū.



Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0023
powered by DWork • Heidelberg University Library

Qui abscondit scelera sua nō diriget: qui aūt cōfessus fuerit et reliquerit ea misc̄diam cōsequetur. Beat⁹ homo q̄ semp̄ est pauid⁹: qui vero mentis est dure corruet in malū. Leo rugiens et ursus esuriēs: princeps impius super ꝑplm pauperē. Dux indigēs prudentia · mstos opprimet per calumniam: qui aūt odit auariciā · longi fient dies eius. Hominē qui calumniat̄ aīe sanguinē eius: si usq; ad lacū fugerit nemo sustinet. Qui ambulat simpliciter salu⁹ erit: qui ꝑuersis gradit̄ vijs concidet semel. Qui operat̄ terram suā satiabit̄ panibꝫ: qui aūt sectat̄ ocium replebit̄ egestate. Vir fidelis multum laudabitur: qui autē festinat ditari · nō erit innocens. Qui cognoscit in iudicio faciē nō bene facit: iste et pro bucella panis deserit veritatem. Vir qui festinat ditari ⁊ alijs inuidet: ignorat q̄ egestas supueniet ei. Qui corripit hominē: gratiā postea inueniet apud eū: magis q̄ ille qui per lingue blādimenta decipit. Qui subtrahit aliquid a patre suo uel a matre et dicit hoc nō esse pcc̄m: particeps homicide est. Qui se iactat et dilatat iurgia cōcitat: qui vero sperat in dn̄o saluabit̄. Qui cōfidit in corde suo stultus est: qui autem gradit̄ sapienter ipe laudabitur. Qui dat pauperi nō indigebit: qui despicit depcantē sustinebit penuriā. Cū surrexerint impij abscōdētur hoīes: cū illi perierit mltiplicabūtur iusti. xxix

Viro qui corripientē · dura ceruice cōtemnit · repentin⁹ ei supueniet interit⁹: et eū sanitas nō sequetur. In mltiplicatione iustoꝝ letabit̄ vulg⁹: cū impij sumpserit principatū gemet ꝑplus. Vir qui amat sapientiā letificat prēm suū: qui autē nutrit scortum perdet substātiā. Rex iust⁹ erigit terrā · vir auarus destruat eam. Homo qui blādis fictisq; sermonibꝫ loquit̄ amico suo: rete expādit gressibꝫ eius. Peccantē virū iniquū inuoluet laqueus: et iust⁹ laudabit̄ atq; gaudebit. Nouit iust⁹ causam pauperū: impi⁹ ignorat scientiā. Homines pestilentes dissipant ciuitatē: sapientes vero auertūt furorem. Vir sapiēs si cū stulto contenderit: siue irascatur siue rideat nō inueniet requiē. Viri sanguinū oderunt simplicē: iusti aūt querūt animā ei⁹. Totū spiritū suū ꝓfert stult⁹: sapiens differt et reseruat in posterum. Princeps qui libēter audit verba mēdacij: om̄es ministros habet impios. Paup̄ et creditor obuiauerunt sibi: vtriusq; illuminator est dn̄s. Rex q̄ iudicat in veritate pauperes: thron⁹ ei⁹ ī eternū firmabitur. Virga atq; correctio tribuit sapientiā: puer aūt qui dimittitur voluntati sue cōfundit matrem suā. In multiplicatione impiorū multiplicabūtur scelera: et iusti ruinas eorū videbunt. Erudi filiū tuū ⁊ refrigerabit te: et dabit delicias aīe tue. Cū ꝓphetia defecerit dissipabitur ꝑplus: qui vero custodit legem beat⁹ ē. Seruus verbis nō potest erudiri: quia q̄d dicit intelligit et rn̄dere cōtemnit. Vidisti hoīem velocē ad loquendū: stulticia magis sperāda ē q̄ illi⁹ correctio. Qui delicate a puericia sua nutrit seruū suū: postea sentiet eū ꝯtumacem. Vir iracūd⁹ prouocat rixas: et qui ad indignandū facilis est erit ad peccandū procliuior. Superbū sequitur humilitas: ⁊ humilem spiritu suscipiet gloria. Qui cum fure participat odit animā suā: adiurantem audit ⁊ nō indicat. Qui timet hominē cito corruet: qui sperat ī dn̄o

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0024
powered by DWork • Heidelberg University Library

subleuabitur. Multi requirũt faciem principis: et iudiciũ a dño egreditur singulorũ. Abominanꝫ iustũ virum impiũ: et abominatur impij eos qui in recta sunt via. Verbum custodiens filiꝰ ꝛ̃ra ꝓditionem erit. xxv

Verba cõgregantis filij vomẽtis. Visio quã locutꝰ est vir cũ quo est deus et qui deo secũ morãte confortatꝰ ait. Stultissimꝰ sum virorũ: ꝛ sapientia hominũ nõ est mecũ. Nõ didici sapientiã: et noui scientiã sanctorum. Quis ascendit in celũ atqꝫ descendit? Quis cõtinuit spiritũ ĩ manibꝫ suis? Quis colligauit aquas quasi in vestimento? Quis suscitauit omnes terminos terre? Quod nomẽ ẽ eiꝰ: et quod nomẽ filij eius si nosti? Omnis sermo dei ignitꝰ: clipeus est omnibꝫ sperantibus in se. Ne addas quicqꝫ verbis illiꝰ et arguaris: inuentarisqꝫ mẽdax. Duo rogaui te: ne deneges michi antequꝫ moriar. Vanitatem et ũba mendacia longe fac a me. Mendicitatem et diuitias ne dederis michi. Tribue tantum victui meo necessaria: ne forte satiatꝰ illiciar ad negandũ ꝛ dicam quis est dñs: aut egestate cõpulsus furer ꝛ pjurem nomẽ dei mei. Ne accuses seruũ ad dñm suũ: ne forte maledicat tibi et corruas. Generatio q̃ patri suo maledicit: et q̃ mri sue nõ bñdicit. Generatio que sibi mũda videtur: et tamen nõ est lota sordibꝰ suis. Generatio cuiꝰ excelsi sunt oculi: et palpebre eiꝰ in alta sublimate. Generatio q̃ pro dentibꝫ gladios habet et cõmandit molaribꝫ suis: ut comedat inopes de terra: et pauperes ex hominibꝫ. Sanguisuge due sũt filie: dicentes affer affer. Tria sunt insatiabilia: ꝛ quartũ qđ nũqꝫ dicit sufficit. Infernus et os vulue ꝛ terra q̃ nõ satiat aqua: ignis vero nunqꝫ dicit sufficit. Oculum qui subsannat patrẽ et qui despicit partũ matris sue: suffodiant eũ corui de torrentibꝫ: et comedãt eũ filij aq̃le. Tria sunt difficilia michi: et quartũ penitꝰ ignoro. Viã aquile in celo: viã colubri sup petrã: viã nauis in medio marĩ: et viã viri in adolescentia. Talis ẽ ꝛ via mulieris adultere que comedit: et tergẽs os suũ dicit. Nõ sum operata malũ. Per tria mouẽ terra et quartũ quod nõ potest sustinere. Per seruum cũ regnauerit: per stultũ cũ saturatus fuerit cibo: et p odiosã mulierẽ cũ ĩ matrimonio fuerit assũpta: et p ancillã cũ fuerit heres dñe sue. Quatuor sunt minima terre: et ipa sũt sapientiora sapientibus. Formice ꝑs infirmus: qui ꝓparãt in messe cibũ sibi. Lepusculus plebs invalida: qui collocat in petra cubile suũ. Regẽ locusta nõ habet: et egredit̃ unisa per turmas. Stellio manibꝰ nititur: et morat̃ ĩ edibus regis. Tria sunt q̃ bene gradiũtur: et q̃rtũ qđ incedit feliciter. Leo fortissimꝰ bestiarũ: ad nullius pauebit occursum. Gallus succinctꝰ lũbos suos et aries: nec est rex qui resistat ei: et qui stultus apparuerit postqꝫ eleuatꝰ est in sblime. Si ei intellexisset: ori suo imposuisset manũ. Qui aũt fortiter premit ubera ad elicendũ lac: exprimit butirũ: ꝛ q̃ vehemẽter emũgit: elicit sanguinẽ: et qui punctat iras producit discordias.

Verba lamuelis regis. xxvi

Visio qua erudiuit eum mater sua. Quid dilecte mi? quid dilecte utri mei: quid dilecte votoꝫ meoꝫ? Ne dederis mulieribꝰ substantiã tuam: et diuitias tuas ad delendos reges. Noli regibꝰ lamuel: noli regibꝰ dare



Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0025
powered by DWork • Heidelberg University Library

vinū: quia nullū secretū ē ubi regnat
ebrietas. Ne forte bibāt ⁊ obliuiscan-
tur iudicioꝝ: ⁊ mutēt causā filioꝝ pau-
peris. Date sicerā merentibus: et vinū
hijs qui amaro sūt animo. Bibant
et obliuiscant̄ egestatis sue: et doloris
sui nō recordent̄ amplius. Aperi os
tuū muto: et causis omniū filioꝝ qui
ꝑtranseūt. Aperi os tuū: decerne quod
iustū est: et vindica inopē et pauperē.
Aleph. Mulierē fortē quis inueniet?
Procul et de vltimis finibꝫ ꝑciū eius.
Beth. Cōfidit in ea cor viri sui: ⁊ spo-
lijs non indigebit. Gimel. Reddet ei
bonū ⁊ nō malū: om̄ibꝫ diebꝫ vite sue.
Deleth. Quesiuit lanā et linū: et ope-
rata est cōsilio manuū suarū. He. Fa-
cta est quasi nauis institoris: delōge
portās panē suū. Vau. De nocte sur-
rexit. deditq; predā domesticis suis: ⁊
cibaria ancillis suis. Zay. Cōsidera-
uit agrū et emit eū: de fructu manuū
suarū plātauit vineā. Heth. Accinxit
fortitudine lumbos suos: et robora-
uit brachiū suū. Theth. Gustauit ⁊ vi-
dit quia bona est negociatio eius: nō
extinguet̄ in nocte lucerna eius. Joth.
Manū suā misit ad fortia: et digiti
eius apprehenderūt fusū. Caph. Ma-
num suā aperuit inopi: ⁊ palmas suas.
extēdit ad pauperē. Lamech. Nō time-
bit domui sue a frigore niuis: om̄es
enī domestici eiꝰ vestiti sunt duplicibꝫ.
Mem. Stragulatā vestē fecit sibi: bis-
sus ⁊ purpura vestimentū eius. Nun.
Nobilis in portis vir eiꝰ: quādo sede-
rit cū senatoribꝫ terre. Samech. Sin-
donē fecit et vēdidit: et cingulū tradi-
dit chananeo. Ayn. Fortitudo ⁊ decor
indumentū eius: et ridebit in die no-
uissimo. Phe. Os suū aperuit sapiētie:
et lex clementie in lingua eius. Sade.
Cōsiderauit semitas domꝰ sue: ⁊ panē
ociosa non comedit. Coph. Surrexe-
runt filij eiꝰ ⁊ bt̄issimā ꝑdicauerūt: vir
eiꝰ ⁊ laudauit eā. Res. Multe filie ꝯgre-
gauerūt diuitias: tu suꝑgressa es vni-
uersas. Syn. Fallax gratia et vana ē
pulcritudo: mulier timens dn̄m ipsa
laudabit̄. Thau. Date ei de fructu ma-
nuū suarū: ⁊ laudēt eā ī portis opera
eius. Incipit ꝓlogus in ecclesiast'

Memini me ante hoc ferme
quinquenniū. cū adhuc
rome essem et ecclesiasten
sancte blesille legerē ut eā
ad contemptū mūdi huiꝰ ꝓuocarē et
omne quod in mūdo cerneret putaret
esse ꝓ nichilo. rogatū ab ea: ut ī morē
cōmentarioli. obscura queq; dissererē:
ut absq; me posset intelligere que lege-
bat. Itaq; qm̄ in procinctu nr̄i operis
subita morte subtracta est. et ubi non
meruimꝰ o paula et eustochiū talem
vite nr̄e habere cōsortē: tanto vulnere
tūc percussus obmutui: nūc in bethle-
em positꝰ. angustiore videlicet ciuita-
te. ⁊ illiꝰ memorie ⁊ vobis reddo qd̄ de-
beo. Hoc breuiter āmonēs q̄ nullius
auctoritatē secutꝰ sū: sed de hebreo trās-
ferēs maxime septuaginta interpretū
cōsuetudini me coaptaui: ī hijs dūta-
xat q̄ nō multū ab hebraicis discrepa-
bant. Intēdū aquile q̄z ⁊ symachi ⁊ the-
odotionis recordatꝰ sū: ut nec nouita-
te nimia. lectoris studiū deterrerem: nec
rursū ꝯtra cōsciētiā meā fonte veritatis
omisso: opinionū riuulos cōsectarer.

Incipit Ecclesiastes

Verba ecclesiastes. filij da-
uid regis ihrlm. Va-
nitas vanitatum dixit
eccliastes: vanitas va-
nitatū ⁊ om̄ia vanitas.

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0026
powered by DWork • Heidelberg University Library

Quid habet amplius homo de universo
labore suo quo laborat sub sole? Ge-
neratio preterit et generatio aduenit: ter-
ra autem in eternum stat. Oritur sol et occi-
dit. et ad locum suum reuertitur: ibique rena-
scens girat per meridiem: et flectitur ad
aquilonem. Lustrans universa in circuitu
pergit spiritus: et in circulos suos reuertitur.
Omnia flumina intrant in mare: et
mare non redundat. Ad locum unde
exeunt flumina reuertuntur: ut iterum fluant.
Cuncte res difficiles: non potest eas ho-
mo explicare sermone. Non saturatur ocu-
lis visu: nec auris auditu impletur.
Quid est quod fuit? Ipsum quod futurum est. Quid
est quod factum est? Ipsum quod fiendum est faciendum.
Nichil sub sole nouum: nec valet quis-
quam dicere: ecce hoc recens est. Iam enim
precessit in seculis: que fuerunt ante nos.
Non est priorum memoria: sed nec eorum
quidem que postea futura sunt erit recor-
datio apud eos qui futuri sunt in nouis-
simo. Ego ecclesiastes fui rex israhel in
ihrlm: et proposui in animo meo querere
et inuestigare sapienter de omnibus que
fiunt sub sole. Hanc occupationem pessimam
dedit deus filijs hominum: ut occuparentur
in ea. Vidi que fiunt cuncta sub sole: et
ecce universa vanitas et afflictio spiritus.
Peruersi difficile corriguntur: et stultorum
infinitus est numerus. Locutus sum in
corde meo dicens. Ecce magnus effectus
sum et precessi omnes sapientia qui fuerunt
ante me in ihrlm et mens mea contem-
plata est multa sapienter et didici: dediq;
cor meum ut scirem prudentiam atq; doctri-
nam. erroresq; et stulticiam. Et agnoui
quod in hijs quoque esset labor et afflictio spiritus:
eo quod in multa sapientia multa sit indigna-
tio: et qui addit scientiam addit et laborem.
Dixi ergo in corde meo. Vadam
et affluam delicijs: et fruar bonis.

Et vidi quod hoc quoque esset vanitas. Risum
reputaui errorem: et gaudio dixi. Quid
frustra decipis? Cogitaui in corde meo.
abstrahere a vino carnem meam. ut ani-
mum meum transferrem ad sapientiam deui-
taremq; stulticiam: donec viderem quid esset
utile filijs hominum: quo facto opus est
sub sole numero dierum vite sue. Ma-
gnificaui opera mea. Edificaui michi
domos et plantaui vineas: feci ortos
et pomeria et conseui ea cuncti generis
arboribus: et extruxi michi piscinas
aquarum ut irrigarem siluam lignorum germi-
nantium. Possedi seruos et ancillas.
multamq; familiam habui: armenta quoque et
magnos ouium greges: ultra omnes
qui fuerunt ante me in ihrlm. Coaceruaui
michi argentum et aurum: et substantias
regum et prouinciarum. Feci michi cantores
et cantatrices et delicias filiorum hominum:
sciphos et urceolos in ministerio ad
vina fundenda: et supergressus sum opibus
omnes qui ante me fuerunt in ihrlm.
Sapientia quoque perseuerauit mecum: et omnia.
que desiderauerunt oculi mei non negaui
eis: nec prohibui cor meum quin omni
voluptate frueretur: et oblectaret se in hijs
que preparaueram. Et hanc ratus sum partem
meam: si uterer labore meo. Cumq; me con-
uertissem ad universa opera que fecerant
manus mee. et ad labores in quibus
frustra sudaueram: vidi in omnibus va-
nitatem et affliction̄em animi: et nichil per-
manere sub sole. Transiui ad contemplan-
dam sapientiam: erroresq; et stulticiam.
Quid est inquam homo: ut sequi possit
regem factorem suum? Et vidi quod tantum pre-
deret sapientia stulticiam: quantum differt
lux a tenebris. Sapientis oculi in ca-
pite eius: stultus in tenebris ambulat. Et
didici quod unus utriusque esset interitus: et
dixi in corde meo. Si unus et stulti et

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0027
powered by DWork • Heidelberg University Library

meus occasus erit: quid michi ꝓdest
q̄ maiorē sapientie dedi operā? Locu-
tusq; cū mēte mea: animaduerti q̄ hoc
q̄ esset vanitas. Nō enī erit memoria
sapientis similiter ut stulti in perpetuū: et
futura tpa oblīuione cuncta pariter o-
prīet. Moriē doc? simulter ut indoc?:
et īdcirco reduxit me vite mee videntem
mala vniuersa esse sub sole: et cuncta
vanitatē et afflictionē spīrit?. Rursus
detestat? sum omnē industriam meā
qua sub sole studiosissime laborauī:
habitur? hīredē post me: quē ignoro
utrū sapiēs an stult? futur? sit: et do-
mīnabit̄ in laboribs meis quibus de-
sudauī et sollicit? fui. Et ē quicq̄ tam
vanū? Vnde recessit: remōti auīteq; ro-
meū vltrā laborare sub sole. Nam cū
alī? laboret in sapiētia et doctrina et
sollicitudine: homini otioso quesita
dimittit. Et hoc q̄ vanitas: ⁊ magnū
malū. Quid enim proderit homini de
vniūso labore suo et afflictione spīri-
tus: qua sub sole cruciat? est? Cuncti
dies ei? doloribs et erumnis pleni sūt:
nec per noctem mēte requiescit. Et hoc
nōne vanitas ē? Nōne melī? est come-
dere et bibere: et ostendere anime sue
bona de laboribs suis? Et hoc de ma-
nu dei ē. Quis ita deuorabit ⁊ deliciis
affluet ut ego? Homini bono in con-
spectu suo dedit deus sapientiā et scien-
tiam et intelligentiā: peccatori autem
dedit afflictionem et curā supfluam:
ut addat et congregет et tradat ei qui
placuit deo. Sed et hoc vanitas est:
et cassa sollicitudo mentis.

Omnia tēp? habēt: ⁊ suis spatijs
transeūt vniuersa sub celo. Tem-
pus nascendi: et temp? moriēdi. Tem-
pus plantandi: et temp? euellendi q̄d
plantatū est. Temp? occidendi: et tps
sanandi. Temp? destruendi: et temp?
ędificādi. Temp? flendi: ⁊ tps ridendi.
Temp? plāgendi: et tps saltādi. Tem-
pus spargēdi lapides: ⁊ tps collīgēdi.
Temp? amplexandi: et tps longe fieri
ab amplexibs. Temp? acquirendi: et
tps pdendi. Temp? custodiendi: ⁊ tps
abiciendi. Temp? scindendi: et temp?
cōsuendi. Temp? tacendi: ⁊ tempus lo-
quendi. Temp? dilectionis: ⁊ tps odij.
Temp? belli: et tps pacis. Quid habet
amplī? homo de labore suo? Vidi
afflictionē quā dedit deus filijs hoīm:
ut distendant̄ in ea. Cuncta fecit bona
in tpe suo: et mundū tradidit disputa-
tioni eorū: ut non inueniat homo
opus q̄d operatus est deus ab initio
usq; ad finē. Et cognouī q̄ non esset
melius nisi letari: et facere bene in vita
sua. Omnis enī homo qui comedit
et bibit: et videt bonū de labore suo:
hoc donū dei est. Didici: q̄ oīa ope-
ra que fecit deus: pseuerēt in perpetuū.
Non possum? eis quicq̄ addere nec
auferre: que fecit deus ut timeat̄. Nō
factū est: ipm pmanet. Que futura sūt
iam fuerūt: ⁊ deus instaurat q̄d abijt.
Vidi sub sole in loco iudicij impietā-
tem ⁊ in loco iustitie iniquitatē: ⁊ dixi
in corde meo. Justū ⁊ impiū iudicabit
dīus: et tps omnis rei tūc erit. Dixi in
corde meo de filijs hoīm: ut probaret
eos de?: et ostenderet similes esse bestijs.
Idcirco vn? interit? est hoīs ⁊ iumen-
torū: et equa utriusq; conditio. Sicut
moriē homo: sic et illa moriunt̄. Si-
militer spirāt omnia: et nichil habet
homo iumēto amplī?. Cūcta subiacēt
vanitati: et oīa pgūt ad vnū locū.
De terra facta sunt: et in terrā pariter
reūtunt̄. Quis nouit si spiritus filiorū
adam ascendat sursum: ⁊ si spiritus

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0028
powered by DWork • Heidelberg University Library

iumētorū descēdat deorsū? Et deprehendi nichil esse meliꝰ q̄ letari hoīem ī opere suo: ⁊ hāc esse partē illiꝰ. Quis enim eū adducet: ut post se futura cognoscat.

Verti me ad alia: et vidi iiij calumnias q̄ sub sole gerunt̄. ⁊ lacrimas innocentiū et neminē cōsolatorē: nec posse resistere eoꝝ violentie. cūctorū auxilio destitutos. Et laudaui magis mortuos q̄ viuētes: ⁊ feliciorē vtroq; iudicaui qui necdū natus est: nec vidit mala q̄ sub sole fiūt. Rursū contemplatꝰ sū om̄es labores hoīm: et industrias animadūti patere inuidie proximi. Et in hoc ergo vanitas: et cura superflua est. Stultus cōplicat manꝰ suas: et comedit carnes suas dicens. Melior est pugillus cū requie: q̄ plena vtraq; manꝰ cū labore ⁊ afflictione animi. Cōsiderās reperi et aliā vanitatē sub sole. Vnꝰ est et secundū nō habet nō filiū nō frēm: et tamē laborare nō cessat. nec satiant̄ oculi eiꝰ diuitijs: nec recogitat dicēs. Cui laboro: et fraudo animā meā bonis? In hoc q̄ vanitas ē: et afflictio pessima. Meliꝰ est ergo duos esse simul. q̄ vnū: habēt enī emolimentū societatis sue. Si vnꝰ ceciderit: ab altero fulciet̄. Ve soli: quia cū ceciderit nō habet subleuantē se. Et si dormierit duo: fouebūtur mutuo. Vnꝰ quomō calefiet? Et si quispiā p̄ualuerit contra vnū: duo resistunt ei. Funiculus triplex difficile rūpitur. Melior est puer pauꝑ ⁊ sapiens rege sene et stulto. q̄ nescit p̄uidere in posterū: q̄ de carcere cathenisq; interdū quis egrediat̄ ad regnū: ⁊ alius natꝰ in regno inopia cōsumat̄. Vidi cūctos viuētes. qui ambulāt sub sole cū adolescente secūdo: qui cōsurget p eo. Infinitus numerꝰ est ꝓpli omniū q̄ fuerūt ante eū: et qui postea futuri sūt nō letabūtur in eo. Sed ⁊ hoc vanitas: ⁊ afflictio spiritꝰ. Custodi pedē tuū ingrediens domū dei: et appropinqua ut audias. Multo enim melior ē obedientia q̄ stultorum victime: qui nesciunt quid faciunt mali. v

Ne temere quid loquaris: neq; cor tuū sit velox ad ꝓferendū sermonem corā deo. Deus enim in celo et tu sup terrā: idcirco sint pauci sermones tui. Multas causas secunt̄ somnia: ⁊ in mlcis sermonibꝫ inueniet̄ stulticia. Si q̄d vouisti deo: ne moreris reddere. Displicet enī ei infidelis et stulta promissio. Sed quodcūq; voueris redde. Multoq; meliꝰ est nō vouere: q̄ post votū ꝓmissa nō reddere. Ne dederis os tuū ut peccare facias carnem tuā: neq; dicas. corā angelo nō est ꝓuidētia: ne forte iratꝰ dn̄s cōtra sermones tuos dissipet cūcta opera manuū tuaꝝ. Vbi mlca sūt somnia plurime sunt vanitates: et sermones innumeri. Tu vero deū time. Si videris calumnias egenoꝝ et violenta iudicia et subuerti iusticiā ī ꝓuincia. nō mireris sup hoc negocio q̄a excelso excelsior est alius: et super hos quoq; eminētiores sunt alij: et insup vniuerse terre rex imperat seruienti. Auarꝰ nō implebit̄ pecunia: et q̄ amat diuitias. fructū non capiet ex eis. Et hoc ergo vanitas. Vbi mlte sunt opes: mlti et qui comedunt eas. Et quid ꝓdest possessori: nisi q̄ cernit diuitias oculis suis? Dulcis ē somnꝰ operāti siue paꝝ siue multū comedat: saturitas autē diuitis nō sinit eū dormire. Est et alia infirmitas pessima: quā vidi sub sole. Diuitie conseruate in malū dn̄i sui. Pereūt enī: ī afflictione pessima. Generauit filiū: q̄ ī sūma



Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0029
powered by DWork • Heidelberg University Library

egestate erit. Sicut egressus ē nud⁹ de
utero mr̄is sue sic reuertet̄: et nichil aufe-
ret secum de labore suo. Miserabilis
prorsus infirmitas. Quō venit: sic re-
uertet̄. Quid ergo ꝓdest ei ꝙ laborauit
iumētū? Cūctis diebꝫ vite sue comedit
in tenebris et ī curis mlt̄is: ⁊ ī erumna
atq; tristicia. Hoc itaq; visum ē michi
bonū: ut comedat quis ⁊ bibat: ⁊ frua-
tur leticia ex labore suo. quo laborauit
ip̄e sub sole numero dierū vite sue: q̄s
dedit ei de⁹: ⁊ hec ē pars illi⁹. Et omni
homini cui dedit de⁹ diuitias atq; sub-
stantiā: potestatemq; ei tribuit. ut com-
edat ex eis. et fruat̄ parte sua et letetur
de labore suo: hoc est donū dei. Non
enim satis recordabitur dierꝫ vite sue:
eo ꝙ de⁹ occupet delicijs cor ei⁹. vi

Est et aliud malū quod vidi sub
sole: et quidem frequens apud
homines. Vir cui dedit deus diuitias
et substātiā ⁊ honorē ⁊ nichil deest aīe
sue ex omnibꝫ q̄ desiderat: nec tribuit
ei potestatem deus ut comedat ex eo:
sed homo extraneꝰ vorabit illud. Hoc
vanitas et magna miseria est. Si ge-
nuerit quispiā centū liberos et vixerit
multos annos. et plures dies etatis
habuerit ⁊ anima illi⁹ nō utat̄ bonis
substātie sue. sepulturaq; careat: de hoc
ego pronūcio ꝙ melior illo fit arbor-
tiuus. Frustra enī venit ⁊ ꝑgit ad tene-
bras: et obliuione delebit̄ nomē eius.
Non vidit solē. neq; cognouit distan-
tiā boni et mali: etiā si duobꝫ milibꝫ
annis vixerit: ⁊ nō fuerit ꝑfruit⁹ bonis.
Nōne ad unū locū properāt omnia:
omnis labor hoīs in ore ei⁹: sed aīa
ei⁹ nō implebit̄. Quid habet ampli⁹
sapiens a stulto: et quid pauꝑ nisi ut
ꝑgat illuc ubi est vita? Meli⁹ ē videre
quod cupias: quā desiderare quod
nescias. Sed ⁊ hoc vanitas est: et pre-
sumptio spirit⁹. Qui futurus est: iam
vocatū est nomē eius: et scit̄ ꝙ homo
sit et nō possit cōtra fortiorē se in iudi-
cio cōtendere. Verba sunt plurima:
mlt̄āq; in disputādo habētia vanitatē.

Quid necesse est homini vii
maiora se querere: cum ignoret
quid cōducat sibi ī vita sua numero
dierꝫ peregrinationis sue. et tp̄e quod
velut umbra p̄terit? Aut quis ei pote-
rit indicare: q̄d post eū futurꝫ sub sole
sit? Melius est nomē bonū q̄ꝫ ungen-
ta p̄ciosa: et dies mortis die natiuita-
tis. Meli⁹ est ire ad domū luct⁹ q̄ꝫ ad
domū cōuiuij. In illa enī finis cūctorꝫ
ammonet̄ hoīm: ⁊ viuēs cogitat quid
futurū sit. Melior est ira risu: quia per
tristiciā vultus. corrigit̄ anim⁹ delin-
quentis. Cor sapientiū ubi tristicia ē:
et cor stultorꝫ ubi leticia. Melius est a
sapiēte corripi q̄ꝫ stultorꝫ adolatione
decipi: q̄a sicut sonit⁹ spinarꝫ ardentiū
sub olla: sic risus stulti. Sed ⁊ hoc va-
nitas. Calumnia cōturbat sapientē:
et ꝑdet robur cordis eius. Melior est
finis orationis: q̄ꝫ principiū. Melior
est patiēs arrogāte. Ne sis velox ad
irascendū: quia ira ī sinu stulti requi-
escit. Ne dicas: quid putas cause est
ꝙ priora tēpora meliora fuere q̄ꝫ nūc
sunt. Stulta est enī huiusmodi inter-
ragatō. Utilior ē sapiētia cū diuitijs:
et magis ꝓdest videntibꝫ solē. Sicut
enī ꝓtegit sapiētia: sic ꝓtegit pecunia.
Hoc aūt plus habet eruditio et sapi-
entia: ꝙ vitam tribuūt possessori suo.
Considera opera dei: ꝙ nemo possit
corrigere quē ille despexit. In die bo-
na fruere bonis: et malā diē precaue.
Sicut enī hāc sic et illā fecit deus: ut
non inueniat homo contra eū iustas

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0030
powered by DWork • Heidelberg University Library

querimonias. Hec q̄ vidi in diebꝫ vanitatis mee. Iust⁹ perit in iusticia sua: et impi⁹ mlto viuit tpe in malicia sua. Noli esse iust⁹ multū · neq; plus sapias q̄ necesse est ne obstupescas. Ne impie agas multū: et noli esse stult⁹: ne moriaris in tpe nō tuo. Bonū est te sustentare iustū: sed ⁊ ab illo ne subtrahas manū tuā: quia qui timet deum nichil negligit. Sapiētia confortauit sapientē: sup decē principes ciuitatis. Nō est enī homo iust⁹ in terra: q̄ faciat bonū et nō peccet. Sed et cūctis sermonibꝫ q̄ dicunt̄. Ne accomodes cor tuū: ne forte audias seruū maledicentem tibi. Sicut enī cōsciētia tua: q̄a et tu crebro maledixisti aliis. Cuncta temptaui in sapientia. Dixi. Sapiēs efficiar: ⁊ ipa lōgi⁹ recessit a me mlto magis q̄ erat. Et alta profunditas: quis inueniet eā? Lustraui uniuersa animo meo: ut scirem et cōsiderarē et quererem sapientiā et rationē: et ut cognoscerē impietatē stulti et errorē imprudentiū. Et inueni amariorē morte mulierem: q̄ laqueus venatorū est: et sagena cor ei⁹. Vincula sunt manus illius. Qui placet deo effugiet illā: qui aūt peccator est capiet̄ ab illa. Ecce hoc inueni dixit eccliastes · unū ⁊ alterū · ut inuenirem rationē quā adhuc querit aīa mea: et nō inueni. Virū de mille unū reperi: mulierem ex omnibꝫ nō inueni. Solūmodo hoc inueni · q̄ fecerit de⁹ hoīem rectū: et ipse se infinitis miscuerit questionibus. Quis talis ut sapiēs ē? Et q̄s cognouit solutōnē ūbi?

Sapientia hominis lucet viii
in vultu ei⁹: ⁊ potentissim⁹ faciē illi⁹ cōmutabit. Ego os regis obseruo: et p̄cepta iuramēti dei. Ne festines recedere a facie ei⁹ · neq; ꝑmaneas ī opere malo: quia omne qd̄ voluerit faciet: et sermo illi⁹ potestate plenus est. Nec dicere ei quisquā potest: quare ita facis. Qui custodit p̄ceptū: nō experietur quicq̄ mali. Tempus ⁊ respōsionē cor sapiētis intelligit. Omī negocio tps est et oportunitas: et mlta hoīs afflictio quia ignorat preterita: et futura nullo scire potest nūcio. Nō ē in hoīs potestate ꝓhibere spiritū · nec habet potestatē ī die mortis: nec sinit̄ quiescere ingruēte bello: neq; saluabit impietas impiū. Omnia hec cōsideraui: ⁊ dedi cor meū in cūctis operibꝫ q̄ fiūt sub sole. Interdū dn̄atur homo homini ī malum suū. Vidi impios multos: qui etiā cū adhuc viuerent · in loco sancto erāt: et laudabant̄ ī ciuitate q̄si iustorum operū. Sed et hoc vanitas ē. Et enī quia nō profert̄ cito cōtra malos sentētia: absq; timore vllo filij hoīm perpetrāt mala. At tamē pccōr ex eo q̄ centies facit malū et per patientiam sustentatur: ego cognoui q̄ erit bonū timentibꝫ deū: qui verent̄ faciē ei⁹. Nō sit bonū impio nec prolongent̄ dies ei⁹: sed quasi vmbra transeāt: qui nō timent faciē dn̄i. Est et alia vanitas q̄ fit sup terrā. Sunt iusti quibus mala proueniūt quasi opera egerit impiorꝫ: et sunt impij qui ita securi sunt: quasi iustorꝫ facta habeāt. Sed et hoc vanissimū indico. Laudaui igit̄ leticiā: q̄ nō esset homini bonū sub sole · nisi q̄ comederet et biberet atq; gauderet: et hoc solū secum auferret de labore suo · omnibꝫ diebus vite sue quos dedit ei deus sub sole. Et apposui cor meū ut scirē sapiētiā: et intelligerē distensionē q̄ versat̄ in terra. Est homo qui diebus et noctibꝫ somnū nō capit oculis. Et intellexi: q̄ oīm operū dei nullā possit



Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0031
powered by DWork • Heidelberg University Library

homo inuenire rationē eorū que fiūt
sub sole: ⁊ quāto plus loborauit ad
querendū · tanto min⁹ inueniat min⁹.
Etiā si dixerit sapiēs se nosse: nō pote-
rit reperire. Omnia hec tractaui in cor-
de meo: ut curiose intelligerem. ix

Sunt iusti atq; sapientes: ⁊ opera
eorꝝ manu dei. Et tamē nescit ho-
mo vtꝝ amore an odio dign⁹ sit: sed
oīa ī futurꝝ ꝯuanꝫ incerta: eo q̄ vniuer-
sa eque eueniāt iusto ⁊ impio · bono ⁊
malo · mūdo ⁊ immūdo: immolāti vi-
ctimas: ⁊ sacrificia cōtemnenti. Sicut
bonus sic peccator: ut periurus sic ille
qui verꝝ deierat. Hoc est pessimū inter
omnia que sub sole fiūt: quia eadem
cunctis eueniūt. Unde ⁊ corda filiorꝝ
hominū implentur malicia et cōtem-
ptu in vita sua: et post hec ad inferos
deducentur. Nemo est q̄ semp viuat:
et qui huiusmodi rei habeat fiduciā.
Melior est canis viu⁹ leone mortuo ·
viuentes enim sciūt se esse morituros:
mortui vero nichil nouerunt āplius.
Nec habent vltra mercedē: quia obli-
uioni tradita ē memoria eorꝝ. Amor
quoq; ⁊ odiū ⁊ inuidie simul perierūt:
nec habent partē in hoc seculo: et ī tpe
quod sub sole geritꝫ. Vade ergo ⁊ come-
de ī leticia panē tuū: ⁊ bibe cū gaudio
vinū tuū · quia deo placent opera tua.
Omni tpe sint vestimēta tua cādida:
et oleū de capite tuo nō deficiat. Perfru-
ere vita cū vxore quā diligis · cūctis di-
ebus vite instabilitatis tue: qui dati
sunt tibi sub sole omni tpe vanitatis
tue. Hec est enī pars in vita: et in labo-
re tuo quo laboras sub sole. Quod-
cunq; facere potest man⁹ tua instāter
operare: quia nec opus nec ratio · nec
sapiētia nec sciētia erit apud inferos:
quo tu ꝓperas. Verti me ad aliud: et
vidi sub sole · nec velociū esse cursū · nec
fortiū bellū · nec sapientiū panē · nec do-
ctorū diuitias · nec artificiū gratiā: sed
temp⁹ casumq; in omnibꝫ. Nescit ho-
mo finē suū: sed sicut pisces capiūtur
hamo · ⁊ aues laqueo cōprehenduntꝫ ·
sic capiūtur hoīes in tpe malo: cū eis
extimplo supuenerit. Hāc quoq; sub
sole vidi sapiētiā: et ꝓbaui maximā.
Ciuitas parua: et pauci ī ea viri. Ve-
nit cōtra eā rex magn⁹ et vallauit eā:
extruxitq; munitōnes ꝑ girū: ⁊ ꝑfecta
est obsido. Inuentusq; ē in ea vir pau-
per et sapiēs: ⁊ liberauit vrbē ꝑ sapien-
tiā suā: ⁊ null⁹ deinceps recordatus est
hoīs illi⁹ pauperis. Et dicebam ego
meliorem esse sapientiam fortitudine.
Quomō ergo sapientia pauperis con-
tempta ē: ⁊ verba eius nō sūt audita?
Verba sapientiū audiuntꝫ in silencio:
plus q̄ clamor principis inter stultos.
Melior est sapientia q̄ arma bellica:
et qui ī vno peccauerit · multa bona ꝑdet.

Musce moriētes ꝑdūt suaui- x
tatē vnguēti. Preciosior ē sapiē-
tia: paruaq; gloria ad temp⁹ stulticia.
Cor sapiētis in dextra ei⁹: et cor stulti in
sinistra illius. Sed ⁊ in via stult⁹ am-
bulans: cum ipe insipiens sit omnes
stultos estimat. Si spirit⁹ potestatem
habētis ascenderit sup te · locum tuū ne
dimiseris: quia curatio faciet cessare
peccata maxima. Est malū quod vi-
di sub sole: quasi per errorem egrediēs
a facie principis. Positū stultū in di-
gnitate sublimi: ⁊ diuites sedere deorsū.
Vidi seruos in equis: ⁊ principes am-
bulātes sup terram quasi ꝯuos. Qui
fodit foueā incidet in eam: et qui dissi-
pat sepem mordebit eum coluber. Qui
transfert lapides affligetur in eis: ⁊ q̄
scindit ligna vulnerabitur ab eis. Si

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0032
powered by DWork • Heidelberg University Library

rectulū fuerit terrū: et hoc nō ut prius sed habitatū fuerit: multo labore exacuē: et post industriā sequetur sapientia. Si mordeat serpens in silencio: nichil eo minus habet qui occulte detrahit. Verba oris sapientis gratia: et labia insipientis ipsum precipitabūt eū. Initiū verboꝝ eius stultitia: et novissimū oris illius error pessimus. Stultus ꝺba multiplicat. Ignorat homo quid ante se fuerit: et qđ post futurū sit quis ei poterit indicare? Labor stultoꝝ affligit eos: qui nesciūt in urbē pergere. Ve tibi terra cuius rex est puer: et cuius principes mane comedūt. Beata terra cuius rex nobilis est: et cuius principes vescūtur in tpe suo: ad reficiendū et nō ad luxuriā. In pigricijs humiliabitur cōtignatio: et in infirmitate manuū ꝓstillabit domus. In risum faciūt panē et vinū: ut epulentē bibentes. Et pecunie obediūt omnia. In cogitatione tua regi ne detrahas: et in secreto cubiculi tui ne maledixeris diviti: qđa et aues celi portabūt vocē tuā: et q̄ habent pēnas annūciabūt sentētiā.

Mitte panem tuū sup transeuntes aquas: qđa post tpa multa inuenies illū. Da partes septē necnō et octo: qđa ignoras quid futurū sit mali sup terrā. Si repletē fuerit nubes: imbrē sup terram effundēt. Si ceciderit lignum ad austrū aut ad aquilonē: in quocūq; loco ceciderit ibi erit. Qui obſuat ventum nō seminat: et q̄ cōsiderat nubes nūq; metet. Quemōdo ignoras que sit via spiritus: et qua ratione cōpingātur ossa in vētre pregnātis: sic nescis opera dei qui fabricator est omniū. Mane semina semen tuum et vespere ne cesset manus tua: quia nescis quid magis oriat hoc aut illud: et si utrūq; simul melius erit. Dulce lumen et delectabile est oculis videre solem. Si ānis multis vixerit homo et in hijs omnibus letus fuerit: meminisse debet tenebrosi tpis et dierū multoꝝ: q̄ cū venerit: vanitatis arguitur ꝓterita. Lętare ergo iuuenis in adolescentia tua: et in bono sit cor tuū in diebus iuuentutis tue: et ambula in vijs cordis tui: et in intuitu oculorū tuorum: et scito q̄ pro omnibus hijs adducet te deus in iudicium.

Aufer ira a corde tuo: et amoue malicia a carne tua. Adolescentia enim et voluptas: vana sunt. Memento creatoris tui in diebus iuuentutis tue: antequā veniat tempus afflictionis tue: et appropinquent anni de quibus dicas: nō michi placent. Antequā tenebrescant sol: et lumen: et stelle: et luna: et reuertantur nubes post pluuiā. Quādo cōmouebunt custodes domus et nutabūt viri fortissimi: et otiose erunt molentes in minuto numero: et tenebrescēt videntes per foramina: et claudēt ostia in platea in humilitate vocis molētis: et consurgēt ad vocē volucris: et obsurdescēt omnes filie carminis. Excelsa quoq; timebūt: et formidabūt in via. Florebit amigdalus: impinguabitur locusta: et dissipabitur capparis. Quoniā ibit homo in domū eternitatis sue: et circuibūt in platea plāgentes. Antequā rumpatur funiculus argenteus: et recurrat vitta aurea: et cōteratur ydria sup fontē: et cōfringatur rota sup cisternā: et reuertatur pulvis in terrā suā unde erat: et spiritus redeat ad deū qui dedit illū. Vanitas vanitatū dixit ecclesiastes: et omnia vanitas. Cūq; esset sapientissimus ecclesiastes: docuit ꝓpulum et enarrauit que fecerat: et inuestigās cōposuit parabolas multas. Quesiuit verba utilia: et conscripsit sermones rectissimos: ac veritate



Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0033
powered by DWork • Heidelberg University Library

plenos. Verba sapientiū sicut stimuli: et quasi claui in altū defixi: que per magistroz cōsiliū data sunt a pastore uno. Ipsis amplꝰ fili mi ne requiras. Faciēdi plures libros nullꝰ est finis: frequensq; meditatio carnis afflictio est. Finem loquēdi pariter oīes audiamus. Deū time: et mādata eiꝰ obserua. Hoc est omnis homo. Cuncta q̄ fiūt adducet deus in iudicium pro omni errato: sive bonum sive malum sit.

Incipit Cantica canticorum .i.

Osculet me osculo oris sui. Quia meliora sunt ubera tua uino: fragrātia unguētis optimis. Oleū effusum nomē tuū: ideo adolescentule dilexerūt te. Trahe me post te. Curremꝰ in odore unguentorū tuoz. Introduxit me rex in cellaria sua. Exultabimꝰ et letabimꝰ in te: memores uberū tuoz super uinū. Recti diligūt te. Nigra sū sed formosa filie iherusalē: sicut tabernacula cedar: sicut pelles salomonis. Nolite me considerare quꝰ fusca sim: q̄a decoloravit me sol. Filij matris mee pugnaverūt cōtra me: posuerūt me custodē uineis. Vineā meam nō custodiui. Indica michi quē diligit aīa mea: ubi pascas ubi cubes i meridie: ne vagari incipiā post greges sodaliū tuoz. Si ignoras te o pulcerrima inter mulieres: egredere et abi post vestigia gregū: et pasce hedos tuos iuxta tabernacla pastoz. Equitatui meo i curribz pharaonis assimilaui te amica mea. Pulcre sunt gene tue sicut turturis: collū tuū sicut monilia. Murenulas aureas faciemus tibi: vermiculatas argēto. Cū esset rex i accubitu suo: nardꝰ mea dedit odorē suū. Fasciculꝰ mirre dilectꝰ meꝰ michi: inter ubera mea cōmorabit. Botrus cipri dilectꝰ meus michi: in vineis engaddi. Ecce tu pulcra es amica mea: ecce tu pulcra: oculi tui columbaz. Ecce tu pulcer es dilecte mi et decorꝰ. Lectulꝰ noster floridꝰ: tigna domoz nostraz cedrina: laquearia nostra cupressina.

Ego flos campi: et lilium conuallium. Sicut lilium inter spinas: sic amica mea inter filias. Sicut malus inter ligna siluaz: sic dilectꝰ meꝰ inter filios. Sub umbra illius quem desiderabā sedi: et fructus eiꝰ dulcis gutturi meo. Introduxit me rex i cellā vinariā: ordinauit in me caritatem. Fulcite me floribz: stipate me malis: quia amore langueo. Leua eiꝰ sub capite meo: et dextera illius amplexabit me. Adiuro vos filie iherusalem: per capreas cervosq; campoz: ne suscitetis neq; vigilare faciatis dilectā: quoadusq; ipsa velit. Vox dilecti mei. Ecce iste venit saliens in montibz: trāsiliēs colles. Similis est dilectꝰ meꝰ capree hynuloq; cervorū. En ipse stat post parietē nostrū: respiciēs per fenestras: prospiciēs per cancellos. En dilectus meus loquit michi. Surge propera amica mea: columba mea: formosa mea et veni. Iam enī hiemps transijt: imber abijt et recessit. Flores apparuerunt in terra: tps putationis aduenit. Vox turturis audita est in terra nra: ficus protulit grossos suos: vinee florentes dederūt odorē suū. Surge propera amica mea speciosa et veni: columba mea in foraminibus petre in cauerna maceriē. Ostende michi faciē tuā: sonet vox tua i auribz meis. Vox enim tua dulcis: et facies tua decora. Capite nobis vulpes parvulas: que

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0034
powered by DWork • Heidelberg University Library

demoliunt̃ vineas. Nã vinea nostra
floruit. Dilectꝰ meus michi ⁊ ego illi:
q̃ pascit̃ inter lilia: donec aspiret dies·
et inclinent̃ umbre. Reuertere: similis
esto dilecte in capre hynnuloq; ceruo-
rum: super montes bethel. iij

In lectulo meo per noctẽ quesiui quem
diligit anima mea. Quesiui illũ: ⁊ nõ
inueni. Surgã et circuibo ciuitatem
per vicos ⁊ plateas: querã quẽ diligit
anima mea. Quesiui illũ: ⁊ nõ inueni.
Inuenerũt me vigiles: qui custodiũt
ciuitatẽ. Num quẽ diligit aĩa mea vi-
distis? Paululũ cũ ꝑtransissem eos:
inueni quẽ diligit anima mea. Tenui
eũ· nec dimittã: donec introducã illũ
in domũ matris mee: ⁊ in cubiculum
genitricis mee. Adiuro vos filie iheru-
salẽ ꝑ capreas ceruosq; cãpoꝝ: ne susci-
tetis neq; vigilare faciatis dilectam:
donec ipa velit. Que est ista q̃ ascẽdit
ꝑ desertũ· sicut virgula fumi ex aroma-
tibus mirre et thuris: et vniuersi pul-
ueris pigmẽtarij? En lectulũ salomo-
nis sexaginta fortes ãbiunt· ex fortissi-
mis isrl: omnes tenentes gladios: et
bella doctissimi. Vniuscuiusq; ensis
sup̃ femur suũ: ꝓpter timores noctur-
nos· ferculũ fecit sibi salomõ de lignis
libani. Columnas eiꝰ fecit argenteas·
reclinatoriũ areũ ascensũ purpureũ:
media caritate cõstrauit· ꝓpter filias
ihrlm. Egredimini filie syon: ⁊ videte
regẽ salomonẽ in diademate: quo co-
ronauit illũ mater sua· in die dispon-
sationis illiꝰ: et ĩ die leticie cordis eiꝰ.

Quã pulcra es amica mea: iiij
q̃ꝫ pulcra es. Oculi tui colum-
barũ: absq; eo quod intrinsecus latet.
Capilli tui sicut greges caprarũ que
ascenderũt de monte galaad. Dẽtes
tui sicut greges tonsaꝝ: que ascenderũt
de lauacro. Omnes gemellis fetibꝫ: et
sterilis non est inter eas. Sicut vitta
coccinea labia tua: et eloquiũ tuum
dulce. Sicut fragmen mali punici ita
gene tue: absq; eo qd̃ intrinsecus latet.
Sicut turris dauid collũ tuũ: q̃ edifi-
cata est cũ ꝓpugnaculis. Mille clipei
pendent ex ea: om̃is armatura fortiũ.
Duo vbera tua sicut duo hynnuli ca-
pree gemelli: q̃ pascunt̃ in lilijs: donec
aspiret dies· et inclinent̃ vmbre. Va-
dam ad montẽ mirre: ⁊ ad collẽ thuris.
Tota pulcra es amica mea: ⁊ macula
nõ est in te. Veni de libano spõsa mea:
veni de libano veni. Coronaberis de
capite amana· de vertice sanir: et her-
mon: de cubilibꝫ leonũ· de montibus
pardorũ. Vulnerasti cor meũ· soror
mea sponsa: vulnerasti cor meũ ĩ vno
oculorũ tuorũ: et in vno crine colli tui.
Quam pulcre sũt mãme tue soror me-
a sponsa. Pulcriora sũt vbera tua vi-
no: ⁊ odor vngentoꝝ tuoꝝ sup̃ om̃ia
aromata. Fauus distillãs labia tua
sponsa: mel et lac sub lingua tua: et
odor vestimẽtoꝝ tuoꝝ sicut odor thuris.
Ortꝰ cõclusus soror mea spõsa: ortus
cõclusus fons signatus. Emissiones
tue paradisus malorũ punicoꝝ: cum
pomoꝝ fructibꝫ. Cipri cũ nardꝰ· nar-
dus et crocus: fistula et cinamomũ cũ
vniũsis lignis libani: mirra et aloes
cum omnibꝫ primis vngentis. Fons
ortoꝝ puteus aquarũ viuẽtiũ: q̃ fluũt
impetu de libano. Surge aquilo et
veni auster: perfla ortum meum: et
fluent aromata illius. v

Veniat dilectus meus in ortũ suũ:
ut comedat fructũ pomoꝝ suoꝝ.
Veni in ortũ meũ soror mea sponsa:
messui mirrã meã cũ aromatibꝫ meis.
Comedi fauum cum melle meo: bibi



Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0035
powered by DWork • Heidelberg University Library

vinū meum cum lacte meo. Comedite
amici et bibite: et inebriamini carissi-
mi. Ego dormio: ⁊ cor meum vigilat.
Vox dilecti mei pulsantis. Aperi michi
soror mea amica mea columba mea
immaculata mea: q̄a caput meū ple-
num ē rore: et cincinni mei guttis no-
ctiū. Expoliaui me tunica mea: quō
induar illa? Laui pedes meos: quō
quo inquinabo illos? Dilectꝰ meus
misit manū suā per foramen: ⁊ venter
meus intremuit ad tactū eiꝰ. Surrexi
ut aperirē dilecto meo. Manus mee stil-
lauerūt mirrā: et digiti mei pleni mir-
ra probatissima. Pessulū hostij mei
aperui dilecto meo: at ille declinauerat
atq; transierat. Anima mea liq̄facta
est: ut dilectꝰ locutꝰ est. Quesiui ⁊ non
inueni illū: vocaui: et non respondit
michi. Inuenerunt me custodes qui
circuierūt ciuitatem. Percusserūt me ⁊
vulnerauerūt me: tulerūt palliū meū
custodes murorū. Adiuro vos filie
iherusalē: si inueneritis dilectū meum
ut nuncietis ei quia amore langueo.
Qualis est dilectus tuus ex dilecto: o
pulcerrima mulierū? Qualis ē dilectꝰ
tuꝰ ex dilecto: quia sic adiurasti nos?
Dilectus meus candidꝰ et rubicūdus:
electꝰ ex milibꝫ. Caput eius aurū opti-
mum: come eius sicut elate palmarū:
nigre q̄si coruus. Oculi eiꝰ sicut colūbe
sup riuulos aquarꝫ que lacte sūt lote:
⁊ residēt iuxta fluēta plenissima. Gene
illiꝰ sicut areole aromatum: consite a
pigmētarijs. Labia eiꝰ lilia distillan-
tia mirrā primā. Manꝰ illiꝰ tornati-
les: auree: plene iacinctis. Venter eius
eburneus: distinctus saphiris. Crura
illius columne marmoree: q̄ fundate
sunt sup bases aureas. Species eius
ut libani: electꝰ ut cedri. Guttur illius
suauissimū: et totꝰ desiderabilis. Talis
est dilectꝰ meus: et ipse est amicꝰ meus
filie iherlm. Quo abijt dilectꝰ tuus o
pulcerrima mulierū: quo declinauit
dilectꝰ tuus? Et queremꝰ eū tecū. vi

Dilectus meus descendit in ortum
suū ad areolā aromatū: ut ibi
pascat̄ in ortis et lilia colligat. Ego
dilecto meo: ⁊ dilectꝰ meus michi: qui
pascitur inter lilia. Pulcra es amica
mea: suauis et decora sicut iherusalē:
terribilis ut castrorū acies ordinata.
Auerte oculos tuos a me: quia ipsi
me auolare fecerunt. Capilli tui sicut
grex caprarꝫ: q̄ apparuerūt de galaad.
Dentes tui sicut greges ouiū: q̄ ascen-
derūt de lauacro. Omnes gemellis fe-
tibꝫ: ⁊ sterilis nō est in eis. Sicut cortex
malipunici sic gene tue: absq; occultis
tuis. Sexaginta sūt regine: ⁊ octogin-
ta cōcubine: et adolescentularum nō
est numerus. Vna est columba mea
p̄fecta mea: vna est matri sue: electa ge-
nitrici sue. Viderunt eam filie syon et
beatissimā p̄dicauerūt: regine et cōcu-
bine laudauerūt eā. Que est ista que
progredit̄ quasi aurora consurgens:
pulcra ut luna · electa ut sol · terribilis
ut castrorū acies ordinata? Descendi
in ortū nucū ut viderē poma cōualliū:
et inspicerē si floruisset vinea: ⁊ germi-
nassēt malapunica. Nesciui. Anima
mea cōturbauit me: ꝓpter quadrigas
aminadab · reuertere reuertere sunami-
tis: reuertere reuertere ut intueamur te.
vii

Quid videbis in sunamite:
Onisi choros castrorū? Quā pul-
cri sunt gressus tui ī calciamētis filia
principis. Juncture feminū tuorꝫ sicut
monilia: que fabricata sūt manu ar-
tificis. Ymbilicus tuus crater torna-
tilis: nūq̄ indigens poculis. Venter

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0036
powered by DWork • Heidelberg University Library

tuus sicut arcus triūfi: vallatus liliis. Duo ubera tua sicut duo hinnuli gemelli capree. Collū tuū sicut turris eburnea: oculi tui sicut piscine in esebon: q̄ sūt in porta filie multitudinis. Nasus tuus sicut turris libani: q̄ respicit contra damascū. Caput tuum ut carmelus: et come capitis tui sicut purpura regis iuncta canalibus. Quam pulcra es: et q̄m decora carissima in deliciis. Statura tua assimilata est palme: et ubera tua botris. Dixi. Ascendā in palmā: et apprehendā fructus eius. Et erūt ubera tua sicut botri vinee: et odor oris tui sicut odor malorū: guttur tuū sicut vinum optimū. Dignū dilecto meo ad potandū: labiisq; et dentibus illius ad ruminandū. Ego dilecto meo: et ad me cōuersio eius. Veni dilecte mi egrediamur in agrū: cōmoremur in villis. Mane surgam⁹ ad vineas: videam⁹ si floruit vinea: si flores fructus parturiunt: si floruerunt malapunica. Ibi dabo tibi ubera mea. Mandragore dederūt odorē in portis nr̄is. Omnia poma nova et vetera dilecte mi seruaui tibi.

Quis michi det te fratrem meum sugentē ubera matris mee: ut inuenia te foris et deosculer te et iam me nemo despiciat: Apprehendā te et ducā in domū matris mee: et in cubiculū genitricis mee. Ibi me docebis: et dabo tibi poculū ex vino condito: et mustū malorū granatorū meorū. Leua eius sub capite meo: et dextera illius amplexabit me. Adiuro vos filie ihrlm: ne suscitetis neq; euigilare faciatis dilectā: donec ipsa velit. Que est ista que ascendit de deserto deliciis affluēs: innixa sup dilectū suū? Sub arbore malo suscitaui te. Ibi corrupta est mater tua: ibi violata est genitrix tua. Pone me ut signaculū sup cor tuū: ut signaculum sup brachiū tuū: q̄a fortis est ut mors dilectio: dura sicut infernus emulatio. lampades eius: ut lampades ignis atq; flāmarū. Aque multe nō potuerūt extinguere caritatē: nec flumina obruēt illā. Si dederit homo omnē substantiā domus sue pro dilectione: quasi nichil despiciet eā. Soror nra parua: et ubera nō habet. Quid faciem⁹ sorori nostre: in die quādo alloquenda est? Si murus est edificem⁹ super eū propugnacula argētea. Si ostiū est: cōpingam⁹ illud tabulis cedrinis. Ego murus: et ubera mea sicut turris: ex quo facta sū coram eo quasi pacē reperiens. Vinea fuit pacifico: in ea: que habet populos. Tradidit eā custodibus: vir affert pro fructu eius mille argēteos. Vinea mea coram me est. Mille tui pacifici: et ducenti hijs q̄ custodiūt fructus eius. Que habitas in ortis amici auscultāt: fac me audire vocē tuā. Fuge dilecte mi: et assimilare capree hinnuloq; cervorū sup montes aromatū. Explicit cātica cāticor

Incipit liber Sapiencie i

Diligite iusticiā: qui iudicatis terrā. Sentite de dño in bonitate: et in simplicitate cordis querite illū: quoniā inuenit ab hijs q̄ non temptāt illū: apparet autē eis qui fidem habent in illū. Peruerse enī cogitationes separant a deo: probata autē virtus corripiet insipientes. Quoniā in maliuolā animā nō introibit sapiētia: nec habitabit in corpore subdito peccatis. Spiritus enī sanctus disciplīne effugiet fictum: et auferet se a cogitationibus q̄ sunt sine intellectu: et corripiet a superuenīente iniquitate.

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0037
powered by DWork • Heidelberg University Library

Benignus est enim spiritus sapientie et non
liberabit maledictum a labijs suis: quoniam
renum illius testis est deus. et cordis illius
scrutator est verus: et lingue eius auditor.
Quoniam spiritus domini repleuit orbem terra-
rum: et hoc quod continet omnia scientiam
habet vocis. Propter hoc qui loquitur
iniqua non potest latere: nec preteriet illum
corripiens iudicium. In cogitationibus
enim impij interrogatio erit: sermonum
autem illius auditio ad deum veniet: et ad
correptionem iniquitatum illius. Quoniam
auris zeli audit omnia: et tumultus
murmurationum non abscondetur. Custo-
dite ergo vos a murmuratione. que
nichil prodest: et a detractione. parcite
lingue. Quia sermo obscurus in vacuum
non ibit: os autem quod mentitur occidit
animam. Nolite zelare mortem in errore
vite vestre: neque acquiratis perditionem in
operibus manuum vestrarum. Quoniam deus
mortem non fecit: nec letatur in perditione
viuorum. Creauit enim ut essent omnia:
et sanabiles fecit nationes orbis terra-
rum: et non est in illis medicamentum
exterminij nec inferorum regnum in terra.
Iusticia enim perpetua est et immortalis: in-
iusticia autem mortis acquisitio. Impij
autem manibus et verbis accersierunt illam:
et estimantes illam. amicam defluxerunt.
et sponsiones posuerunt ad illam: quo-
niam morte digni sunt qui sunt ex parte illius.

Dixerunt enim impij: cogitan- ij
tes apud se non recte. Exiguum et
cum tedio est tempus vite nostre: et non est
refrigerium in fine hominis: et non est qui
agnitus sit reuersus ab inferis. Quia ex
nichilo nati sumus: et post hoc erimus
tanquam non fuerimus. Quoniam fumus
afflatus est in naribus nostris: et sermo
scintille ad commouendum cor nostrum.
Quia extinctus cinis erit corpus nostrum: et
spiritus diffundetur tamquam mollis aer.
Et transibit vita vestra tamquam vestigium
nubis: et sicut nebula dissoluetur. que
fugata est a radijs solis: et a calore
illius aggrauata. Et nomen nostrum obli-
uionem accipiet per tempus: et nemo ha-
bebit memoriam operum nostrorum. Vmbre
enim transitus est tempus nostrum: et non est
reuersio finis nostri. quoniam consignata est: et
nemo reuertitur. Venite ergo et fruamur
bonis que sunt: et vtamur creatura tamquam
in iuuentute celeriter. Vino precioso et
vnguentis nos impleamus: et non pretere-
at nos flos temporis. Coronemus nos ro-
sis antequam marcescant: nullum pratum sit
quod non pertranseat luxuria nostra. Nemo
vestrum exors sit luxurie nostre. Vbique
relinquamus signa leticie: quoniam hec est pars
nostra: et hec est sors nostra. Opprimamus
pauperem iustum: et non parcamus vidue
nec veterano: nec reuereamur canos
multi temporis. Sit autem fortitudo nostra
lex iusticie. Quod enim infirmum est inuti-
le inuenitur. Circumueniamus ergo iustum.
quoniam inutilis est nobis. et contrarijs est
operibus nostris: et improperat nobis
peccata legis: et diffamat in nos pec-
cata discipline nostre. Promittit se scien-
tiam dei habere: et filium dei se nominat.
Factus est nobis in traductionem cogita-
tionum nostrarum. Grauis est nobis etiam
ad videndum: quoniam dissimilis est alijs vi-
ta illius: et immutate sunt vie eius. Tamquam
nugaces estimati sumus ab illo: et ab-
stinet se a vijs nostris tamquam ab immun-
dicijs: et prefert nouissima iustorum: et
gloriatur patrem se habere deum. Videamus
ergo si sermones illius veri sint: et tem-
ptemus que ventura sunt illi: et sciemus
que erunt nouissima illius. Si enim est verus
filius dei suscipiet illum: et liberabit illum
de manibus contrariorum. Contumelia et

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0038
powered by DWork • Heidelberg University Library

tormento interrogem⁹ eū: ut sciamus
reuerentiā ei⁹: ⁊ probem⁹ pacientiā illi⁹.
Morte turpissima cōdemnem⁹ eū. Erit
enī ei respect⁹ ex sermonibꝫ illius. Hec
cogitauerūt et errauerūt: excecauit enī
oculos malicia eorꝫ. Et nescierūt sacra-
menta dei: neqꝫ mercedē sperauerunt
iusticie: nec iudicauerūt honorē aīarꝫ
sanctarꝫ. Quoniā deus creauit hoīem
inexterminabilē: et ad imaginē similitu-
dinis sue fecit illū. Inuidia autē dia-
boli mors introiuit in orbem terrarū:
imitant̄ autē illū q̄ sūt ex parte illius.
Iustorū autem anime in manu iiij
dei sunt: et non tanget illos tormen-
tum mortis. Visi sunt oculis insipi-
entiū mori: et estimata est afflictio exi-
tus illorꝫ. Et ab itinere iusto abierunt
in exterminiū: ⁊ cū a nobis est iter exter-
minij: illi autē sunt in pace. Et si corā
hoībus tormēta passi sunt: spes illorꝫ
in mortalitate plena ē. In paucis vex-
ati in multis bene disponent̄: quoniā
deus temptauit eos: et inuenit illos
dignos se. Tamq̄ aurū ī fornace ꝓba-
uit illos: et quasi olocausti hostiam
accepit illos: ⁊ in tpe erit respect⁹ illorꝫ.
fulgebūt: et tamq̄ scintille in arundi-
neto discurrēt. Iudicabūt nationes ⁊
dn̄abunt̄ ꝓplis: et regnabit dn̄s illorꝫ
in ꝑpetuū. Qui cōfidunt in illo intelli-
gerent veritatē: et fideles in dilectione
acquiescēt illi: qm̄ donū et pax ē electis
ei⁹. Impij autē secundū q̄ cogitauerūt
correpcōnē habebūt: q̄ neglexerūt iustū:
⁊ a dn̄o recesserūt. Sapiētiā enī ⁊ disci-
plinā q̄ abicit infelix ē. ⁊ vacua ē spes
illorꝫ. ⁊ labores sine fructu. ⁊ inutilia o-
pera eorꝫ. Mulieres eorꝫ insensate sūt: et
neq̄ssimi filij illorꝫ. Maledcā creatura
eorū. Quoniā felix ē sterilis ⁊ incoinq̄-
nata: q̄ nesciuit thorꝫ ī delicto. Habebit
fructū ī respectōne aīarꝫ sanctarꝫ. Et spa-
do q̄ nō opatus ē per man⁹ suas ini-
quitatē: nec cogitauit adūsus deū ne-
quissima. Dabit̄ enim illi fidei donū
electū: et sors in tēplo dei acceptissima.
Bonorꝫ enī laborꝫ gl'osus est fructus:
et que nō cōcidat radix sapiētie. Filij
autē adulterorꝫ ī cōsummatione erūt:
et ab iniquo thoro semen exterminabit̄.
Et si quidē lōge vite erūt: in nichi-
lum cōputabūtur et sine honore erit
nouissima senect⁹ illorꝫ. Et si celerius
defuncti fuerit. nō habebūt spem: nec
ī die agnitionis allocutionē. Natio-
nes enī inique dire sūt consūmacōnis.
O quam pulcra es casta ge- iiij
neracō cū claritate. Immortalis
ē enī memoria illi⁹: qm̄ et apud dn̄m
nota est et apud hoīes. Cū p̄sens est
imitant̄ illā: et desiderāt eā. cū se edux-
erit: et in perpetuū coronata triūphat.
incoinq̄natorū certaminū p̄miū vin-
cens. Multigena autē impiorꝫ multi-
tudo nō erit utilis: et spuria vitulami-
na nō dabūt radices altas. nec stabile
firmamentū collocabūt. Et si ī ramis
in tpe germinauerit. infirmiter posita
a vento cōmouebūtur: et a nimietate
ventorꝫ eradicabūtur. Cōfringent̄ enī
rami incōsummati: et fruct⁹ illorū in-
utiles et acerbi ad mādūcandū: et ad
nichilū apti. Ex iniquis enī om̄es filij
q̄ nascūtur testes sūt nequicie adūsus
parentes interrogatione sua. Iustus
autē si morte p̄occupat⁹ fuerit: in refri-
gerio erit. Senectus enī venerabilis ē:
non diuturna. neqꝫ numero annorū
cōputata. Cani autē sunt sensus hp̄is.
et eras senectutis: vita immaculata.
Placens deo factus dilectus: et viuens
inter peccatores translatus est. Rapt⁹
est ne malicia mutaret intellectū eius:



Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0039
powered by DWork • Heidelberg University Library

aut ne fictio decipe aiam illi⁹. Fascinatio enī nugacitatis obscurat bona: ⁊ inconstantia cōcupiscentie transuertit sensum sine malicia. Consūmatus ī breui explenit multa tpa. Placita enim erat deo aia illi⁹: propter hoc properauit educere illū de medio iniquitatū. Populi autē videntes ⁊ nō intelligentes: nec ponētes nec in prouidis talia: quū gratia dei: et misericordia ē in sanctos ei⁹: et respectus sup electos illi⁹. Cōdemnat autē iustus mortuus viuos impios: ⁊ iuuentus celerius consūmata longam vitā iniusti. Videbūt enī finē sapientis: et nō intelligēt qđ cogitauerit de illo deus: et q̄re munierit illū dñs. Videbunt enī ⁊ cōtemnent eū: illos autē deus irridebit. Et erūt post hec decidentes sine honore: ⁊ in cōtumelia inter mortuos in perpetuū. Quoniā dirumpet illos inflatos sine voce: ⁊ cōmouebit illos a fundamētis: et usq; ad supremū desolabunt. Et erūt gemētes: et memoria illoz pereat. Venient in cogitatione peccatoz suoz timidi: et traducēt illos exaduerso iniquitates ipsorum. v

Nunc stabūt iusti in magna constantia aduersus eos qui se angustiauerūt: et q̄ abstulerunt labores eorum. Videntes turbabunt timore horribili: ⁊ mirabunt in subitatione insperate salutis gementes pre āgustia spirit⁹: dicētes intra se penitentiā agentes: et pre angustia spiritus gementes. Hi sūt quos habuim⁹ aliquādo in derisum et in similitudinē improperij: nos insensati vitā illoz estimabamus insaniā: et finē illoz sine honore. Ecce quomō cōputati sūt inter filios dei: et inter sanctos sors illoz est. Ergo errauim⁹ a via veritatis: ⁊ iustitie lumē nō luxit nobis: et sol intelligentie nō est ortus nobis. Lassati sum⁹ in via iniquitatis ⁊ pditionis: ⁊ ābulauim⁹ vias difficiles: viā autē dñi ignorauim⁹. Quid nobis prfuit superbia: aut diuitiaz iactātia quid cōtulit nobis? Trāsierunt omnia illa tamq̄ umbra ⁊ tamq̄ nūcius pcurrēs. Et tamq̄ nauis que pertransit fluctuantē aquā cui⁹ cū pterierit non est vestigiū inuenire: neq; semitā carine illi⁹ in fluctibus: aut auis q̄ trāsuolat in aere: cuius nullū inuenit argumentū itineris illi⁹: sed tamē sonit⁹ alaz verberās leue ventū: et scindēs per vim itineris aerē: cōmotis alis trāsuolauit: et post hec nullū signū inuenit itineris illi⁹: aut tamq̄ sagitta emissa in locū destinatū: diuisus aer continuo in se reclusus est ut ignoret transitus illi⁹: sic et nos nati cōtinuo defuim⁹ esse: ⁊ virtutis quidē nullū signū valuim⁹ ostendere: in malignitate autē nostra cōsumpti sum⁹. Talia dixerūt in inferno hij q̄ peccauerunt: quū spes impij tamq̄ lanugo ē que a vento tollit: et tamq̄ spuma gracilis que a procella dispergit: et tamq̄ fumus qui a vento diffusus est: ⁊ tamq̄ memoria hospitis unius diei pereūtis. Iusti autē in perpetuū viuēt: et apud dñm est merces eoz: et cogitatio illoz apud altissimū. Ideo accipient regnū decoris et diadema speciei de manu dñi: quia dextera sua tegit eos: et ī brachio sancto suo defendet illos. Et accipiet armaturā zelus illi⁹: et armabit creaturā ad vltionē inimicoz. Induet pro torace iustitiā: ⁊ accipiet p galea iudiciū certū. Sumet scutum inexpugnabile equitatē: acuet autē diram irā i lanceā: et pugnabit cū illo orbis terrarū cōtra insensatos. Ibunt directe emissiones fulgurū: et tamq̄ a bene

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0040
powered by DWork • Heidelberg University Library

curuato arcu nubiū exterminabunt̄:
⁊ ad certū locū insiliēt. Et a petrosa ira
plene mittent̄ grādines: et scandescet ī
illos aqua maris: ⁊ flumina cōcurrēt
duriter. Contra illos stabit spiritus
virtutis. ⁊ tamq̄ turbo venti diuidet
illos: ⁊ ad heremū perducet omnem ter-
ram iniquitatis illoꝝ: et malignitas
euertet sedes potentium. vj

Melior est sapiētia q̄ vires: et vir
prudēs magis q̄ fortis. Audite
ergo reges ⁊ intelligite: discite iudices
finiū terre. Prebete aures vos q̄ conti-
netis mlt̄itudines ⁊ placetis vobis ī
turbis nationū: qm̄ data est a dn̄o
potestas vobis. et virt⁹ ab altissimo:
qui interrogabit opa vestra. ⁊ cogita-
tiones scrutabit̄: qm̄ cum esseris mini-
stri regni illi⁹. nō recte iudicastis nec
custodistis legē iusticie: neq; secundū
volūtatē dei ambulastis. Horrende
et cito apparebit vobis: qm̄ iudicium
durissimū in hijs qui p̄sunt fiet. Exi-
guo enī cōcedit̄ miscdia: potentes autē
potenter tormenta patienter. Nō enī
subtrahet ꝑsonā cuiusq̄ deus qui est
omniū dn̄ator. nec verebit̄ magnitu-
dinem cuiusq̄: qm̄ pusillū et magnū
ipe fecit: ⁊ equaliter cura ē illi de om̄ibꝫ.
Fortioribꝫ autem. fortior instat crucia-
tio. Ad vos ergo reges sūt hij sermo-
nes mei: ut discatis sapientiā: et ne ex-
cidatis. Qui enī custodierit iusticiam:
iuste iudicabunt̄: et q̄ didicerint iusta
inueniēt quid respōdeāt. Cōcupiscite
ergo sermones meos ⁊ diligite illos:
et habebitis disciplinā. Clara est et q̄
nūq̄ marcescit sapientia: ⁊ facile videt̄
ab hijs qui diligūt eā: et inuenit̄ ab
hijs qui querūt illā. Preoccupat qui
se cōcupiscūt: ut illis se prior ostendat.
Qui de luce vigilauerit ad illam non
laborabit: assidentē enī illā foribus
suis inueniet. Cogitare ergo de illa
sensus est consūmat⁹: ⁊ qui vigilaue-
rit. ꝓpter illā cito erit secur⁹. Quoniā
dignos se circuit ipa querēs: et in vijs
suis ostendet se illis hilariter: ⁊ ī om̄i
prouidētia occurret illis. Iniciū enim
illi⁹ verissima est discipline cōcupiscen-
tia. Cura ergo discipline dilectio est:
⁊ dilectio custodia legū illi⁹ est. Custo-
ditio autē legū consūmatio incorru-
ptionis est: incorruptio autē facit esse
proximū deo. Cōcupiscentia itaq; sa-
pientie deducet ad regnū perpetuū. Si
ergo delectamini sedibus et sceptris o
reges ꝓpl̄i: diligite sapientiā ut in per-
petuū regnetis. Diligite lumē sapien-
tie: omnes qui p̄estis ꝓpl̄is. Quid est
autē sapientia ⁊ quēadmodū facta sit
referā ⁊ non abscondā a vobis sacra-
menta dei: sed ab inicio natiuitatis
inuestigabo: et ponā in lucē scientiā
illi⁹. ⁊ nō p̄teribo veritatē: neq; cū inui-
dia tabescente iter habebo: quoniā talis
homo nō erit particeps sapiētie. Mul-
titudo autē sapientiū. sanitas ē orbis
terraꝝ: ⁊ rex sapiēs. ꝓpl̄i stabilimentū
est. Ergo accipite disciplinā ꝑ sermones
meos: et proderit vobis. vij

Cum quidē ⁊ ego mortalis homo
similis omnibꝫ: ⁊ ex genere terre-
no illi⁹ qui prior fact⁹ est: ⁊ in ventre
matris figurat⁹ sum caro: decē mēsiū
tpe coagulat⁹ sū in sanguine. ex semi-
ne hoīs: et delectamēto somni conue-
niente. Et ego nat⁹ accepi cōmunem
aerē: et insimiliter factā decidi terram:
et primā vocē similē omnibus emisi
plorās. In inuolumētis nutrit⁹ sū: ⁊
magnis curis. Nemo enī ex regibus
aliud habuit natiuitatis iniciū. Vn⁹
ergo introit⁹ est omnibꝫ ad vitam: et



Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0041
powered by DWork • Heidelberg University Library

silis exit⁹. Propter hoc optaui et dat⁹
est michi sensus: et inuocaui et venit
in me spirit⁹ sapiētie. Et p̄posui illam
regnis ⁊ sedibꝫ: ⁊ diuitias nichil esse
dixi in cōparatione illi⁹. Nec cōpara-
ui illi lapidē p̄ciosum: quoniā omne
aurū in cōparatione illi⁹ arena est exi-
gua: et tamq̄ lutū estimabit̄ argentū
in cōspectu illi⁹. Sup̄ salutē et speciem
dilexi illā: ⁊ p̄posui pro luce habere illā:
quā inextinguibile est lumē illi⁹. Ve-
nerūt autē michi om̄ia bona pariter
cū illa: ⁊ innumerabilis honestas p̄
man⁹ illi⁹. Et letat⁹ sum in omnibꝫ:
quoniā antecedebat me ista sapiētia:
et ignorabā qm̄ horꝫ omniū mater ē.
Quā sine fictione didici: et sine inui-
dia cōmunico: et honestatē illius nō
abscondo. Infinit⁹ enī thesaurus est
hominibꝫ: quo q̄ usi sunt participes
facti sūt amicicie dei: p̄pter discipline
dona cōmendati. Michi autem dedit
de⁹ dicere ex sentēcia et p̄sumere digna
horꝫ que michi dant̄: qm̄ ip̄e sapiētie
dux est: et sapientiū emēdator. In ma-
nu enī illi⁹ et nos ⁊ sermones nostri:
et omnis sapientia ⁊ operum scientie
disciplina. Ipse enī dedit michi horū
scientiā verā q̄ sunt: ut sciā dispositio-
nem orbis terraꝝ ⁊ virtutes elemētoꝝ:
initiū ⁊ consūmationē ⁊ medietatem
temporū vicissitudinū p̄mutationes
⁊ consūmationes temporū ⁊ morum
mutationes: diuisiones temporū an-
ni cursus et stellaꝝ dispositiones na-
turas animaliū et iras bestiaꝝ: vim
ventoꝝ et cogitationes hoīm differen-
tias virgultoꝝ ⁊ virtutes radicum: et
quecūq; sunt absconsa et improuisa
didici. Omniū enī artifex docuit me
sapiētia. Est enī in illa spiritus intelli-
gentie sanctus unicus m̄sciplex sbtilis
disert⁹ mobilis incoinquinat⁹: cert⁹
suauis amās bonū: acutus q̄ nichil
vetat benefacere: human⁹ benignus
stabilis cert⁹ secur⁹: omnē habēs vir-
tutē om̄ia prospiciens: et qui capiat
omnes spirit⁹ intelligibiles: mund⁹
subtilis. Omnibꝫ enī mobilibꝫ mobi-
lior est sapiētia. Attingit autem ubiq;
propter suā mūdiciā. Vapor est enim
virtutis dei: ⁊ emanatio quedā ē clari-
tatis om̄ipotentis dei sincera: et ideo
nichil inq̄natū in eā incurrit. Candor
ē enī lucis eterne ⁊ speculū sine macula
dei maiestatis: ⁊ imago bonitatis illi⁹.
Et cū sit una omnia potest: et perma-
nens in se omnia innouat: ⁊ per nati-
ones in aīas sanctas se trāsfert. Ami-
cos dei et p̄pheras cōstituit. Neminē
enī diligit deus: nisi eū q̄ cū sapiētia in-
habitat. Est enī hec speciosior sole: ⁊ su-
per omnē dispositionē stellaꝝ luci com-
parata inuenit̄ prior. Illi enī succedit
nox: sapiētiā autē nō vincit malicia.

Attingit ergo a fine usq; uiij
ad finē fortiter: ⁊ disponit om̄ia
suauiter. Hanc amaui et exquisiui eā
a iuuētute mea: et q̄siui sponsā michi
eā assumere: et amator fact⁹ sū forme
illi⁹. Generositatē illi⁹ glorificat con-
tuberniū habēs dei: sed ⁊ omniū dn̄s
dilexit illā. Doctrix enī ē discipline dei:
et electrix operū illi⁹. Et si diuitie appe-
tunt̄ ī vita: quid sapiētia locupletius
que operat̄ om̄ia? Si autē sensus ope-
ratur: quis horꝫ q̄ sunt magis quam
illa ē artifex? Et si iusticiā q̄s diligit:
labores hui⁹ magnas habēt virtutes.
Sobrietatē enī ⁊ prudentiā docet et
iusticiā ⁊ virtutē: quibꝫ utilius nichil
est in vita hominibꝫ. Et si m̄stitudinē
scientie desiderat quis: scit p̄terita et de
futuris estimat: scit versutias s̄monū

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0042
powered by DWork • Heidelberg University Library

et dissolutiones argumētorꝫ: signa ⁊
monstra scit anteq̄ fiant · et euentus
temporꝫ · et seculorꝫ. Proposui ergo hāc
adducere michi ad cōuiuendū: sciens
quoniā mecū cōmunicabit de bonis:
et erit allocutio cogitationis · et tedij
mei. Habebo ꝓpter hāc claritatem ad
turbas: et honorē apud seniores. Iu-
uenis ⁊ acutꝰ inueniar in iudicio: et ī
cōspectu potentiū ammirabilis ero: et
facies principū mirabunt̄ me. Tacen-
tem me sustinebūt: loquentē me respi-
cient: et sermocināte me plura · manꝰ
ori suo imponēt. Preterea habebo ꝑ
hāc immortalitatē: ⁊ memoriā eternā
hijs qui post me futuri sūt relinquā.
Disponā ꝓplos: ⁊ nacōnes michi erūt
subdite. Timebūt me audiētes reges
horrendi: et ī mlstitudine bonꝰ videbor:
et in bello fortis. Intrās in domū meā
cōquiescā cū illa. Nō enī habet amari-
tudinē cōuersatio illius: nec tediū con-
uictus illiꝰ: sed leticiā et gaudiū. Hec
cogitās apud me · et cōmemorans in
corde meo · qm̄ immortalis est in cogi-
tatione sapiētia · et in amicicia illius
delectatio bona: et in operibꝫ manuū
illiꝰ honestas sine defectione: et in cer-
tamine loquele illiꝰ sapiētia · et p̄clari-
tas in cōmunicatione sermonū ip̄ius:
circuibā querēs · ut michi illā assume-
rem. Puer autē erā ingeniosus ⁊ sorti-
tus sū aīam bonā. Et cū essem magis
bonꝰ: veni ad corpus incoinq̄natū. Et
ut sciui qm̄ aliter nō possū esse ꝯtinēs
nisi deus det: ⁊ hoc ip̄m erat sūma sa-
pientia scire · cuiꝰ esset hoc donū: adij
dominū et deprecatꝰ sum illū: et dixi
ex totis precordijs meis. ℣

Deus patrū meorū et dn̄e miscdie ·
qui fecisti om̄ia verbo tuo: et sa-
piētia tua cōstituisti hoīem · ut dn̄aret̄
creature que a te facta est · ut disponat
orbē terrarū in equitate et iusticia · ⁊ in
directione cordis iudiciū iudicet: da
michi sediū tuarꝫ assistricē sapientiā: ⁊
noli me reprobare a pueris tuis · qm̄
seruꝰ tuus sum ego · et filiꝰ ancille tue:
homo infirmꝰ ⁊ exigui tp̄is: et minor
ad intellectū iudicij et legū. Et si quis
erit consūmatꝰ inter filios hoīm: si ab-
fuerit ab illo sapientia tua · in nichilū
cōputabit̄. Tu autē elegisti me regem
ꝓplo tuo: et iudicē filiorꝫ tuorꝫ et filiarū.
Et dixisti me edificare templū ī monte
sancto tuo: et in ciuitate habitationis
tue altare: similitudinē tabernacli sancti
tui qd̄ p̄parasti ab inicio ⁊ tecū sapien-
tia tua · que nouit opa tua: q̄ ⁊ affuit
tūc cū orbē terrarꝫ faceres · et sciebat q̄d
esset placitū oculis tuis: ⁊ quid directū
in preceptis tuis. Mitte illam de celis
sanctis tuis · et a sede magnitudinis
tue: ut mecū sit et mecū laboret: et sciā
quid acceptū sit apud te. Scit enī illa
omnia et intelligit: et deducet me in
opibus meis sobrie: et custodiet me ī
sua potētia. Et erūt accepta opa mea:
et disponā ꝓplm tuū iuste: ⁊ ero dignꝰ
sediū patris mei. Quis enim hominū
poterit scire consiliū dei? Aut quis po-
terit cogitare quid velit deus? Cogi-
tationes enī mortaliū timide: ⁊ incerte
prouidētie nr̄e. Corpꝰ enī qd̄ corrum-
pitur aggrauat aīam: ⁊ terrena inha-
bitatio deprimit sensū mlta cogitantē.
Et difficile estimamꝰ que in terra sūt:
et que in ꝓspectu sunt inuenimꝰ cum
labore. Que in celis sunt autem quis
inuestigabit? Sensū autem tuū quis
sciet nisi tu dederis sapientiā ⁊ miseris
spiritū sanctum tuū de altissimis: et si
correcte sint semite eorꝫ q̄ sunt in terris ·
et que tibi placēt didicerit hoīes? Nā



Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0043
powered by DWork • Heidelberg University Library

per sapientiā sanati sūt quicūq; placu-
erunt tibi domine a principio. x

Nec illū qui prim⁹ formatus est a
deo pater orbis terraꝝ· cū solus
esset creat⁹ custodiuit: et eduxit illū a
delicto suo. Et eduxit illū de limo terre·
et dedit illi virtutem cōtinendi omnia.
Ab hac ut recessit iniust⁹ in ira sua:
per irā homicidij fraternitas deperijt.
Propter qd̄ cū aqua deleret terrā: sa-
nauit iterū sapientia: per cōtemptibile
lignū iustū gubernās. Hec ⁊ ī cōsensu
supbie cū se nationes extulissent ciuit
iustū: ⁊ cōseruauit sine q̄rela deo: ⁊ in
filijs misc̄diam fortē custodiuit. Hec
iustū a pereuntibꝫ impijs liberauit fu-
gientem: descendēte igne ī pentapolim:
quibus in testimoniū nequicie fumi-
gabūda cōstat deserta terra: et in certo
tpe fruct⁹ habentes arbores: et incredi-
bilis anime memoria stās figmentū
salis. Sapientiā enī p̄tereuntes non
tantū in hoc lapsi sūt ut ignorarent
bona: sed ⁊ insipiētie sue reliquerunt
hominibꝫ memoriā: ut in hijs q̄ pecca-
uerūt: nec latere potuissent. Sapiētia
autē hos qui se obseruāt a doloribus
liberabit. Hec autē profugū ire fratris
iustū deduxit p vias rectas: ⁊ ostendit
illi regnū dei: et dedit illi scientiā san-
ctorū. Honestauit illū in laboribꝫ: et
cōpleuit labores illius. In fraude cir-
cumuenientiū illū affuit illi: et hone-
stum fecit illū. Custodiuit illū ab ini-
micis: et a seductoribꝫ tutauit illū. Et
certamen forte dedit illi ut vinceret: et
sciret qm̄ omniū potētior ē sapientia.
Hec venditū iustū nō dereliquit· sed a
peccatoribꝫ liberauit eū: descenditq; cū
illo in foueā et in vinculis nō dereliq̄t
illū: donec afferret illi sceptrū regni· et
potentiā adūsus eos q̄ eū deprimebāt:
et mendaces ostendit q̄ maclauerūt
illū: et dedit illi claritatē eternā. Hec
ꝑsm iustū et semē sine querela libera-
uit a nationibꝫ que illū deprimebāt.
Intrauit in animam serui dei: et stetit
cōtra reges horrendos in portentis et
signis. Et reddidit iustis mercedem
laborū suorū: et deduxit illos in via
mirabili. Et fuit illis in velamēto die:
et ī luce stellaꝝ per noctē. Et trāstulit il-
los p mare rubrū: ⁊ trāsuexit illos per
aquā nimiā. Inimicos autē illorū de-
mersit ī mare: ⁊ ab altitudine inferno-
rum eduxit illos. Ideo iusti tulerūt spo-
lia impioꝝ: et decātauerūt dn̄e nomē
sanctum tuū: et victricem manū tuam
laudauerunt pariter. Quoniam sapi-
entia aperuit os mutorum: et linguas
infantium fecit disertas. xi

Direxit opa eoꝝ in manibꝫ ꝓphete
sancti. Iter fecerunt per deserta q̄
nō habitant̄· et in locis desertis fecerūt
casas. Steterūt cōtra hostes: et de ini-
micis se vindicauerūt. Sitierunt ⁊ in-
uocauerūt te: et data est illis aqua de
petra altissima: ⁊ requies sitis de lapide
duro. Per q̄ enī penas passi sūt inimi-
ci illoꝝ· a defectione pot⁹ sui: in eis cū
abundarēt filij isrl̄ letati sunt. Per hec
cū illis deessent: bene cū illis actum est.
Nā pro fonte quidem sempiterni flu-
minis humanū sanguinem dedisti
iniustis. Qui cū minuerent̄ in tradu-
ctione infantiū occisorū· dedisti illis
abundantē aquā insperate: ostendēs
per sitim que tunc fuit· quēadmodū
tuos exaltares: et aduersarios illorū
necares. Cum enim temptati sunt· et
quidē cum misc̄dia disciplinā accipi-
entes: scierūt quēadmodū cū ira iudi-
cati impij tormenta paterentur. Hos
quidem tamq̄ pater monens ꝓbasti.

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0044
powered by DWork • Heidelberg University Library

Illos autē tamq̄ durꝰ rex interrogās condemnasti. Absentes enī et p̄sentes similiter torquebant̄. Duplex enī illos acceperat tediū: et gemitꝰ cū memoria p̄teritorū. Cū enī audirent per sua tormenta bene secū agi cōmemorati sūt dn̄m: admirantes in finē exitus. Quē enī ī expositione praua proiectū deriserunt: in finē euentꝰ mirati sunt. Non similiter iniustis faciēs: pro cogitationibꝫ autē insensatis iniq̄tates illorꝫ. qd̄ quidē errantes colebāt mutos serpentes ⁊ bestias sup̄ vacuas: immisisti illis mstitudinē mutorꝫ animaliū in vindictā: ut scirēt quia per que peccat quis per hec ⁊ torquet̄. Non enī impossibilis erat omnipotens manꝰ tua q̄ creauit orbē terrarū ex materia inuisa immittere illis mstitudinē vrsorū. aut audaces leones. aut noui generis. ira plenas. ⁊ ignotas bestias: aut vaporē igniū spirātes. aut fumi odorē proferentes: aut horrendas ab oculis scintillas emittentes: quarꝫ nō solū lesura poterat illos exterminare: sed ⁊ aspectꝰ per timorē occidere. Nam et sine hijs vno spiritu poterāt occidi p̄secutionē passi. ab ip̄is factis suis: et dispersi per spiritū virtutis tue: sed om̄ia ī mensura ⁊ numero ⁊ pōdere disposuisti. Multum enī valere tibi soli sup̄erat semper: et virtuti brachij tui q̄s resistet? Quoniā tamq̄ momentū statere sic ē ante te orbis terrarū: et tamq̄ gutta roris antelucani qui descendit in terrā. Et misereris omniū. quia omnia potes: et dissisas peccata hoīm propter penitentiā. Diligis enī omnia que sunt et nichil odisti eorꝫ que fecisti: nec enim odiens aliquid cōstituisti. aut fecisti. Quomō autē posset aliquid p̄manere nisi tu voluisses: aut qd̄ a te vocatum non esset conseruaret̄? Parcis autem om̄ibꝫ: qm̄ tua sūt dn̄e q̄ amas aīas.

xij

O quam bonꝰ. et suauis est dn̄e spiritꝰ tuꝰ in om̄ibꝫ. Ideoq̄ hos qui exerrāt partibꝫ corripis: et de quibꝫ peccāt ammones: et alloqueris ut relicta malicia credāt in te domine. Illos enim antiquos inhabitatores terre sancte tue quos exhorruisti qm̄ odibilia op̄a tibi faciebāt per medicamina et sacrificia iniusta: et filiorum suorum necatores sine misericordia. et comestores viscerum hominum et deuoratores sanguinis. ⁊ auctores parentes aīarū inauxiliatarꝫ p̄dere voluisti. a medio sacramēto tuo. p̄ manus parentū nostrorꝫ. ut dignā perciperēt peregrinationē puerorū dei: que tibi omniū carior ē terra. Sed et hijs tamq̄ hominibꝫ pepercisti: et misisti antecessores exercitus tui vespas: ut illos paulatim exterminarēt. Non quia impotens eras in bello. subicere impios iustis. aut bestijs seuis. aut v̄bo duro simul exterminare: sed partibus iudicans dabas locū penitentie. nō ignorans qm̄ nequā est natio eorꝫ. et naturalis malicia ipsorꝫ: et qm̄ nō poterat mutari cogitatio illorum ī perpetuū. Semē enim erat maledictū ab inicio. Nec timēs aliquem: veniā dabas peccatis illorꝫ. q̄s enī dicet tibi q̄d fecisti? Aut quis stabit contra iudiciū tuū? Aut quis in cōspectu tuo veniet vindex iniquorū hominū? Aut q̄s tibi imputabit: si perierint nationes quas tu fecisti? Non est enī alius deus quam tu. cui cura est de omnibꝫ: ut ostendas qm̄ nō iniuste iudicas iudiciū. Neq̄ rex neq̄ tirannꝰ in cōspectu tuo inquirent de hijs quos p̄didisti. Cum ergo sis iustꝰ. iuste omnia disponis. ip̄m

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0045
powered by DWork • Heidelberg University Library

quoq; qui nō debet puniri cōdemnas:
⁊ exterū estimas a tua virtute. Virtus
enim tua · iusticie inicium est: ⁊ ob hoc
cp omniū dn̄s es · omnibꝫ te parcere
facis. Virtutē enī ostendis tu · qui nō
crederis esse in virtute consūmatus: et
horū qui te nesciūt audaciā traducis.
Tu autē dn̄ator virtutis cū tranquilli-
tate iudicas: et cū magna reuerentia
disponis nos. Subest enī tibi cū vo-
lueris posse. Docuisti enī ꝓpl̄m tuū per
talia opa · qm̄ oportet iustū esse et hu-
manū: et bone spei fecisti filios tuos:
qm̄ iudicās das locū in peccatis peni-
tentie. Si enī inimicos seruorū tuorū
et debitos morti cū tanta cruciasti at-
tentione · et liberasti dās temp⁹ et locū
per que possent mutari a malicia: cū
quāta diligētia iudicasti filios tuos
quoꝝ parentibꝫ iuramēta ⁊ cōuentio-
nes dedisti bonarū ꝓmissionū? Cū
ergo das nobis disciplinā inimicos
nr̄os mlt̄ipliciter flagellas: ut bonita-
tem tuā cogitem⁹ iudicātes: et cum de
nobis iudicat̄ sperem⁹ misc̄diam tuā.
Vnde ⁊ illis qui in vita sua insensate
et iniuste vixerūt: per hec que coluerūt
dedisti sūma tormēta. Etenī in erroris
via diuci⁹ errauerūt: deos estimantes
hec · que ī animalibꝫ sunt sup̄ vacua:
infantiū insensatorū more viuentes.
Propter hoc tamq̄ pueris insensatis
iudiciū in derisū dedisti. Qui autē ludi-
brijs · ⁊ increpationibꝫ nō correcti sūt:
dignū dei iudiciū experti sunt. In hijs
enī que patiebant̄ · moleste ferebāt: in
quibus patientes indignabant̄. Per
hec quos putabāt deos in ip̄is cum
exterminarent̄: videntes illū quē olim
negabant se nosse: verum deū agno-
uerunt. Propter quod et finis con-
demnationis eorum veniet sup̄ illos.

Vani sūt autē om̄es hoīes xiij
in quibus nō subest scientia dei:
et de hijs que vident̄ bona nō potue-
runt intelligere eū · qui est: neq; opibus
attendentes agnouerūt quis esset ar-
tifex: sed aut ignem · aut spiritū · aut ci-
tatū aerē · aut girū stellarū · aut nimiā
aquā · aut solē et lunā rectores orbis
terraꝝ deos putauerūt. Quoꝝ et si spe-
cie delectati deos putauerūt: sciāt quan-
to hijs dn̄ator eoꝝ speciosior ē. Speci-
ei enī generator hec omnia constituit.
Aut si virtutē et opera eoꝝ mirati sūt:
intelligāt ab illis · qm̄ qui hec fecit for-
tior ē illis. A magnitudine enī speciei
et creature: cognoscibiliter poterit cre-
ator horū videri. Sed tamē adhuc in
hijs minor est querela. Et hij enim for-
tasse errant deū querentes: ⁊ volentes
inuenire. Etenī cū in opibus illi⁹ con-
uersent̄: inquirūt et persuasū habent:
qm̄ bona sunt que vident̄. Iterū autē
nec hijs debet ignosci. Si enī tantum
potuissent scire ut possent estimare se-
culū: quomō hui⁹ dn̄m non facilius
inuenerūt? Infelices autē sunt et inter
mortuos spes illoꝝ est: qui appellaue-
runt deos opa manuū hominū · aurū
et argentū artis inuentionē · et simili-
tudines aīaliū · aut lapidē inutilē op⁹
manus antique. Aut si quis artifex
faber de silua lignū rectum secuerit · et
hui⁹ docte eradat omnē corticē et arte
sua vsus diligenter fabricet vas vtile
in cōuersationē vite: reliquijs autem
ei⁹ operis ad ꝓparationē esce abutat̄:
et reliquū horū qd̄ ad nullos vsus fa-
cit · lignū curuū et verticibꝫ plenū scul-
pat diligenter per vacuitatē suā: ⁊ per
scientiā sue artis figuret illud · et assi-
milet illud imagini hoīs aut alicui
ex animalibꝫ illud cōparet: ꝑliniens

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0046
powered by DWork • Heidelberg University Library

rubrica · et rubricundū faciēs fuco co
lorē illi⁹ · et omnē maculā que in illo
est ꝑliniēs terra: et faciat ei dignā ha
bitationē et in pariete ponens illud ·
et cōfirmans ferro ne forte cadat pro
spiciens illi: sciens quoniā nō potest
adiuuare se. Imago enī est: et opus
est illi adiutoriū. Et de substācia sua ·
et de filijs suis · et de nuptijs · votum
faciens inquirit. Non erubescit loqui
cū illo qui sine anima est: et pro sani
tate quidem infirmū deprecat̄: et pro
vita rogat mortuū: et in adiutorium
inutilem inuocat: et pro itinere petit
ab eo qui ambulare non potest: et de
acquirendo et de oꝑando et de omni
um rerum euentu petit ab eo qui in o
mnibus est inutilis. xiiij

Iterū ali⁹ nauigare cogitās et per feros
fluct⁹ iter facere incipiēs: ligno portan
te se · fragili⁹ lignū inuocat. Illud enī
cupiditas acquirendi excogitauit: et
artifex · sapientia fabricauit sua. Tua
autē pater prouidentia ab inicio cun
cta gubernat: quoniā dedisti in mari
uiā · et inter fluctus semitā firmissimā:
ostendēs qm̄ potens es ex omnibꝫ sa
nare · eciam si sine rate aliquis adeat
mare. Sed ut nō essent vacua sapien
tie tue opera: ꝓpter hoc eciā et exiguo
ligno credūt hoīes animas suas: et
transeuntes mare per ratē liberati sūt.
Sed ⁊ ab inicio cū perirent superbi gi
gantes: spes orbis terraꝝ ad ratē con
fugiēs · remisit seculo semē natiuitatis:
que manu tua erat gubernata. Bene
dictū est enī lignū: per quod fit iusticia.
Per man⁹ autē quod fit ydolū male
dictū est · et ipm̄ · et qui fecit illud: quia
ille quidē operatus est: illud autē cum
esset fragile deus cognominatus est.
Similiter autē odio sūt deo: impi⁹ et
impietas ei⁹. Et enī qd̄ factū est: cū illo
qui fecit tormēta patietur. Propter hoc
⁊ in ydolis nationū nō erit respectus:
qm̄ creature dei in odiū facte sunt et ī
temptationē anime hoīm: et in musci
pulā pedibꝫ insipientiū. Iniciū enim
fornicationis est exquisitio ydolorū:
⁊ adinuentio illorū corruptio vite est.
Neqꝫ enī erat ab inicio: neqꝫ erunt in
perpetuū. Supuacuitas enī hominū
hec adinuenit in orbē terrarū: et ideo
breuis illoꝝ finis est inuent⁹. Acerbo
enī luctu dolēs pater rapti cito sibi filij
fecit imaginē: et illū qui tunc quasi
homo mortu⁹ fuerat nūc tanqꝫ deum
colere cepit: et cōstituit inter seruos su
os sacra et sacrificia. Deinde interue
niente tpe · conualescēte iniqua cōsue
tudine · hic error tanqꝫ lex custoditus
ē: et tirannoꝝ impio colebant̄ figmen
ta. Et hos quos in palā hoīes hono
rare nō poterāt propter hoc q̄ longe
essent: a longinquo figura eoꝝ allata ·
euidentē imaginē regis · quē honorare
volebāt fecerūt: ut illū qui aberat tan
qꝫ presentem colerent sua solicitudine.
Prouexit autē ad hoꝝ culturā et hos
q̄ ignorabāt · artificis eximia diligen
tia. Ille enī volens plus placere illi q̄
se assumpsit: elaborauit arte sua ut
similitudinē in melius figuraret. Multi
tudo autē hoīm abducta per speciem
operis: eū qui ante temp⁹ tanqꝫ homo
honorat⁹ fuerat · nūc deū estimauerūt.
Et hec fuit vite humane deceptio: qm̄
aut affectui aut regibꝫ deseruientes ho
mines · incōmunicabile nomen lapi
dibus et lignis imposuerūt. Et non
suffecerat errasse eos circa dei scientiā:
sed ⁊ ī magno viuentes ī scientie bello:
tot ⁊ tam magna mala pacē appellāt.
Aut enī filios suos sacrificantes · aut

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0047
powered by DWork • Heidelberg University Library

obscura sacrificia facientes · aut insa-
nie plenas vigilias habentes · neq;
vitā neq; nuptias mūdas iam custo-
diūt: sed et alius aliū p̄ inuidiam oc-
cidit aut adulterās cōtristat: et om̄ia
commixta sunt · sanguis homicidiū
furtum et fictio · corruptio et infideli-
tas · turbatio ⁊ p̄iuriū: tumult⁹ bono-
rum · dei immemoratio · animarum
inquinatio · natiuitatis immutatio ·
nuptiarum incōstātia: inordinatio
mechie et impudicicie. Infandoꝝ enī
ydoloꝝ cultura omnis mali causa ē:
⁊ iniciū ⁊ finis. Aut enī dū letātur in-
saniūt · aut certe vaticinant̄ falsa: aut
viuūt iniuste: aut peierant cito. Dum
enī cōfidūt ī ydolis que sūt sine aīa:
male iurantes noceri se non sperant.
Utraq; ergo illis euenient digne: qm̄
male senserūt de deo · attendentes ydo-
lis: ⁊ iurauerūt iniuste in ydolo · con-
temnētes iusticiā. Nō enī iurantiū est
virt⁹: sed peccantiū pena perambulat
semp̄ iniustoꝝ preuaricationē. xv

Tu autem deus noster · suauis et
verus es: patiēs ⁊ ī misc̄dia dispo-
nens oīa. Et si enī peccauerim⁹ tui su-
mus · sciētes magnitudinē tuā: ⁊ si nō
peccauerim⁹: scim⁹ qm̄ apud te sum⁹
cōputati. Nosse enī te cōsūmata iusti-
cia est: et scire iusticiā et virtutē tuam ·
radix ē immortalitatis. Nō enī in er-
rorem induxit nos hoīm male artis
excogitatio: nec vmbra picture · labor
sine fructu · effigies sculpta per varios
colores · cuius aspectus dat insensato
cōcupiscentiā: et diligit mortue ima-
ginis effigiē sine aīa. Maloꝝ amato-
res digni sunt morte: qui spem habēt
in talibus ⁊ qui faciūt illos: ⁊ qui di-
ligūt ⁊ qui colūt. Sed ⁊ figulus mollē
terrā premēs laboriose fingit ad vsus
nr̄os vnūqd̄que vas: et de eodē luto
fingit que mūda sunt in vsum vasa:
et similiter que hijs sūt contr̄ia. Horꝝ
autem vasoꝝ quis sit vsus iudex est fi-
gulus. Et cū labore vario deum fingit
de eodem luto · ille qui paulo ante de ter-
ra factus fuerat: ⁊ post pusillū reducit
se vnde acceptus est · repetit⁹ anime de-
bitum q̄ habebat. Sed est cura illi nō
quia laboratur⁹ est · nec quoniā bre-
uis illi vita ē: sed cōcertat̄ aurificibꝫ ⁊
argētarijs: sed et erarios imitatur: ⁊
gloriam p̄fert quoniam res super va-
cuas fingit. Cinis est enim cor ei⁹: et
terra sup̄ vacua spes illius et luto vili-
or vita ei⁹: quoniā ignorauit qui se
finxit: et q̄ inspirauit illi animā que
operatur: et qui insufflauit ei spiritū
vitalem. Sed et estimauerunt lusum
esse vitam nostram: ⁊ cōuersationem
vite cōpositam ad lucrum: et oportere
vndecūq; eciā ex malo acquirere. Hic
enim scit se sup̄ om̄es delinq̄re: qui ex
terre mateia fragilia vasa ⁊ sculptilia
fingit. Omnes enim insipientes ⁊ in-
felices supra modū anime sup̄bi sūt
inimici populi tui · ⁊ imperātes illi: qm̄
omnia ydola nationum deos estima-
uerunt quibus neq; oculorum visus
est ad videndum: neq; nares ad per-
cipiendum spiritū · neq; aures ad au-
diendum: neq; digiti manuū ad tra-
ctandum: sed ⁊ pedes eorum pigri ad
ambulandum. Homo enī fecit illos:
⁊ qui spiritum mutuatus est is finxit
illos. Nemo enim sibi similem homo
poterit deum fingere. Cum enī sit mor-
talis: mortuum fingit manibus in-
iquis. Melior enī est ip̄e hijs quos co-
lit: quia ip̄e quidem vixit cū esset mor-
talis: illi autem nūq̄. Sed et anima-
lia miserrima colunt. Insensata enī

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0048
powered by DWork • Heidelberg University Library

cōparata hijs · illis sūt deteriora. Sed
nec aspectu aliquis ex hijs animalibꝫ
bona potest cōspicere. Effugerūt autē dei
laudem: ⁊ benedictionem eius. xvij
Propter hec ⁊ hijs similia passi sūt
digne tormēta: et per multitudi-
nem bestiarꝝ exterminati sūt. Pro qui-
bus tormentis bene disposuisti ꝓpsm
tuū: quibꝫ dedisti cōcupiscentiā delecta-
menti sui · nouū saporē escā parās eis
ortigometram: ut illi quidem cōcupi-
scentes escā propter ea q̄ illis ostensa ⁊
missa sūt · eciā a necessaria cōcupiscen-
tia auerterētur. Hij autē ī breui inopes
facti: nouā gustauerunt escā. Oporte-
bat enim illis sine excusatione q̄dem ·
superuenire interitū exercentibꝫ tiranni-
dem: hijs autē tantū ostendere quēad-
modū inimici eorꝫ exterminabātur. Et
enī cū illis superuenit seua bestiarꝝ ira:
morsibꝫ peruersorꝫ colubrorꝫ exterminа-
bantur. Sed nō in ꝑpetuū tua ira ꝑman-
sit: sed ad correptionē in breui turbati
sūt: signū habentes salutis · ad cōme-
morationē mādati legis tue. Qui enī
cōuersus est non per hoc q̄d videbat sa-
nabatur: sed per te omniū saluatorem.
In hoc autē ostendisti inimicis tuis:
quia tu es qui liberas ab omni malo.
Illos enim locustarꝝ ⁊ muscarꝝ occide-
runt morsus: et non est inuenta sani-
tas anime illorꝫ: quia digni erant ab
huiusmodi exterminari. Filios autē
tuos nec draconū nec venenatorꝫ vice-
runt dētes. Misericordia enī tua aduenīēs
sanabat illos. In memoria enī sermo-
nū tuorꝫ exterminabātur: ⁊ velocit sana-
bantur: ne ī altā incedentes obliuionem
non possēt tuo adiutorio vti. Etenī ne-
q; herba neq; malagma sanauit eos:
sed tuus domine sermo q̄ sanat omīa.
Tu es domine qui vite ⁊ mortis habes
potestatem: et deducis ad portas mor-
tis ⁊ reducis. Homo autē occidit qui-
dem per maliciā animā suā: ⁊ cū exierit
spiritus non reuertetur nec reuocabit
animam que recepta ē: sed tuam ma-
num effugere impossibile ē. Negantes
enī nosse te impij ꝑ fortitudinem bra-
chij tui flagellati sūt: nouis aquis et
grādinibꝫ ⁊ pluuijs ꝑsecutionē passi:
⁊ ꝑ ignē consūmati. Qd enī mirabile
erat: in aqua q̄ omnia extinguit plus
ignis valebat. Vindex est enī orbis
iustorꝫ. Quodā enim tpe māsuetabatur
ignis ne comburerētur q̄ ad impios
missa erant aīalia: sed ut ipsi vidētes
scirent qm̄ dei iudicio patiuntur ꝑsecuti-
onem. Et quodam tpe ī aqua supra
virtutem ignis exardebat vndiq; ut
iniquam terre nationem exterminaret.
Pro quibꝫ angelorū esca nutristi po-
pulū tuum: ⁊ paratū panem de celo pre-
stitisti illis sine labore oīe delectamen-
tum in se habentem: et omnis saporis
suauitatem. Substantia enī tua dul-
cedinem tuam quam in filios habes
ostēdebas: et deseruiēs vniuscuiusq; vo-
luntati · ad quod quisq; volebat con-
uertebatur. Nix autē ⁊ glacies sustine-
bant vim ignis · ⁊ non tabescebant: ut
scirēt qm̄ fructꝰ inimicorꝫ exterminabat
ignis ardens in grandine et pluuia
coruscās. Hoc autem iterum: ut nutri-
rentur iusti. Ignis eciā sue virtutis obli-
tus ē. Creatura enī tibi factori deseruiēs
exardescit in tormētum aduersus iniu-
stos: ⁊ lenior fit ad bn̄faciendū ꝓ hijs
qui in te cōfidūt. Propter hoc ⁊ tunc
omnia transfigurata omniū nutrici
gratie tue deseruiebant ad volūtatem
eorꝫ qui a te desiderati sunt: ut scirent fi-
lij tui quos dilexisti domine: qm̄ non
natiuitatis fructus pascūt homines: sed

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0049
powered by DWork • Heidelberg University Library

sermo tuus hos qui in te crediderint
cōseruat. Quod enim ab igne nō pote-
rat exterminari stati ab exiguo radio
solis calefactum tabescebat: ut notum
omnibꝫ esset. quīm oportet preuenire so-
lem ad benedictionē tuā: ⁊ ad orientē
lucis te adorare. Ingrati enī fides tan-
quā hibernalis glacies tabescet: et di-
speiet tanq̄ aqua supuacua. xvij

Magna sunt enim iudicia tua do-
mine: ⁊ inenarrabilia verba tua:
ꝓpter hoc indisciplinate aīe errauerūt.
Dū enī ꝑsuasū habēt iniqui posse do-
minari nationi sancte: vinculis tene-
brarꝫ et lōge noctis compediti. inclusi
sub tectis. fugitiui ꝑpetue ꝓuidentie ia-
cuerunt: et dū putāt se latere ī obscuris
pccīs tenebroso obliuionis velamen-
to dispsi sūt pauentes horrende: ⁊ cum
admiratione nimia ꝑturbati. Neq;
enim que cōtinebat illos spelūca sine
timore custodiebat: qm̄ sonitꝰ descen-
dens ꝑturbabat illos: ⁊ ꝑsone tristes
illis apparētes pauorē illis prestabāt.
Et ignis quidē nulla vis poterat illis
lumen ꝑbere: nec siderum limpide flam-
me illuminare poterāt illam noctem
horrendā. Apparebat autem illis sub-
itaneus ignis. timore plenꝰ: ⁊ timore
ꝑcussi illius que non videbatur faciei
estimabāt deteriora esse q̄ nō videban-
tur: et magice artis appositi erant de-
risus. et sapiētie et glorie correptio cū
cōtumelia. Illi enim qui ꝓmittebant
timores et ꝑturbacōnes se expellere ab
anima languente: hij cū derisu. pleni
timore languebāt. Nā ⁊ si nichil eos
ex mōstris. ꝑturbabat: trāsitu anima-
lium ⁊ serpētium sibilatione cōmoti.
tremebūdi ꝑibant: ⁊ aerem quē nulla
ratione quis effugere posset negantes
se videre. Cum sit enī timida nequitia:
dat testimoniū cōdemnationi. Sem-
per enī ꝑsumit seua: ꝑturbata cōscien-
tia. Nichil enī est timor nisi ꝑsumpti-
onis adiutoriū: ꝓdicō cogitationis
auxiliorꝫ. Et dum abintus minor est
expectatio: maiorē cōputat scientiam
eius cause. de qua tormētum prestat.
Illi autem qui in potentē venere noctē.
et ab infimis et ab altissimis inferis
supuenientē eundē somnū dormiētes:
aliquādo mōstrorꝫ exagitabantur ti-
more: aliquādo aīe deficiebāt tradu-
ctione. Subitaneus enī illis ⁊ inspera-
tus timor supuenerat. Deinde si quis-
q̄ ex illis decidisset: custodiebat ī carcē
sine ferro reclusus. Si enim rusticꝰ q̄s
erat aut pastor aut agri laborꝫ opera-
rius ꝑoccupatꝰ esset: ī effugibilē susti-
nebat necessitatem. Vna enim catena
tenebrarū om̄es erāt colligati. Siue
spiritꝰ sibilās aut inter spissos arborꝫ
ramos auiū sonus suauis. aut vis
aque decurrētis nimiū. aut sonus vali-
dus ꝑcipitatarꝫ petrarꝫ: aut ludētium
aīaliū. cursus inuisus. aut mugiētiū
valida bestiarꝫ vox: aut resonās de al-
tissimis mōtibꝫ echo. Deficientes faci-
ebat illos ꝑtimore. Omnis enī orbis
terrarꝫ limpido illuminabat lumine: ⁊
non impeditis operibus continebatur.
Solis autem illis supposita erat
grauis nox: ymago tenebrarum que
super ventura illis erat. Ipsi ergo sibi
erant grauiores tenebris. xviij

Sanctis autem tuis maxima erat
lux: ⁊ horꝫ quidē vocem inimici
audiebant. sed figuram nō videbāt.
Et quia non et ipi ꝑ eadem passi erāt
magnificabant te: et qui ante lesi erāt
quia non ledebātur gratias agebāt
tibi: et ut esset differentia. donū petebāt.
Propter qd̄ ignis ardentē columnā

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0050
powered by DWork • Heidelberg University Library

dure habuerūt ignote vie: ⁊ sole sine lesura boni hospicij prestitisti. Digni quidem illi carere luce et pati carcere tenebras q̄ inclusos custodiebāt filios tuos · p q̄s incipiebat incorrupti legis lume secto dari: dū cogitaret iustorū occidere infātes · ⁊ uno exposito filio sed liberato in traductione illoz̄ multitudinem filioz̄ abstulisti: ⁊ pariē illos ydi dissti i aquā validā. Illa enī nox āte cognita ē a patribz nris: ut vere fiducie quibz iuramentis crediderūt aiēgores esserent. Suscepta ē autē a populo tuo · sanitas quidē iustorū: inimicorū autē exterminatio. Sicut enī lesisti aduersarios nostros: sic et nos puocās magnificasti. Absconse enī sacrificabāt iusti pueri bonoz̄: ⁊ iusticie legē incōcordiam dispositurūt similit bona ⁊ mala recepturos iustos: patris decātātes laudes. Resonabat autē incōueniens inimicorū vox: ⁊ flebilis audiebatur plāctus ploratoz̄ infantū. Sibi autē pena seruꝰ cū dño afflictus est: et populari homo regi sua passus. Similiter ergo oēs uno nōie mortis mortuos habebāt innumerabiles. Nec enī ad sepeliēdū viui sufficiebāt: q̄ uno momēto q̄ erat p̄clarior natio illorū exterminata ē. De omnibz enī nō credentes p̄ter beneficia: tunc cū primū fuit exterminiū p̄mogenitoz̄ spoponderūt populū dei se esse. Cū enī quietū silentiū cōtineret omnia · ⁊ nox in suo cursu mediū iter haberet: oīnipotens sermo tuus domine exiliēs de celo a regalibz sedibz durus debellator in mediam exterminij terā p̄siluit: gladius acutꝰ insimilatū imperiū tuū portās: et stans replevit omnia morte: et usq̄ ad celum attingebat stans in terra. Tūc cōtinuo visus somniōz̄ malox̄ turbauerūt illos: et timores supuenerunt inspectati. Et alius alibi p̄iectꝰ semiuiuꝰ: p̄ter quā moriebat causam demonstrabat mortis. Visiones enī que illos turbauerūt hec p̄monebāt: ne insciī ire mala patiebantur pirent. Tetigit autem tunc et iustos tēptatio mortis: et cōmotio in heremo facta ē multitudinis: sed nō diu p̄mānsit ira tua. Properās enī homo sine q̄rela deprecari pro plis · p̄ferens seruitutis sue scutū oratiōnē: ⁊ p incensum deprecationem allegās · restitit ire ⁊ finē imposuit necessitati: ostendens q̄m tuus est famulus. Vicit autē turbas nō i virtute corporis nec armatura potentie: sed verbo illū qui se vexabat subiecit: iuramenta parentum et testamentum commemorās. Cum enim iam accusatū recidissent sup aliquē mortui: interfecit · ⁊ amputauit impetū: ⁊ diuisit illā q̄ ad viuos ducebat viā. In uelle enī poteris q̄a habebat rot̄ erat orbis terraz̄: et parentū magnalia i q̄uor ordinibus lapidum erant sculpta: et magnificentia tua in diademate capitis illius scripta erat: hijs autem cessit qui exterminabat: ⁊ hec extimuit. Erat enī sola tēptatio ire sufficiens. xiv

Impijs autē usq̄ i nouissimum sine misericordia ira supuenit. Prescibat enim et futura illorū: q̄ ipsi cū reuersi essent ut seducerēt et cum magna sollicitudine p̄misissēt illos: cōsequebant illos p̄teritie actus. Adhuc enī inī maꝰ habētes luctū ⁊ deplorantes ad monumēta mortuorū aliam sibi assūpserunt cogitationē insipientie: ⁊ quos rogantes p̄iecerāt: hos tanquā fugitiuos p̄sequebāt. Ducebat enim illos ad hunc finē digna necessitas: et horum que acciderant

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0051
powered by DWork • Heidelberg University Library

cōmemorationē amittebāt: ut q̄ deerant tormētis repleret punicō: et ꝓpl's quidem tuus mirabilit transiret: illi autē nouā mortē inuenirēt. Oīs enī creatura ad suū genꝰ ab initio refigurabat̄ deseruiēs tuis p̄ceptis: ut pueri tui custodirentur illesi. Nā nubes castra eorꝫ obūbrabat: ⁊ ex aqua q̄ ante erat terra arida apparuit: ⁊ ex mari rubro via sine impedimēto: ⁊ campꝰ germinans de profundo nimio: per quē omnis nacō transiuit. q̄ tegebat̄ tua manu vidētes tua mirabilia et monstra. Tanquā equi enim depauerunt escam: et tanquā agni exultauerunt magnificātes te domine qui liberasti illos. Memores enī erāt adhuc eorū que in incolatu illorꝫ facta fuerāt: quēadmodū ꝓ natione animaliū eduxit terra muscas: et ꝓ piscibꝫ eructauit fluuius multitudinē ranarꝫ. Nouissime autē viderūt nouā creaturā auiū: cum abducti cōcupiscentia postulauerunt escas epulationis. In allocutione enī desiderij ascendit illis de mari ortigometra: et vexationes peccatoribus supuenerūt non sine illis q̄ ante facta erāt argumētis ꝑ vim fluminū. Iuste enim patiebātur scd̄m suas nequitias. Etenī indetestabilē hospitalitatē instituerūt. Alij quidem ignotos non recipiebāt aduenas. Alij autem bonos hospites in seruitutem redigebant. Et non solum hoc: sed ⁊ alius quidem respectꝰ illorū erat: qm̄ inuiti recipiebāt extraneos. Qui autem cum leticia receperūt hos qui eisdē usi erāt institutis: seuissimis afflixerunt doloribꝫ. Percussi sunt autem cecitate. sicut illi in foribus iusti: cū subitaneis cooperti essēt tenebris. Vnusq̄sq; trāsitū hostij sui querebat. In se enī elementa dū cōuertūtur sicut ī organo q̄litatis sonus immutat̄: et om̄ia suū sonum custodiūt. Vnde estimari ex ipso visu certo potest. Agrestia enī in aquatica cōuertebant̄: et q̄cumq; erāt natātia ī terra transiebāt. Ignis ī aqua valebat supra suā virtutē: ⁊ aqua extinguētis nature obliuiscebat̄. Flāme ecōtrario corruptibiliū animaliū nō vexauerūt carnes coābulātiū: nec dissoluebant illā que facile dissoluebat̄ sicut glacies bonā escam. In omnibꝫ enim magnificasti ꝓpl'm tuū domine. ⁊ honorasti: et nō despexisti ī omni tp̄e et ī om̄i loco assistēs eis. Incipit prologus in lib' Ecclesiastici. iiii. iiii. iiii.

Multorꝫ nobis ⁊ magnorꝫ ꝑ legem ⁊ ꝓphetas aliosq; qui secuti sunt illos sapientia demōstrata ē: ī quibꝫ oportet laudare israhel doctrine ⁊ sapientie causa: quia nō solum ipsos loquentes necesse est esse peritos: sed eciā extraneos posse et discentes et scribentes doctissimos fieri. Auus meꝰ ihesꝰ postq̄; se amplius dedit ad diligētiā lectionis legis ⁊ ꝓphetarū ⁊ aliorū librorū qui nobis a parentibꝫ nostris traditi sunt voluit ⁊ ipse scribere aliq̄d horꝫ q̄ ad doctrinā ⁊ sapientiā ꝑtinēt: ut desiderātes discere et illorꝫ periti fieri magis magisq; attendant animo: et cōfirmētur ad legitimā vitā. Hortor itaq; venire vos cum beniuolentia et attentiori studio lectionē facere: ⁊ veniam habere in illis in quibꝫ videmur sequentes imaginem sapientie: ⁊ deficere in verborꝫ cōpositione. Nā deficiunt verba hebraica: quādo fuerūt translata ad aliā linguā. Nō autē solum hec: sed ⁊ ipsa lex et ꝓphete ceteraq; aliorum librorꝫ nō paruā habēt differētiā

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0052
powered by DWork • Heidelberg University Library

quādo inter se dicūtur. Nā in octauo
⁊ tricesimo anno temporibꝫ ptolomei
euergetis regis postq̄ ꝑueni ī egiptū:
et cum multū tēporis ibi fuissē inueni
ibi libros relictos nō parue neq; conte-
mnēde doctrine. Itaq; bonū et necessa-
riū putaui et ipse aliquā addere dili-
gentiā ⁊ laborē interp̄tandi librū istū:
⁊ multa vigilia attuli doctrinā ī spa-
tio tēporis ad illa q̄ ad finē ducunt li-
brum istū dare: et illis q̄ volūt animū
intendere et discere quēadmodū opor-
teat instituere mores qui secūdum le-
gem domini ꝓposuerint vitam agere.

Incipit liber Ecclesiasti 1

Omnis sapiētia a do-
mino deo ē: ⁊ cū illo
fuit semper: ⁊ est an-
te euum. Arenam
maris ⁊ pluuie gut-
tas ⁊ dies scli: q̄s di-
numerauit? altitudinē celi ⁊ latitu-
dinē terre ⁊ ꝓfūdū abissi: q̄s dimēsus
est sapientiam dei p̄cedentem omnia:
q̄s inuestigauit prior omniū creata
est sapiētia: et intellectus prudentie ab
euo. Fons sapientie verbū dei in excel-
sis: et ingressus illius mādata eterna.
Radix sapientie cui reuelata ē. et astu-
tias illiꝰ q̄s agnouit? Disciplina sa-
pientie cui reuelata est ⁊ manifestata:
et multiplicationem ingressus illius
quis intellexit? Vnus est altissimus
creator omniū omnipotēs. ⁊ rex potēs.
et metuendus nimis: sedens sup thro-
num illius: ⁊ dominās deus. Ipse cre-
auit illā in spiritu sancto: ⁊ vidit ⁊ di-
numerauit et mēsus ē. Et effudit illā
sup omnia opera sua: et sup omnem
carnē secūdum datū suū: ⁊ p̄bet illam
diligentibꝫ se. Timor domini gloria
⁊ glacio: ⁊ leticia ⁊ corona exultacōis.
Timor domini delectabit cor: et dabit
leticiā ⁊ gaudiū in longitudinē dierꝫ.
Timenti deū bene erit in extremis: ⁊ in
die defūctionis sue benedicet̄. Dilectō
dei honorabilis sapiētia: quibꝫ autē
apparuerit ī visu. diligūt eā: ī visione
⁊ ī agnicōne magnaliū suorꝫ. Initiū
sapientie timor domini: ⁊ cū fidelibꝫ
in vulua concreatus est: ⁊ cum electis
feminis gradit̄. ⁊ cum iustis ⁊ fidelibꝫ
agnoscitur. Timor domini scientie
religiositas. Religiositas custodiet et
iustificabit cor: iocūditatē atq; gaudi-
um dabit. Timenti deū bene erit in ex-
tremis et in diebꝫ cōsolationis illius
benedicet̄. Plenitudo sapientie timere
deum: et plenitudo a fructibus illius.
Omnē domū illiꝰ implebit a generati-
onibus: et receptacula a thesauris illi-
us. Corona sapientie timor domini:
replens pacem et salutis fructum: ⁊ vi-
dit et dinumerauit eam. Vtraque
autē sunt dona dei. Scientiā et intel-
lectū prudentie. sapientia cōparcietur:
et gloriā tenentiū se exaltat. Radix sa-
piētie ē timere deū: rami eni illiꝰ longe-
ui. In thesauris sapientie intellectꝰ et
sciētie religiositas: execratio autē pecca-
toribꝫ sapientia. Timor domini expel-
lit peccatū. Nam qui sine timore est
non poterit iustificari: iracūdia enim
animositatis illius subuersio eius ē
Vsq; in tempus sustinebit patiens: ⁊
postea reddicō iocūditatis. Bonꝰ sen-
sus. usq; ī tempꝰ abscōdet verba illiꝰ:
et labia multorū enarrabūt sensū illiꝰ.
In thesauris sapientie significatio di-
scipline: execratio autē peccatori cultu-
ra dei. Fili cōcupiscēs sapientiā cōser-
ua iusticiā: ⁊ deus p̄bebit illā tibi. Sa-
piētia enī et disciplina timor domini:
⁊ q̄ beneplacitū ē illi fides ⁊ māsuetudo:

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0053
powered by DWork • Heidelberg University Library

et ad implebit thesauros illi⁹. Contumax nō sis. ⁊ incredibilis timori dei: et ne accesseris ad illū duplici corde. Ne fueris ypocrita ī cōspectu hoīm: et nō scandalizeris ī labijs tuis. Attēde in illis ne forte cadas. ⁊ adducas aīe tue inhonorationē: ⁊ reuelet de⁹ absconsa tua. ⁊ in medio sinagoge elidat te: qm̄ accessisti maligne ad dominum. et cor tuū plenū ē dolo et fallacia. ij

Hili accedēs ad seruitutem dei. sta in iusticia et in timore: et p̄para aīam tuā ad tēptationē. Deprime cor tuū et sustine: ⁊ inclina aurē tuā et suscipe verba intellectus: et ne festines in temp⁹ obductionis. Sustine sustentationes dei: cōiungere deo ⁊ sustine: ut crescat in nouissimo vita tua. Om̄e qd̄ tibi applicitū fuerit accipe. ⁊ in dolore sustine. et ī humilitate tua paciētiā habe: qm̄ in igne ꝓbatur aurū et argentū: homines vero receptibiles in camino humiliationis. Crede deo et recuperabit te: ⁊ dirige viam tuā ⁊ spera in illū. Serua timorē illi⁹: ⁊ in illo veterasce. Metuentes dominū sustinete misericordiā eius: ⁊ non deflectatis ab illa ne cadatis. Qui timetis dominum credite illi: et nō euacuabit̄ merces vestra. Qui timetis dominū sperate in illū: ⁊ ī oblectationē veniet vobis misericordia. Qui timetis dominum diligite illū: et illuminabūtur corda vestra. Respicite filij nationes hominum: ⁊ scitote quia nullus sperauit ī dn̄o. ⁊ cōfusus est. Quis enim ꝑmāsit in mandatis eius: ⁊ derelict⁹ ē? Aut q̄s inuocauit eū: et despexit illū? Quoniā pius ⁊ misericors ē deus: et remittet ī die tribulationis pccā: ⁊ ꝓtector est omnibꝫ exquirētibus se in veritate. Ve duplici corde et labijs scelestis et manibꝫ malefaciētibꝫ: et pccōri terrā ingredieti duabꝫ vijs. Ve dissolutis corde. q̄ nō credūt deo: ⁊ ideo nō ꝓtegentur ab eo. Ve hijs q̄ ꝑdiderūt sustinentiam: ⁊ qui dereliq̄runt vias rectas: et diuerterūt ī vias prauas. Et quid facient cum inspicere ceperit dominus? Qui timent dominū nō erūt incredibiles verbo illius: ⁊ q̄ diligunt illum cōseruabūt verbū illius. Qui timēt dominū inquirent que beneplacita sunt ei: et qui diligunt eum replebunt̄ lege ipsius. Qui timent dn̄m p̄parabunt corda sua: ⁊ in cōspectu illi⁹ sanctificabunt animas suas. Qui timēt dn̄m custodient mandata illius: et pacientiam habebūt usq; ad inspectionem illius dicentes. Si penitentiā nō egerimus incidemus in manus domini: et non in manus hominum. Secundum enim magnitudinem illius: sic et misericordia illi⁹ cum ipso est. iij

Hilij sapientie ecclesia iustorū: et natio illoꝝ obediētia et dilectio. Iuditiū pr̄is audite filij: ⁊ sic facite ut salui sitis. Deus enī honorauit patrē in filijs: et iudiciū matris exquirens firmauit in filios. Qui diligit deum exorabit pro peccatis ⁊ cōtinebit se ab illis ⁊ in oratione dieꝝ exaudietur: et sicut qui thesaurisat ita et qui honorificat matrem suā. Qui honorat patrem suū iocūdabitur in filijs: ⁊ in die orationis sue exaudiet̄. Qui honorat patrem suū vita viuet longiore: ⁊ qui obedit patri refrigerabit matrem. Qui timet dominum honorat parentes: et quasi dominis seruiet hijs qui se genuerūt. In opere et sermone et omni paciētia honora patrē tuū ut supueniat tibi benedictio a deo: et benedictio illi⁹ in nouissimo manet. Benedictio

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0054
powered by DWork • Heidelberg University Library

prīs firmat domos filiorꝫ: maledictō autē matris eradicat fundamēta. Ne glorieris in cōtumelia patris tui: nō enī est tibi gloria sed cōfusio. Gloria enī hominis ex honore patris sui: et dedecus filij pater sine honore. Fili suscipe senectam patris tui et nō cōtristeres eum in vita illius: et si defecerit sensu veniā da: et ne spernas eum in tua virtute. Elemosina enī patris nō erit in obliuione. Nam pro peccato matris restituetur tibi bonū: ⁊ in iusticia edificabit̄ tibi ⁊ ī die tribulacōnis cōmemorabit̄ tui: et sicut ī sereno glacies soluent̄ peccata tua. Quam male fame est qui derelinquit patrē: et est maledict⁹ a deo qui exasperat matrem. Fili in mansuetudine opera tua ꝑfice: et super hominum gloriam diligeris. Quanto magnus es humilia te in omnibꝫ ⁊ corā deo inuenies gratiā: qm̄ magna potentia dei solius: et ab humilibꝫ honoratur. Altiora te ne quesieris: ⁊ fortiora te ne scrutatus fueris: sed que p̄cepit tibi deus illa cogita semper: ⁊ in pluribꝫ opinionibꝫ ei⁹ ne fueris curiosus. Non est enī tibi necessariū ea que abscondita sunt videre oculis tuis. In suꝑuacuis rebꝫ noli scrutari multiplicit̄: et in pluribꝫ ei⁹ opibꝫ nō eris curiosus. Plurima enī suꝑ sensum hominū ostensa sunt tibi. Multos enim supplātauit suspicio illorū: et in vanitate detinuit sensus illorū. Cor durum habebit male in nouissimo: et qui amat periculū in illo peribit. Cor ingrediēs duas vias nō habebit successus: et prauicors ī illis scandalizabit̄. Cor nequā grauabit̄ in doloribus: ⁊ peccator adiciet ad peccandū. Sinagoge suꝑborū non erit sanitas: frutex enim pcī eradicabitur in illis ⁊ non intelligetur. Cor sapientis intelligitur in sapiētia: ⁊ auris bona audiet cū om̄i cōcupiscētia sapiētiam. Sapiens cor ⁊ intelligibile abstinebit se a peccatis: ⁊ ī operibꝫ iusticie successus habebit. Ignē ardentē extinguit aqua: et elimosina resistit pcīs: et deus ꝓspector est ei⁹ qui reddit gratiam. Meminit in posterum: et in tpe casus sui inueniet firmamētū. iiij

Fili elemosinā pauperis ne defraudes: et oculos tuos ne transuertas a paupere. Animā esurientē ne despexeris: ⁊ nō exasperes pauperē ī inopia sua. Cor inopis ne afflixeris: ⁊ nō protrahas datū āgustiāti. Rogationē cōtribulati ne abicias: et nō auertas faciē tuā ab egeno. Ab inope ne auertas oculos tuos ꝓpter irā: ⁊ nō relinq̄s q̄rentibꝫ tibi retro maledicere. Maledicentis enī tibi in amaritudine aīe exaudietur deꝑcatio illi⁹: exaudiet autē eum qui fecit illū. Congregacōni pauperū affabilē te facito: ⁊ presbitero humilia animā tuā: et magnato humilia caput tuū. Declina pauperi sine tristicia aurē tuā: et redde debitū tuum: et responde illi pacifice in māsuetudine. Libera eum qui iniuriā patitur de manu suꝑbi: et non acide feras ī aīa tua. In iudicando esto pupillis misericors ut pater ⁊ ꝓ viro matri illorū: et eris tu velut fili⁹ altissimi obediens: et miserebitur tui magisq̄ mater. Sapiētia filijs suis vitam inspirat: ⁊ suscipit inquirentes se: et p̄ibit in via iusticie. Et qui illā diligit diligit vitā: et q̄ vigilauerit ad illā cōplectent̄ placorem eius. Qui tenuerint illam vitā hereditabunt: et quo introibit benedicet deus. Qui seruiūt ei obsequentes erunt deo: et eos qui diligunt illam

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0055
powered by DWork • Heidelberg University Library

diligit deus. Qui audit illam iudicabit gentes: et qui intuetur illam ꝑmanebit cõfidens. Si crediderit ei ꝑmanebit ⁊ hereditabit illam: ⁊ erũt in cõfirmatione creature illoꝝ: qm̃ in temptatione ambulat cum eo ⁊ in primis eligit eum. Timorẽ ⁊ metum ⁊ ꝓbationẽ inducet sup illũ: et cruciabit illũ in tribulatione doctrine sue donec tempter eum in cogitacõnibꝫ suis: ⁊ credat anime illius. Et firmabit illum ⁊ iter adducet directũ ad illum: et letificabit illum ⁊ denudabit illi absconsa sua: et thesaurizabit sup illum scientiam et intellectũ iusticie. Si autẽ oberrauerit derelinquet eum: et tradet eum in manus inimici sui. Fili cõserua tempus: et deuita a malo. Pro anima tua ne cõfundaris dicere verũ. Est enĩ cõfusio adducẽs peccatum: et est confusio adducens gloriã ⁊ gratiã. Ne accipias faciem aduersus faciẽ tuã: nec aduersus aĩam tuã mẽdatiũ. Ne reuerearis proximũ tuũ ĩ casu suo: nec retineas verbũ ĩ tpe salutis. Nõ abscõdas sapientiã tuã ĩ decore suo. In lĩgua enĩ sapiẽtia dinoscitur: ⁊ sensus ⁊ scientia ⁊ doctrina ĩ verbo sensati: et firmamentum in operibꝫ iusticie. Non contradicas verbo veritatis vllomodo: et de mendacio ineruditionis tue confundere. Non confundaris confiteri peccata tua: et ne subicias te omĩi homini pro peccato. Noli resistere cõtra faciem potentis: nec coneris contra ictũ fluuij. Pro iusticia agonizare ꝓ aĩa tua: et usqꝫ ad mortẽ certa ꝓ iusticia: et deus expugnabit pro te inimicos tuos. Noli citatꝰ esse in lingua tua: ⁊ inutilis ⁊ remissus ĩ operibꝫ tuis. Noli esse sicut leo ĩ domo tua euertens domesticos tuos: et opprimẽs subiectos tibi. Non sit porrecta manus tua ad accipiendũ ⁊ ad dandũ collecta. v

Noli attendere ad possessiones iniquas: ⁊ ne dixeris ẽ michi sufficiens vita. Nichil enim ꝓderit ĩ tpe vindicte et obductionis. Ne sequaris in fortitudine tua concupiscentiã cordis tui: et ne dixeris. Quomõ potui: aut quis me subiciet ꝓpter facta mea? Deus autem vindicans vindicabit. Ne dixeris. Peccaui: ⁊ quid michi accidit triste? Altissimꝰ enĩ est patiens redditor. De ꝓpiciatu peccatoꝝ noli esse sine metu: neqꝫ addicias pccm̃ sup pccm̃: ⁊ ne dicas. Miseratio dñi magna est: multitudinis peccatoꝝ meorũ miserebitur. Misericordia enĩ ⁊ ira ab illo cito ꝓximant: et in peccatores respicit ira illius. Ne tardes cõuerti ad dominum: et ne differas de die in diẽ. Subito enĩ veniet ira domini: et in tempore vindicte dispdet te. Noli anxius esse in diuitijs iniustis: non enĩ proderũt tibi ĩ die obductionis et vindicte. Nõ ventiles te ĩ omnẽ ventum: et nõ eas in omnẽ viam. Sic enim omnis peccator probatur ĩ duplici lingua. Esto firmus in via domini et ĩ veritate sensus tui ⁊ scientia: et prosequatur te verbum pacis et iusticie. Esto mansuetꝰ ad audiendũ verbũ dei ut intelligas: et cum sapientia proferes responsum verũ. Si est tibi intellectus responde proximo: sin autẽ manus tua sit sup os tuũ: ne capiaris in verbo indisciplinato et confundaris. Honor ⁊ gloria in sermone sensati: lingua vero imprudentis subuersio est ipsius. Non appelleris susurro ĩ vita tua: et lingua tua ne capiaris ⁊ cõfundaris. Sup furem enĩ ẽ cõfusio ⁊ penitẽtia: ⁊ denotatio pessima sup bilinguẽ: susurratori

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0056
powered by DWork • Heidelberg University Library

autem odiū et inimicicia ⁊ cōtumelia. Justifica pusillū ⁊ magnū fili. VI

Noli fieri p amico inimicus pximo. Improprium enī et cōtumeliā malus hereditabit: et omnis peccator invidus ⁊ bilinguis. Non te extollas ī cogitatione anime tue velut taurus ne forte elidatur virtus tua per stulticiam: ⁊ folia tua comedat ⁊ fructus tuos pdat: et relinquaris velut lignum aridum in heremo. Anima enī nequā disperdet qui se habet: et in gaudiū inimicis dat illū: ⁊ deducet in sortem impiorū. Verbum dulce multiplicat amicos ⁊ mitigat inimicos: ⁊ lingua eucharis ī bono homine abundabit. Multi pacifici sint tibi: et cōsiliari? sit tibi unus de mille. Si possides amicū ī temptatōne posside eū: ⁊ ne facile credas ei ipsum. Est enī amic? secūdum temp? suū: ⁊ non pmanebit in die tribulatōnis. Et ē amic? qui cōuertitur ad inimicicia: et est amic? qui odiū et rixā et cōuicia denudabit. Est autē amic? soci? mense: ⁊ non permanebit in die necessitatis. Amicus si pmanserit fixus erit tibi quasi coequalis: et in domesticis tuis fiducialiter aget. Si humiliauerit se contra te et a facie tua absconderit se: unanimem habebis amicicia bonā. Ab inimicis tuis separare: et ab amicis tuis attende. Amic? fortis fidelis pcio: qui autem invenit illum invenit thesaurū. Amico fideli nulla est cōparatio: et non ē digna ponderatio auri et argenti cōtra bonitatem fidei illius. Amicus fidelis medicamentum vite et immortalitatis: et qui metuunt dominum invenient illum. Qui timet deum eque habebit amicicia bonā: quoniam secūdum illum erit amic? illius. Fili a iuuentute tua excipe doctrinam: et usq; ad canos invenies sapientiā. Quasi is qui arat et qui seminat accede ad eā: et sustine bonos fructus illi?. In ope enī ipsius exiguū laborabis: et cito edes de generationibus illius. Quam aspera est nimium sapientia indoctis hominibz: et non pmanebit in illa excors. Quasi lapidis virtus probatio erit in illis: et non demorabūtur proicere illā. Sapientia enim doctrine secūdum nomē est eius: et non est multis manifesta. Quibz autē cognita est permanet usq; ad cōspectū dei. Audi fili et accipe consiliū intellectū: et ne abicias consilium meū. Injice pedem tuū in compedes illius: ⁊ intorques illius collum tuum. Subice humerū tuū ⁊ porta illam: et ne accidieris vinculis eius. In omni animo tuo accede ad illā: et ī oīi virtute tua cōserua vias ei?. Investiga illam ⁊ manifestabitur tibi: ⁊ continēs factus ne derelinquas eā. In novissimis enim invenies requiem in ea: et conuertetur tibi in oblectationem. Et erit tibi cōpedes ei? in protectionē fortitudinis et baculus virtutis: et torques illius in stolam glorie. Decor enim vite est in illa: et vincula illius alligatura salutis. Stolā glē indues eam: et coronā gratulatōnis imponet tibi. Fili si attenderis michi disces eā: et si accommodaueris animū tuū sapiens eris. Si inclinaueris aurē tuā excipies doctrinā: et si dilexeris audire sapiens eris. In multitudine prelbiterorū prudentium sta: et sapientie illoz ex corde conūngere: ut omnē narrationem dei possis audire: et proverbia laudis non effugiant a te. Et si videris sensatum evigila ad eum: et grad? ipsius

illi⁹ exterat pes tuus. Cogitatū tuum
habe ī p̄ceptis dei. ⁊ ī mandatis illi⁹ ma-
xime assidu⁹ esto: ⁊ ipse dabit tibi cor:
⁊ cōcupiscētia sapiētie dabit̄ tibi. vij

Noli facere mala et nō te apprehen-
dent: discede ab iniquo et defi-
cient mala abs te. Fili non semines
mala in sulcis iniusticie: et nō metes
ea in septuplū. Noli querere ab homi-
ne ducatum: neq; a rege cathedrā ho-
noris. Non te iustifices ante deum
quoniam agnitor cordis est ipse: et
penes regem noli velle videri sapiens.
Noli querere fieri iudex nisi valeas vir-
tute irrumpere iniquitates: ne forte ex-
timescas faciem potentis: et ponas
scandalum in agilitate tua. Non pec-
ces in multitudine ciuitatis. nec te im-
mittas in ꝓplm: neq; alliges dupli-
cia peccata. Nec enim in uno eris im-
munis. Noli esse pusillanimis ī ani-
mo tuo: exorare et facere elemosinam
ne despicias. Ne dicas in multitudi-
ne munerꝝ meorꝝ respiciet deus: et offe-
rente me deo altissimo. munera mea
suscipiet. Non irrideas hominem in
amaritudine anime: est enim qui hu-
miliat et exaltat circumspector deus.
Noli amare mendatiū aduersus fra-
trem tuum: neq; in amicū similit̄ faci-
as. Noli velle mentiri omne mendati-
um: assiduitas enim illius nō ē bona.
Noli verbosus esse ī mlstitudine presbi-
terorum: et non iteres verbū in oratio-
ne tua. Nō oderis laboriosa opera: et
rusticationē creatā ab altissimo. Nō
te reputes ī multitudine indisciplina-
torū: memento ire qm̄ non tardabit.
Humilia valde spiritū tuū: quoniā
vindicta carnis impij. ignis ⁊ vermis.
Noli p̄uaricari in amicū pecuniam
differentem: neq; fratrē tuū karissimū
auro spreueris. Noli discedere a muli-
ere sensata et bona quam sortitus es
in timore domini: gratia enī verecun-
die illius sup̄ aurū. Non ledas seruum
in veritate operantem: neq; mercenari-
um dantem animā suā. Seruus sen-
sat⁹ sit tibi dilect⁹ quasi anima tua:
non defraudes illū libertate: neq; ino-
pem derelinquas illum. Peccora tibi
sunt attende illis: et si sunt utilia ꝑse-
uerent apud te. Filij tibi sūt crudi illos:
⁊ cura illos a puericia illorꝝ. Filie tibi
sunt serua corpus illarꝝ: et non osten-
das hilarem faciem tuā ad illas. Tra-
de filiā et grande opus feceris: et ho-
mini sensato da illā. Mulier si est tibi
secūdum animā tuā nō ꝓicias illā: ⁊
odibili non credas te ī toto corde tuo.
Honora patrem tuū: et gemitus ma-
tris tue ne obliuscaris. Memēto quo-
niam nisi per illos natus nō fuisses:
et retribue illis quomodo et illi tibi.
In tota anima tua time dominū: et
sacerdotes illius sanctifica. In omni
virtute dilige eū q̄ te fecit: ⁊ ministros
eius ne derelinquas. Honora deum
ex tota aīa tua et honorifica sacerdo-
tes: et ꝓpurga te cū brachijs. Da illis
partē sicut mandatū est tibi p̄miciarꝝ
et purgationis: ⁊ de negligentia tua
purga te cū paucis. Datū brachiorū
tuorꝝ et sacrificiū sanctificationis offe-
res domino et inicia sanctorꝝ: et pau-
peri porrige manū tuā ut ꝑficiat̄ ꝓpici-
atō ⁊ benedictio tua. gratia dat⁹ ī con-
spectu omnis viuentis: et mortuo nō
prohibeas gratiā. Nō desis ploran-
tibꝫ ī cōsolacōne: et cū lugētibꝫ ābula.
Nō te pigeat visitare infirmū: ex hijs
enī ī dilectione firmaberis. In om̄ibꝫ
operibus tuis memorare nouissima
tua: ⁊ ineternū non peccabis. viij

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0058
powered by DWork • Heidelberg University Library

Non litiges cū hoīe potēte: ne forte incidas ī man⁹ illi⁹. Nō cōtendas cum viro locuplete: ne forte cōtra te constituat litem tibi. Multos enim ꝑdidit aurū et argentū: et usq; ad cor regū extendit et cōuertit. Non litiges cum homine linguato et non strues in ignem illius ligna. Non cōmunices homini indocto: ne male de ꝓgenie tua loquatur. Ne despicias hoīem auertentem se a peccato: neq; improperes ei. Memento qm̄ omnes ī corruptione sum⁹. Ne spernas hominē ī sua senectute: et enim ex nobis senescunt. Noli de mortuo inimico tuo gaudere: sciens quoniā omnes moriemur: et in gaudiū volum⁹ venire. Ne despicias narrationē presbiteroꝝ sapientū: ⁊ in ꝓuerbijs eoꝝ cōuersare. Ab ipsis enim disces sapiētiā et doctrinā intellect⁹: et seruire magnatis sine querela. Nō te ꝑteriat narratō senioꝝ: ipsi enī didicerunt a patribꝫ suis. Quoniam ab ipsis disces intellectū: et in tempore necessitatis dabis respōsū. Nō incendas carbones peccatoꝝ arguens eos: ⁊ ne incendaris flāma ignis peccatoꝝ illoꝝ. Ne cōtra faciē stes cōtumeliosi: ne sedeat quasi insideator ori tuo. Noli fenerari homini fortiori te: q̄ si feneraueris quasi ꝑditū habe. Nō spondeas sup virtutem tuā: q̄ si sposponderis quasi restituēs cogita. Nō iudices cōtra iudicem: quoniā secundum quod iustū est iudicat. Cum audace non eas in via: ne forte grauet mala sua in te. Ipse enī secundū voluntatē suam vadit: et simul cū stulticia illi⁹ peries. Cum iracūdo nō facias rixā et cum audace non eas in desertum: qm̄ q̄si nichil est ante illum sanguis: et vbi nō est adiutoriū elidet te. Cum fatuis cōsiliū non habeas: non enim poterunt diligere nisi que eis placent. Corā extraneo ne facias consilium: nescis enī q̄d pariet. Nō om̄i homini cor tuum manifestes: ne forte inferat tibi gratiā falsā ⁊ cōuicietur tibi. ix

Non zeles mulierem sinus tui: ne ostēdat sup te maliciā doctrine nequam. Non des mulieri potestatē anime tue: ne ingrediat̄ ī virtute tua ⁊ cōfundaris. Ne respicias mlierē mlti uolā: ne forte incidas in laq̄os illius. Cū saltatrice ne assidu⁹ sis nec audias illam: ne forte pereas in efficatia illius. Virginē ne cōspicias: ne forte scandalizeris in decore illius. Ne des fornicarijs animā tuā ī vllo: ne ꝑdas te et hereditatem tuam. Noli circumspicere in vicis ciuitatis: nec oberraueris ī plateis illius. Auerte faciē tuā a mliere cōpta: et ne circūspicias speciē alienā. Propt̄ speciē mlieris mlti ꝑierūt: et ex hoc cōcupiscētia quasi ignis exardescit. Omnis mulier que ē fornicaria quasi stercus in via ab omnibꝫ ꝑtereuntibus conculcabitur. Speciem mulieris aliene multi ammirati reprobi facti sunt: colloquiū enī illius quasi ignis exardescit. Cum aliena muliere ne sedeas omnino nec accūbas cum ea sup cubitū: et non altriceris cū illa in vino ne forte declinet cor tuum in illā: et sanguine tuo labaris in perditionē. Ne derelinquas amicū antiquū: nouus enī non erit similis illi. Vinū nouū amic⁹ nouus: veterascat: et cū suauitate bibes illud. Non zeles gloriam et opes peccatoris: non enī scis que futura sit illius subuersio. Non placeat tibi iniuria iniustoꝝ: sciēs qm̄ usq; ad inferos non placebit impius. Longe abesto ab homine potestatem

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0059
powered by DWork • Heidelberg University Library

habente occidendi: et nō suspicaberis timorem mortis. Et si accesseris ad illum noli aliquid committere: ne forte auferat vitā tuam. Communionem mortis scito: quoniā ī medio laq̄orū ingredieris: ⁊ sup̄ dolentiū arma ambulabis. Secūdum virtutē tuam: caue te a ꝓximo tuo: et cum sapientibꝫ et prudentibꝫ tracta. Viri iusti sint tibi conuiue: et in timore dei sit tibi gloriatio: et in sensu sit tibi cogitatus dei: et omnis enarratio tua in preceptis altissimi. In manu artificū opera laudabuntur: et princeps populi in sapientia sermonis sui: in sensu vero seniorum verbum. Terribilis est in ciuitate sua homo linguosus: ⁊ temerarius ī verbo suo odibilis erit. x

Iudex sapiens iudicabit ꝓpl'm suum: ⁊ prīcipat⁹ sensati stabilis erit. Secūdū iudicem ꝓpl'i sic et minister ei⁹: et qualis rector est ciuitatis: tales et inhabitantes in ea. Rex insipiens ꝑdet ꝓpl'm suū: et ciuitates inhabitabūtur ꝑ sensum prudentiū. In manu dei potestas terre: et execrabilis omnis iniquitas gentiū: et vtilem rectorem in tp̄e suscitabit sup̄ illam. In manu dei potestas hominis: ⁊ sup̄ faciem scribe imponet honorem suū. Omnis iniurie ꝓximi ne memineris: et nichil agas ī operibꝫ iniurie. Odibilis corā deo ē et hominibus sup̄bia: ⁊ execrabilis oīs iniq̄tas gentiū. Regnū a gēte ī gentē transfert̄ propter iniusticias ⁊ iniurias et cōtumelias ⁊ diuersos dolos. Auaro autem nichil est scelestius. Quid sup̄bis terra ⁊ cinis? Nichil est iniquius quā amare pecuniā. Hic enī et aīam suā venalem habet: quoniam in vita sua proiecit intima sua. Omnis potētat⁹ breuis vita: languor ꝓlixior grauat medicum. Breuem lāguorem precidit medic⁹: sic et rex hodie est: et cras morietur. Cum enī morietur homo: hereditabit serpentes et bestias et vermes. Initiū sup̄bie hominis apostatare a deo: quoniā ab eo q̄ fecit illū recessit cor eius: quoniā initiū peccati est omnis sup̄bia. Qui tenuerit illā adimplebit̄ maledictis: et subuertet eum in finem. Propterea exhonorauit domin⁹ conuent⁹ malorū: et destruxit eos usq; in finem. Sedes ducū sup̄boꝝ destruxit de⁹: ⁊ sedere fecit mites pro eis. Radices gentiū sup̄baꝝ arefecit de⁹: et plātauit humiles ex ipsis gētibꝫ. Terras gentiū euertit dn̄s: ⁊ ꝑdidit eas usq; ad fundamētū. Arefecit ex ip̄is ⁊ disꝑdidit eos: et cessare fecit memoriam eorū a terra. Memoriā sup̄boꝝ ꝑdidit deus: ⁊ reliquit memoriam humiliū sensu. Nō est creata hominibꝫ superbia: neq; iracūdia nationi mulieꝝ. Semen hominum honorabitur hoc qd̄ timet deū: semen autē hoc exhonorabitur quod p̄terit mādata domini. In medio fratrū rector illoꝝ ī honore: ⁊ q̄ timēt dn̄m erunt in oculis illius. Gloria diuitū honoratorū et pauperū timor dei est: non despicere hominē iustū pauperem: et non magnificare virū peccatorem diuitē. Magnus est iudex et potens ē in honore: et non ē maior illo q̄ timet deum. Seruo sensato liberi seruient: et vir prudēs ⁊ disciplinat⁹ nō murmurabit correpc⁹: ⁊ inscius non honorabitur. Noli extollere te in faciendo opere tuo: et noli cunctari in tp̄e angustie. Melior est qui operatur ⁊ abundat in om̄ibꝫ: quā qui gloriatur ⁊ eget pane. Fili in mansuetudine serua animam tuā: et da illi honorem secūdum meritum suū. Peccātem ī animam suam

quis iustificabit? Et qs honorificabit
exhonorantem animam suam? Pau-
per gloriatur & discriminam et inno-
rem suum: et est homo qui honorifi-
catur ꝓter substanciā suam. Qui au-
tem gloriatur i pauptate: quātoma-
gis in substancia? Et qui gloriatur
in substācia: pauptatē uereatur. xi

Sapiencia humiliabit exaltabit ca-
put illi9: et i medio magnatoꝝ
cōsedere illū faciet. Non laudes uirū
in specie sua: neq; spernas hominem
in uisu suo. Breuis i uolatilibꝫ apis:
et initiū dulcoris habet fructus illius.
Ne gloriēris i uestitu unoꝫ: nec in die
honoris tui exollaris. Quoniā mira-
bilia opa altissimi solius: et gloria et
abscōsa & inuisa opa illius. Multi ty-
ranni sederūt i throno: & i suspicabili9
portauit diadema. Multi potentes
oppressi sunt valide: et gloriosi traditi
sunt in manus alteroꝝ. Priusq; inter-
roges ne uituperes quēq; et cū interro-
gaueris corripe iuste. Priusq; audias
ne respondeas uerbū: & in medio sen-
ioꝝ ne adiuas loqui. De ea re que te
non molestat ne certeris: et in iudicio
peccantiū ne cōsistas. Fili ne i multis
sint actus tui: & si diues fueris nō eris
immunis a delicto. Si enim secutus
fueris nō apprehendes: & nō effugies si
p̄cucurreris. Est homo laborās & festi-
nans et dolens impius: et tamomagis non abundabit. Est homo mar-
cidus egens recuperatione plus debi-
lis uirtute et habundans pauptate:
et oculus dei respexit illum in bono et
erexit eum ab humilitate ipsius: et ex-
altauit caput eius: et mirati sunt in
illo multi et honorauerūt deum. Bo-
na et mala-uita et mors: pauperias
et honestas: a deo sunt. Sapienia
disciplina et scientia legis apud dñm:
dilectio et uie bonoꝝ apud ipm. Error
& tenebre peccatoribꝫ concreata sunt. Qui
autē exultāt in malis cōsenescūt i ma-
lo. Datio dei iustis pmanet: & ꝓfectꝰ il-
li9 successus habebit inuetcrascit. Est q̄ lo-
cupletatur parce agendo: et hec pars
mercedis illi9 in eo q̄ dicit. Inueni re-
quiem michi et nunc manducabo de
bonis meis solus. et nescit qd̄ temp9
preterierat & mors apropiquet: & relin-
quat omnia alijs. et moriatur. Sta
in testamento tuo & i illo colloquere:
et in opere mandatoꝝ tuoꝝ ueteraſce.
Ne manseris i operibꝫ peccatoꝝ. Con-
fide autem in deo: & mane i loco tuo:
facile ē enim in oculis dei subito honestā-
re pauperem. Benedictio dei i mercedem
iusti festinat: et in honore uelocī pro-
fectus illi9 fructificat. Ne dicas. quid
est michi op9: et q̄ erunt michi ex hoc
bona? Ne dicas. Sufficiēs michi sū-
et quid ex hoc pessimabor? In die bo-
noꝝ ne immemor sis malorꝝ: et i die
malorꝝ ne immemor sis bonorꝝ: quō
facile ē corā deo i die obitus retribue-
re unicuiq; scdm uias suas. Malicia
hore obliuionē facit luxurie magne:
et in fine hominis denudatio operū
illius. Ante mortē ne laudes homi-
nem quēquā: quō i filijs suis agnoscē-
tur uir. Non omnē hominē inducas
in domū tuā: multe enim sunt insidie
dolosi. Sicut enim eructuāt predia
ferācium et sicut pedix inducitur in
tauram & ut caprea i laqueū sic & cor
superboꝝ: et sicut prospector uidens ca-
sum ꝓximi sui. Bona enim in mala
cōuertens insidiatur: et i electis impo-
net maculam. Ab scintilla enī una
augetur ignis: et ab uno doloso an-
getur sanguis: homo uero peccator

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0061
powered by DWork • Heidelberg University Library

sanguini insidiatur. Attende tibi a pestifero. fabricat enim mala: ne forte inducat super te subsannacōnem in perpetuum. Admitte ad te alienigenam et subuertet te in turbine: et abalienabit te a viis propriis. xii

Si benefeceris scito cui feceris: ⁊ erit gratia ī bonis tuis multa. Benefac iusto et inuenies retribucōnem magnā: et si non ab ipso: certe a dño. Non est ei bene qui assiduꝰ est in malis ⁊ elemosinas nō danti: quoniā ⁊ altissimꝰ odio habet peccatores: et misertus est penitentibꝫ. Da misericordi. et ne suscipias peccatorem: et impiis ⁊ peccatoribꝫ reddet vindictā: custodiens eos in diem vindicte. Da bono ⁊ non receperis peccatorē: benefac humili et non dederis impio. Prohibe panes illi dare: ne in ipsis potentior te sit. Nam duplicia mala inuenies in omnibꝫ bonis quecūqꝫ feceris illi: quoniam ⁊ altissimꝰ odio habet peccatores: et impiis reddet vindictam. Non agnoscetur in bonis amicus: et non abscondetur in malis inimicus. In bonis viri inimici illius: in tristicia ⁊ in malicia illius. amicus agnitus est. Nō credas inimico tuo inetrnū. Sicut enim eramentū. eruginat nequicia illius: et si humiliatus vadat curuus abice animū tuū: et custodi te ab illo. Non statuas illum penes te nec sedeat ad dexterā tuam ne conuersus stet in loco tuo: ne forte cōuersus ī locum tuū inquirat cathedrā tuā: ⁊ in nouissimo cognoscas verba mea ⁊ in sermonibus meis stimuleris. Quis miserebit incantatori a serpente percusso: et omnibus qui appropiāt bestiis? Sic ⁊ qui comitatur cū viro iniquo: et obuolutus est in peccatis eiꝰ. Vna hora tecum ꝑmanebit: si autem declinaueris non supportabit. In labiis suis indulcat inimicꝰ: et ī corde suo insidiatur ut subuertat te in foueā. In oculis suis lacrimatur inimicꝰ: et si inuenirit tempꝰ. nō saciabitur sanguine: ⁊ si incurrerint tibi mala. inuenies eū illic priorem. In oculis suis lacrimatur inimicꝰ: et quasi adiuuās suffodiet plantas tuas. Caput suum mouebit et plaudebit manu: et multa susurrās cōmutabit vultū suū. xiii

Qui tetigerit picē inq̄nabit ab ea: et q̄ cōmunicauerit supbo induet supbiā. Pondꝰ sup se tollit qui honestiori se cōmunicat: et ditiori te ne socius fueris. Quid cōmunicabit cacabus ad ollam? Quādo enī se colliserint cōfringetur. Diues iniuste aget et fremebit: pauper aūt lesus tacebit. Si largitus ei fueris assumet te: et si non habueris derelinquet te. Si habes conuiuet tecū et euacuabit te: et ipe nō dolebit sup te. Si necessariꝰ illi fueris supplātabit te: et subridens spem dabit narrans tibi omnia bona et dicet quid opus est tibi: ⁊ cōfundet te ī cibis suis. donec te exinaniat bis et ter: et ī nouissimo deridet te. Et postea videns derelinquet te: ⁊ caput suum mouebit ad te. Humiliare deo: et exspecta manus eius. Attende ne seductus in stulticiā humilieris. Noli esse humilis ī sapientia tua: ne humiliatꝰ in stulticiam seducaris. Aduocatus a potentiore discede: ex hoc enim magis te aduocabit. Ne improbus sis. ne impingaris: et ne longe sis ab eo: ne eas ī obliuionem. Ne retineas ex equo loqui cū illo: nec credas multis verbis illius. Ex multa enim loq̄la temptabit te: et subridēs interrogabit te. De abscōditis

tuis immittis animꝰ illiꝰ cõseruabit
verba tua: et non parcet de malicia et
de viculis. Caue tibi ⁊ attende diligen-
ter auditui meo: quoniã cũ subuersione
tua ambulas. Audiẽs vero verba illa
quasi ĩ somnis vide: ⁊ vigilabis omni
vita tua. Dilige deum: et inuoca illũ
in salute tua. Omne animal diligit
simile sibi: sic ⁊ omnis homo ꝓximũ
sibi. Omnis caro ad similem sibi con-
iungetur: et oĩs homo sibi sui sociabitur.
Si cõmunicabit lupꝰ agno aliquan-
do: sic peccator iusto. Que cõmunicatio
sancto homini ad canem: aut q̃ pars
bona diuiti ad pauperẽ? Venatio le-
onis onager in heremo: sic et pascua
sunt diuitũ pauperes. Et sicut abomi-
natio ẽ superbo humilitas: sic et execra-
tio diuitis pauper. Diues cõmotꝰ con-
firmatur ab amicis suis: humilis au-
tem cum ceciderit expelletur et a notis.
Diuiti decepto multi recuperatores:
locutus est superba: ⁊ iustificauerũt illũ.
Humilis deceptus est: insuper et argu-
itur. Locutꝰ est sensate: et non est ei da-
tus locus. Diues locutus est et omnes
tacuerũt: et verbũ illius usq; ad nubes
perducent. Pauper locutus est: et dicũt.
Quis est hic? Et si offenderit: subuer-
tent illũ. Bona est substãtia cui non
est peccatũ in cõscientia: ⁊ nequissima
est paupertas in ore impij. Cor hoĩs im-
mutat faciẽ illiꝰ: siue ĩ bona siue ĩ ma-
la. Vestigiũ cordis boni ⁊ faciẽ bonã
difficile inuenies: ⁊ cũ labore. xiiij

Beatus vir qui nõ est lapsus ver-
bo ex ore suo et nõ est stimulatꝰ
in tristicia delicti. Felix qui nõ habuit
animi sui tristiciã: et nõ excidit ab spe
sua. Viro cupido ⁊ tenaci sine ratõne
ẽ substãtia: et homini liuido ad q̃d aurꝫ?
Quod aceruat ex animo suo iniuste
alijs congregat: et in bonis illiꝰ alius
luxuriabitur. Qui sibi nequã est cui
alij bonus erit? Et non iocũdabitur
ĩ bonis suis. Quis sibi inuidet nichil
est illo nequius: et hec ẽ reddicio malicie
illiꝰ. Et si bñfecerit ignorãter ⁊ nõ vo-
lẽs facit: et ĩ nouissimo manifestat ma-
liciam suã. Nequã est oculus liuidi:
et auertens faciem suam: et despiciens
animam suam. Insaciabilis oculus
cupidi in parte iniquitatis: non saci-
abitur donec cõsumat arefaciẽs ani-
mam suã. Oculus malus ad mala:
et non saciabitur pane: indigens et
Rectorem te posuerunt noli extolli: esto in illis quasi unus ex ipsis. Curam illorum habe et sic considera: et omni cura tua explicata recumbe. ut leteris propter illos: ut ornamentum gratie accipias coronam: et dignationem consequaris corrogationis. Loquere maior natu: decet enim te. Primum verbum diligenti scientiam: et non impedias musicam. Vbi auditus non est non effundas sermonem: et importune noli extolli in sapientia tua. Gemmula caruunculi in ornamento auri: et comparatio musicorum in conuiuio vini. Sicut in fabricatione auri signum est smaragdi: sic numerus musicorum in iocundo et moderato vino. Audi tacens: et pro reuerentia accedet tibi bona gratia. Adolescens loquere in tua causa vix. Si bis interrogatus fueris: habeat caput responsum tuum. In multis esto quasi inscius: et audi tacens simul et querens. In medio magnatorum non presumas: et vbi sunt senes non multum loquaris. Ante grandinem preibit choruscatio: et ante verecundiam preibit gratia: et pro reuerentia accedet tibi bona gratia: et hora surgendi non te trices. Precurre autem prior in domum tuam et illic auocare: et illic lude: et age conceptiones tuas: et non in delictis et verbo superbo. Et super hijs omnibus benedicito dominum qui fecit te: et inebriantem te ab omnibus bonis suis. Qui timet deum excipiet doctrinam eius: et qui vigilauerint ad illum inuenient benedictionem. Qui querit legem replebitur ab ea: et qui insidiose agit scandalizabitur in ea. Qui timet deum inuenient iudicium iustum: et iusticias quasi lumen accendent. Peccator homo deuitabit correptionem: et secundum voluntatem suam inuenient comparationem. Vir consilij non disperdet intelligentiam: alienus et superbus non pertimescet timorem. Etiam postquam fecit cum eo sine consilio: et suis in sectationibus arguet. Fili sine consilio nichil facias: et post factum non penitebis. In via ruine non eas et non offendes in lapides: nec credas te vie laboriose: ne ponas anime tue scandalum. Et a filijs tuis caue: et a domesticis tuis attende. In omni opere tuo crede ex fide anime tue: hec est enim conseruatio mandatorum. Qui credit deo attendit mandatis: et qui confidit in illo non minorabitur. xxxiij

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0078
powered by DWork • Heidelberg University Library

Timēti deū nō occurrēt mala: sed
in tēptatione deus illum ɔseruabit: et liberabit a malis. Sapiens nō
odit mādata et iusticias: et non illi-
detur quasi in ꝓcella nauis. Homo
sensatus credit legi dei: et lex illi fidelis.
Qui interrogationē manifestat para-
bit verbū: et sic deprecatꝰ exaudietur: et
cōseruabit disciplinā et tūc respondebit.
Precordia fatui quasi rota carri:
et quasi axis versatilis cogitatꝰ illius.
Equus emissariꝰ sicut amicꝰ subsan-
nator: sub omni suprasedente hinnit.
Quare dies diem superat: et iterū lux
lucē et ānus annū a sole? A dñi scien-
tia seperati sunt facto sole et preceptū
custodiente. Et immutauit tempora
et dies festos ipoꝝ: et ī illis dies festos
celebrauerūt ad horam. Ex ipis exal-
tauit et magnificauit deus. et ex ipis
posuit in numerū dierū: et omnes ho-
mines de solo. et ex terra unde creatus
est adam. In multitudine discipline
dñi seperauit eos: ⁊ immutauit vias
eoꝝ. Ex ipis benedixit ⁊ exaltauit: ⁊ ex
ipis sanctificauit et ad se applicauit:
et ex ipis maledixit et humiliauit: et
cōuertit illos ad seperationem ipoꝝ:
quasi lutum figuli in manu ipsius
plasmare illud et disponere. Omnes
vie eius scdm dispositionē eius: sic ho-
mo in manu illius qui se fecit: et red-
det illi scdm iudiciū suū. Contra ma-
lum bonū stat et ɔtra mortem vita: sic
et cōtra virū iustum peccator: et sic in-
tuere ī omnia opa altissimi. Duo con-
tra duo: et unū ɔtra unū. Et ego no-
uissimꝰ euigilaui: ⁊ quasi qui colligit
acinos post vindemiatores. In bene-
dictione dei et ipe speraui: et quasi qui
vindemiat repleui torcular. Respicite
quoniā non michi soli laboraui: sed
omnibꝫ exquirentibꝫ disciplinā. Audi-
te me magnati ⁊ omnes ꝓpsi: et rectores
ecclesie auribꝫ ꝑcipite. Filio et mulieri
fratri ⁊ amico nō des potestatē sup te
in vita tua: ⁊ non dederis alij possessi-
onē tuam: ne forte peniteat te ⁊ depre-
ceris pro illis. Dum adhuc superes ⁊
aspiras: non immutabit te omnis ca-
ro. Melius est enī ut filij tui te rogent:
q̄ꝫ te respicere in manus filiorū tuorū.
In omnibus operibus tuis ꝑcellēs esto.
Ne dederis maculā in gloriam tuam.
In die cōsummationis dierꝫ vite tue.
et in tempore exitus tui distribue here-
ditatem tuā. Cibaria et virga ⁊ onus
asino: panis ⁊ disciplina et opꝰ seruo.
Operat̄ in disciplina et querit requies-
cere: laxa manꝰ illi ⁊ querit libertatem.
Iugū ⁊ lorum curuāt collū durum: ⁊
seruū inclināt operatōnes assidue. Ser-
uo maliuolo tortura et compedes:
mitte illū in operatōnē ne vacet. Mul-
tam enī maliciam docuit ociositas.
In opera constitue eum: sic enī cōdecet
illum. Qd si non obaudierit curua il-
lum compedibus: ⁊ nō amplifices su-
per omnē carnē. Verū sine iudicio ni-
chil facias graue. Si ē tibi seruus bo-
nus: sit tibi quasi anima tua. Quasi
fratrem sic eum tracta: quoniā in san-
guine anime eum cōparasti. Si lese-
ris illū iniuste in fugam cōuertetur: et
si extollens discesserit quo q̄ras et in q̄
via queras illū nescis. xxxiiij

Vana spes ⁊ mendaciū insensato
viro: et somnia extollūt impru-
dētes. Quasi qui apprehendit umbrā
et ꝑsequitur ventū: sic et qui attendit
ad visa mendacia. Hoc scdm hoc vi-
sio somnioꝝ. Ante faciē hoīs simili-
tudo alteriꝰ hominis. Ab immūdo
quid mūdabitur? Et a mendace qd

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0079
powered by DWork • Heidelberg University Library

verū dicetur? Diuinatio erroris ⁊ auguria mendacia et somnia male facientiū vanitas est. Et sicut ꝑturientis cor tuum fantasias patitur: nisi ab altissimo fuerit emissa visitatio. Ne dederis in illis cor tuū. Multos enī errare fecerūt somnia: et exciderūt sperātes in illis. Sine mendacio cōsummabitur verbū legis: et sapiētia in ore fidelis complanabitur. Qui nō ē tēptatus q̄d scit? Vir ī multis expert⁹ cogitabit multa: ⁊ qui multa didicit enarrabit intellectum. Qui non est expertus pauca recognoscit: qui autē in multis factus est multiplicauit maliciam. Qui temptat⁹ non est qualia scit? Qui implanat⁹ est abūdabit nequicia. Multa vidi enarrando: et plurimas verborum consuetudines. Aliquotiēs usq; ad mortem periclitatus sum hoꝝ causa: et liberat⁹ sum gratia dei. Spiritus timentiū deum queritur: et in respectu illius benedicetur. Spes enī illorū in saluātem illos: ⁊ oculi dei in diligentes se. Qui timet dn̄m nichil trepidabit: et nō pauebit q̄m ipe est spes eius. Timentis dn̄m beata est anima eius: ad quē respicit: ⁊ qui ē fortitudo eius. Oculi domini suꝑtimentes eum: protector potētie firmamētū virtutis: tegimen ardoris et umbraculū meridiani: deprecatio offensionis ⁊ adiutorium casus: exaltās animā ⁊ illuminās oculos: dans sanitatem ⁊ vitā ⁊ benedictionē. Immolantis ex iniquo oblatio ē maculata: ⁊ nō sūt beneplacite subsannatōnes iniustoꝝ. Dn̄s sol⁹ sustinentibꝫ se ī via veritatis ⁊ iusticie. Dona iniquoꝝ nō probat altissim⁹: nec respicit in oblationes iniquorū: nec ī multitudine sacrificioꝝ eoꝝ propiciabit̄ peccatis. Qui offert sacrificiū ex substancia pauperū: quasi qui victimat filiū ī cōspectu patris sui. Panis egentiū vita pauperū ē: qui defraudat illū homo sanguinis est. Qui aufert in sudore panem: quasi qui occidit proximū suū. Qui effundit sanguinē et qui fraudē facit mercēnario fratres sunt. Vnus edificans ⁊ vn⁹ destruens: quid prodest illis nisi labor? Vnus orans ⁊ vnus maledicens: cui⁹ vocē exaudiet de⁹? Qui baptizatur a mortuo et iterꝫ tangit eū: q̄d proficit lauatio illius? Sic homo qui ieiunat in peccatis suis ⁊ iterꝫ eadē faciens: quid proficit humiliando se? Orationem illius quis exaudiet?

xxxv

Qui cōseruat legem: multiplicat orationē. Sacrificiū salutare ē attendere mandatis et discedere ab omni iniquitate: et propiciationē litare sacrificijs suꝑ iniusticias: ⁊ deprecatio pro peccatis recedere ab iniusticia. Retribuet gratiā q̄ offert similaginē: ⁊ qui facit misericordiā offert sacrificium. Beneplacitū est domino recedere ab iniquitate. Non apparebis ante conspectū domini vacuus. Hec enim om̄ia propter mādatū dei fiunt. Oblatio iusti impinguat altare: ⁊ odor suauitatis est in conspectu altissimi. Sacrificiū iusti acceptū ē: et memoriā eius nō obliuiscetur domin⁹. Bono animo gloriā redde deo: ⁊ nō minuas primitias manuū tuaꝝ. In om̄i dato hylarem fac vultum tuū: ⁊ in exultatōne sanctifica decimas tuas. Da altissimo secundū datū eius: et in bono oculo aduētionē facito manuum tuaꝝ: quoniā domin⁹ retribuens est et septies tanto reddet tibi. Noli offerre munera praua: nō enī suscipiet illa. Et noli inspicere sacrificiū iniustum:

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0080
powered by DWork • Heidelberg University Library

quoniã domin⁹ est iudex: et non est
apud illũ gloria ꝑsone. Nõ accipiet
dñs ꝑsonam in pauperem: et deꝑcatio-
nem lesi exaudiet. Non despiciet ꝑces
pupilli: nec viduã. si effundat loq̃lam
gemit⁹. Nõne lacrime vidue ad ma-
xillam descendunt: et exclamatio eius
sup deducentẽ eas? A maxilla enim
ascendũt usq; ad celũ: et dñs exaudi-
tor non delectabitur in illis. Qui ado-
rat deũ in oblectatione suscipietur: et
deprecatio illi⁹ usq; ad nubes propin-
quabit. Oratio humiliantis se nubes
penetrabit: et donec ꝓpinquet nõ con-
solabitur: ⁊ non discedet donec altissi-
mus aspiciat. Et dñs nõ elongabit:
sed iudicabit iustos et faciet iudiciũ:
⁊ fortissim⁹ nõ habebit ĩ illis patientiã:
ut cõtribulet dorsum ip̃oꝝ et gentibꝫ
reddet vindictam: donec tollat pleni-
tudinẽ supboꝝ. ⁊ sceptra iniquoꝝ con-
tribulet: donec reddat hominibꝫ scd̃m
actus suos: et secundum opera ade
et secundũ p̃sumptionẽ illius: donec
iudicet iudiciũ plebis sue: et oblecta-
bit iustos misericordia. xxxvi

Speciosa misericordia in tempo-
re tribulationis: q̃si nubes plu-
uie in tp̃e siccitatis. Miserere nr̃i deus
omniũ et respice nos: et ostende nobis
lucem miserationũ tuaꝝ: ⁊ immitte ti-
morẽ tuũ sup gentes que non exquisi-
erunt te: ut cognoscãt quia nõ est deus
nisi tu. ut enarrẽt magnalia tua. Al-
leua manũ tuã sup gẽtes alienas: ut
videãt potẽtiam tuã. Sicut enĩ in con-
spectu eoꝝ sanctificatus es in nobis:
sic in cõspectu nostro magnificaberis
in eis: ut cõgnoscant te. sicut et nos
cognouim⁹: quia nõ est deus p̃ter te
dñe. Innoua signa: ⁊ immuta mira-
bilia. Glorifica manũ: et brachium
dextrũ. Excita furorẽ: ⁊ effũde irã. Extol-
le adũsariũ: et afflige inimicũ. Festi-
na tẽp⁹ et memẽto finis: ut enarrẽt mi-
rabilia tua. In ira flãme deuoretur
qui saluatur: et qui pessimãt plebem
tuam inueniãt ꝑditionẽ. Contere ca-
put principum et inimicoꝝ: dicentiũ
nõ est alius p̃ter nos. Cõgrega om̃es
tribus iacob: et cognoscant quia nõ
ẽ deus nisi tu. ut enarrent magnalia
tua: et hereditabis eos sicut ab inicio.
Miserere plebi tue sup quã inuocatũ
est nomen tuum: et isrl̃ quẽ coequasti
p̃mogenito tuo. Miserere ciuitati san-
ctificationis tue ihrl̃m: ciuitati requiei
tue. Reple syon inenarrabilibꝫ virtuti-
bus tuis: et gloria tua ꝓpl̃m tuũ. Da
testimoniũ q̃a ab inicio creature tue
sunt: et suscita p̃catõnes quas locuti
sũt in nomine tuo ꝓphete p̃ores. Da
mercedem dñe sustinentibus te ut pro-
phete tui fideles inueniant̃: et exaudi
orationes seruoꝝ tuoꝝ. Secũdũ bene-
dictionẽ aaron da populo tuo et diri-
ge nos in viã iusticie: ut sciant om̃es
qui habitant terram: quia tu es deus
cõspector seculoꝝ. Omnẽ escam man-
ducabit venter: et est cib⁹ cibo melior.
Fauces cõtingũt cibũ ferre: ⁊ cor insen-
satum verba mendacia. Cor prauũ
dabit tristiciã: et homo perit⁹ resistet
illi. Omnẽ masculũ excipiet mulier: et
est filia melior filie. Species mulieris
exhilarat faciem viri sui: ⁊ sup omnẽ
concupiscentiam hominis supducet
desideriũ. Si est lingua curationis ⁊
mitigationis ⁊ misericordie: non est
vir illi⁹ secundũ filios hominũ. Qui
possidet mulierẽ bonã inchoat posses-
sionem: adiutoriũ scd̃m illũ est: et co-
lumna ut requies. Vbi non est sepis
diripietur possessio: et vbi nõ ẽ mulier



Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0081
powered by DWork • Heidelberg University Library

ingemiscit egens. Cui credit qui non habet nidū? Et deflectens ubicūq; obscurauerit: q̄si succinct⁹ latro exiliens de ciuitate in ciuitatem. xxxvij

Omnis amicus dicet. et ego amiciciam copulaui: sed est amicus solo noīe amic⁹. Nōne tristicia inest usq; ad mortem? Sodalis autem et amicus. ad inimiciciā conuertentur. O p̄sumptio nequissima: unde creata es cooperire aridā malicia et dolositate illi⁹? Sodalis amico coniocundabitur in oblectationibꝫ: et in tēpore tribulationis adūsarius erit. Sodalis amico condolet causa ventris: et contra hostem accipiet scutū. Non obliuiscaris amici tui in animo tuo: et nō immemor sis illius in operibꝫ tuis. Noli cōsiliari cū socero tuo: ⁊ a zelantibus te absconde cōsiliū. Om̄is consiliari⁹ prodit cōsiliū: sed ē cōsiliari⁹ in semetipso. A consiliario serua animam tuā. Prius scito que sit illi⁹ necessitas: et ip̄e enī animo suo cogitabit. Ne forte mittat sudem in terram: et dicat tibi bona est via tua: et stet ecōtrario videre quid tibi eueniat. Cū viro irreligioso tracta de sanctitate: et cum iniusto de iusticia: et cū muliere de hijs que emulatur. Cū timido de bello: cū negociatore de traiectione. Cū ēptore deuēditōne: cū viro liuido de gratijs agendis. Cū impijs de pietate: cū inhonesto de honestate. Cū operario agrario de om̄i opere: cū operario annuali de cōsūmatione āni: cū seruo pigro de multa operatione. Nō attendas hijs ī om̄i cōsilio. Sed cū viro sācto assiduꝰ esto: quēcūq; cognoueris obseruantē timorē dei: cui⁹ aīa ē scd̄m aīam tuā. Quicūq; titubauerit ī tenebris nō cōdolebit tibi: et cor boni cōsilij statuet tecum. Non ē enī tibi aliud plus illo. Anima viri sancti enūciat aliquādo vera: q̄ septem circūspectores sedentes in excelso ad speculandū. Et in hijs omnibꝫ deprecare altissimū: ut dirigat in veritate viā tuā. Ante om̄ia opera verbum verax p̄cedat te: ⁊ āte omnem actum consiliū stabile. Verbū nequā immutabit cor: ex quo partes q̄tuor oriuntur: bonū ⁊ malū vita ⁊ mors: et dominatrix illoꝝ ē assidua lingua. Vir peritus multos erudiet: et anime sue suauis est. Qui sophistice loquit̄ odibilis ē: om̄i re defraudabitur. Nō est enī illi data a domino gratia: omni enī sapientia defraudat⁹ est. Est sapiens anime sue sapiens: ⁊ fructus sensus illi⁹ fideles sūt. Vir sapiēs implebit̄ benedictionibꝫ: et videntes illū laudabūt. Vita viri in numero dierū: dies aūt isrl̄ innumerabiles sūt. Sapiens in ꝓpso hereditabit honorem: ⁊ nomen illius erit viuens in eternū. Fili ī vita tua tempta animā tuam: ⁊ si fuerit nequam nō des illi potestatem. Non enī omnia omnibꝫ expediūt: ⁊ non omni anime omne gen⁹ placet. Noli auidus esse in om̄i epulatōne: et non te effūdas sup omnem escam. In multis enim escis erit infirmitas: ⁊ auiditas appropinquabit usq; ad colerā. Propt̄ crapulā multi obierūt. q̄ aūt abstinēs ē adiciet vitā. xxxviij

Honora medicū ꝓpter necessitatē: etenī creauit altissim⁹. A deo ē enī om̄is medela: ⁊ a rege accipiet donationē. Disciplina medici exaltabit caput illi⁹: et in cōspectu magnatorū collaudabitur. Altissim⁹ creauit de terra medicinā: et vir prudens non abhorrebit illā. Nōne a ligno indulcata ē aqua amara? Ad agnitionem

hominū virt⁹ illoꝝ: et dedit hominibus scientiā altissim⁹: honorari ī mirabilibus suis. In his curās mitigabit dolorem: et unguentarius faciet pigmēta suauitatis: ⁊ unctiones conficiet sanitatis: et nō cōsummabūtur opera eius. Pax enī dei sup faciē terre. Fili in tua infirmitate nō despicias teipsum: sed ora dñm et ipse curabit te. Fuerte a delicto: et dirige manus: et ab omni delicto munda cor tuū. Da suauitatē et memoriā similaginis: et impīgua oblationē: ⁊ da locū medico: etenī illū dñs creauit: et nō discedat a te: quia opera ei⁹ sunt necessaria. Est enim tempus quādo in manibz illoꝝ incurras: ipi vero dñm deprecabūtur ut dirigat requiē coꝝ: ⁊ sanitatē ppter cōuersationē illoꝝ. Qui delinquit in cōspectu eius qui fecit eū: incidet ī manus medici. Fili ī mortuū ꝑduc lacrimas: et ipse dira passus incipe plorare: ⁊ secm iudiciū cōtege corpus illius: ⁊ nō despicias sepulturam illi⁹. Propi detractā aūt amare fer luctū illi⁹ uno die: et cōsolare propter tristiciā: ⁊ fac luctū secm meritū ei⁹ uno die uel duobus propt detractionē. A tristicia enī exit malum: ⁊ cooperit virtutem: ⁊ tristicia cordis frangit ceruicem. In abductione ꝑmanet tristicia: et substantia inopis secm cor eius. Sī dederis in tristicia cor tuū: sed repelle ea a te: ⁊ memēto nouissimoꝝ. Sī oblīuisci neq; enī est cōuersio: ⁊ huic nichil proderis: et teipsum pessimabis. Memor esto iudicij mei: sic enī erit ⁊ tuum. Mihi hier: et tibi ipdie. In requiem mortui requiescere fac memoriam eius: et consolare illū ī egressu spīritus sui. Sapientiā scribe in tempore vacuitatis: et q̄ minorat actu sapientiā percipiet: quia sapientia replebitur. Qui tenet aratrū: ⁊ qui gloriat in iaculo stimulo boues agitat: et conuersatur ī operibus coꝝ: ⁊ narratio eius in filijs tauroꝝ. Cor suū dabit ad uersandos sulcos: ⁊ vigilia eius in sagina uaccarū. Sic oīs faber et architectus q̄ nocte tanq̄ die transigit: qui sculpit sigillacula sculptilia: ⁊ assiduitas ei⁹ narrat picturā. Cor suū dabit in similitudinē picture: et vigilia sua perficit opus. Sic faber ferrarij⁹ sedēs iuxta incudē: et consideras opus ferri. Vapor ignis uret carnes eius: et in calore fornacis concertatur. Vox mallei innouat aurem eius: et contra similitudinē vasis oculus ei⁹. Cor suū dabit in consummationē operis: et vigilia sua ornabit imp̄fectionem. Sic figulus sedens ad opus suū conuertens pdibus suis rotam: qui in sollicitudine posticus est semp propter opus suū: et innumera est oīs operatio eius. In brachio suo formabit lutū: et ante pedes suos curuabit virtutem suam. Cor suū dabit ut consummet liniationē: ⁊ vigilia sua mūdabit fornacē. Omnes hij in manibz suis sperauerūt: ⁊ vnusquisq; ī arte sua sapiēs est. Sine his omnibus nō edificatur ciuitas: et nō inhabitabūt: nec ambulabūt: et ī ecclesiā non transilient. Sup sellam iudicis non sedebūt et testamentū iudicij nō intelligent: neq; palam facient iudicium et disciplinā: et in parabolis nō inuenientur: sed creaturā eui cōfirmabunt: et deprecatio illoꝝ in operatione artis: accōmodātes animā suā: ⁊ cōquirētes ī lege altissimi. ℣ℯ𝓇𝓈

Sapientiā omniū antiquoꝝ requiret sapiens: et in prophetis vacabit. Narrationē virorū nominatoꝝ

RESERVED © Biblioteca Apostolica Vaticana
Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0083
powered by DWork • Heidelberg University Library

conseruabit: et in versutias parabolarum
simul introibit. Occulta proverbiorum
exquiret: et in absconditis parabolarum
conuersabitur. In medio magnatorum
ministrabit: et in conspectu presidis appa-
rebit: et in terram alienigenarum gentium
transiet. Bona enim et mala in omnibus
temptabit. Cor suum tradet ad vigilan-
dum diluculo ad dominum qui fecit illum: et
in conspectu altissimi deprecabitur. Ape-
riet os suum in oratione: et pro delictis
suis deprecabitur. Si enim dominus magnus
voluerit spiritu intelligentie replebit
illum: et ipse tanquam imbres mittet eloquia
sapientie sue: et in oratione confitebitur
domino. Et ipse diriget consilium eius et disci-
plinam: et in absconditis suis consilia-
bitur. Ipse palam faciet disciplinam
doctrine sue: et in lege testamenti domini
gloriabitur. Collaudabunt multi sa-
pientiam eius: et usque in seculum non delebitur.
Non recedet memoria eius: et nomen
eius requiretur a generatione in gene-
rationem. Sapientiam eius enarrabunt
gentes: et laudem eius enunciabit eccle-
sia. Si permanserit nomen eius dereliquet
plus quam mille: et si requieuerit prode-
rit illi. Adhuc consiliabor ut enarrem: ut
furore enim repletus sum. In voce dicit.
Obaudite me diuini fructus: et quasi
rosa plantata super ruinas aquarum fructi-
ficate. Quasi libanus odorem suauitatis
habete. Florete flores quasi lilium et
date odorem: et frondete in gratiam
et collaudate canticum: et benedicite dominum
in operibus suis. Date nomini eius
magnificentiam: et confitemini illi in voce
labiorum vestrorum et in canticis labiorum
et cytharis: et sic dicetis in confessione:
opera domini uniuersa bona valde. In ver-
bo enim eius stetit aqua sicut congeries
et in sermone oris illius sicut exceptoria
aquarum: quoniam in precepto ipsius placor
fit: et non est minoratio in salute ipsius.
Opera omnis carnis coram illo: et non
est quicquam absconditum ab oculis eius.
A seculo usque in seculum respicit: et nichil
est mirabile in conspectu eius. Non est
dicere quid est hoc aut quid est illud:
omnia enim in tempore suo querentur.
Benedictio illius quasi fluuius inunda-
bit: et quomodo chataclismus aridam
inebriauit: sic ira ipsius gentes que non
exquisierunt eum hereditabit. Quomodo
conuertit aquas in siccitatem et sicca-
ta est terra: et vie illius viis illorum di-
recte sunt: sic peccatoribus offensiones
in ira eius. Bona bonis creata sunt
ab inicio: sic nequissimis bona et ma-
la. Inicium necessarie rei vite hominum
aqua ignis et ferrum: sal lac et panis
similagineus: et mel et botrus uue et
oleum et vestimentum. Hec omnia sanctis
in bona: sic et impiis et peccatoribus
in mala conuertentur. Sunt spiritus que
ad vindictam creati sunt: et in furore suo
confirmauerunt tormenta sua. Et in tem-
pore consummationis effundent virtutem:
et furorem eius qui fecit illos confun-
dent. Ignis grando fames et mors:
omnia hec ad vindictam creata sunt.
Bestiarum dentes et scorpii et serpen-
tes: et rumphea vindicans in exter-
minium impios. In mandatis eius
epulabuntur: et super terram in necessitate
preparabuntur: et in temporibus suis non
preterient verbum. Propterea ab inicio
confirmatus sum et consiliatus sum
et cogitaui: et scripta dimisi. Omnia
opera domini bona: et omne opus hora
sua subministrabit. Non est dicere: hoc
illo nequius est: omnia enim in tempore suo compro-
babuntur. Et nunc in omni corde et ore col-
laudate: et benedicite nomen domini. xl

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0084
powered by DWork • Heidelberg University Library

Occupatio magna creata ē omnibus hominibꝫ: ⁊ iugum graue super filios adam a die exitus de ventre matris eorꝫ. usqꝫ in diem sepulture in matrem omnium. Cogitatōnes eorum ⁊ timores cordis: adinuentō exspectationis. ⁊ dies finitōnis: residētes sup sedem gloriosam. usqꝫ ad humiliatū in terram et cinerem: ab eo qui vtitur iacincto ⁊ portat coronam. usqꝫ ad eum qui operitur lino crudo: furor. zelus. tumultus. fluctuatio. et timor mortis: iracūdia pseuerans. et cōtentio: et in tempore refectionis in cubili somnus noctis immutat scientiā eius. Modicū autem tanqꝫ nichil ī requie: et ab eo in somnis q̄si in die respectus. Conturbat⁹ ē in visu cordis sui: tanquā qui euaserit in die belli. In tempore salutis sue exsurrexit. et admirans ad nullū timorē. cū omī carne ab homine usqꝫ ad pecus: ⁊ sup peccatores septuplum. Ad hec mors sanguis. contentio. et rumphea: oppressiones. fames. et contritio. et flagella. Super iniquos creata sunt hec omnia: et propt̄ illos factus est cathaclismus. Omnia enī que de terra sunt in terrā conuertētur: et aque omnes in mare cōuertent̄. Omne munus et iniquitas delebitur: et fides ī seculū stabit. Substantie iniustorꝫ sicut fluui⁹ siccabuntur: et sicut tonitruū magnū ī pluuia psonabit. In aperiendo manus suas letabitur: sic p̄uaricatores in consummatione tabescent. Nepotes impiorꝫ non multiplicabūt ramos: et radices immūde super cacumen petre sonāt. Sup omēm aquam uiriditas: et ad oram fluminis. ante omne fenum euelletur. Gratia sicut paradisus in benedictionibꝫ: et misericordia in secl'o permanet. Vita sibi operarij sufficientis cōdulcabitur: et in ea inuenies thesaurꝫ. Edificatio ciuitatis cōfirmabit nomē: ⁊ sup hāc mulier immaculata computabit̄. Vinū et musica letificant cor et sup vtrūqꝫ dilectio sapientie. Tibie et psalteriū suauem faciūt melodiā: ⁊ sup vtrūqꝫ lingua suauis. Gratiam et spēm desiderabit oculus tuus: ⁊ sup hoc virides satōnes. Amicus ⁊ sodalis in tempore conueniētes: et sup vtrosqꝫ mulier cū viro. Fratres ī adiutoriū in tempore tribulationis: et sup eos misericordia liberabit. Aurum ⁊ argentū constitutio peditum: ⁊ sup vtrūqꝫ cōsiliū beneplacitū. Facultates et virtutes exaltant cor: et super hec timor dn̄i. Non est in timore dn̄i minoratio: et non est in eo inquirere adiutoriū. Timor dn̄i sicut paradisus benedictionis: et sup omnē gloriā operuerūt illū. Fili in tempore vite tue ne indigeas. Meli⁹ ē enī mori q̄ꝫ indigere. Vir respiciēs ī mensā alienā: nō est vita eius in cogitatione vict⁹. Alit enim animā suam cibis alienis. Vir aūt disciplinat⁹ ⁊ erudit⁹ custodiet se. In ore imprudētis cōdulcabitur inopia: ⁊ ī vētre ei⁹ ignis ardebit. xli.

O mors q̄ꝫ amara ē memoria tua homini pacem habenti in substancijs suis: viro quieto. et cui⁹ vie directe sunt in omībꝫ: ⁊ ad huc valēti accipere cibū. O mors. bonū ē iudicium tuū homini indigenti. et qui minoratur viribꝫ: defecto etate. et cui de omnibus cura est: ⁊ incredibili q̄ pdit sapientiā. Noli metuere iudiciū mortis. Memento que ante te fuerunt: ⁊ q̄ supuentura sunt tibi hoc iudicium a domino omī carni: et qui supuenient tibi in beneplacito altissimi: siue decē



Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0085
powered by DWork • Heidelberg University Library

siue centū siue mille anni. Non ē enī
in inferno accusatio vite. Filij abo-
minationū sunt filij peccatorꝝ: ⁊ qui
conuersantur secus domos impiorū
filiorꝝ peccatorꝝ periet hereditas: et cū
semine illorum assiduitas opprobrij.
De patre impio querūtur filij: quoni-
am ꝓpter illū sūt ī opprobrio. Ve vo-
bis viri impij: qui dereliquistis legem
dn̄i altissimi. Et si nati fueritis in ma-
ledictione nascemini: et si mortui fueri-
tis: in maledictione erit pars vestra.
Omnia que de terra sunt in terrā con-
uertentur: sic impij a maledicto in perdi-
tionē. Iuct⁹ hominū in corpore ip̄orū:
nomē aūt impiorꝝ delebit̄. Curā habe
de bono noīe: hoc enī magis ꝑmane-
bit tibi. q̄ꝫ mille thesauri magni ⁊ pre-
ciosi. Bone vite numerus dierū: bonū
autē nomē ꝑmanebit ī euū. Disciplī-
nā in pace cōseruate filij. Sapientia
enī abscondita et thesaurus inuisus:
que vtilitas ī vtrisq; ? Melior ē homo
qui abscondit stulticiam suā: quam
homo qui abscondit sapientiā suam.
Verūtamen reuertimini in hijs: que
procedūt de ore meo. Non est enī bo-
nū omnē irreuerentiā obseruare: ⁊ nō
om̄ia omnibus bene placent in fide.
Erubescite a patre et a matre de forni-
catione. et a presidente et a potente de
mendacio: a principe et a iudice de de-
licto. a sinagoga et plebe de iniq̄tate:
a socio et amico de iniusticia. de loco
in quo habitas de furto: de veritate
dei et testamēto: de discubitu ī panibꝫ.
et ab obfuscatione dati et accepti: a
salutantibꝫ de silentio: a respectu mu-
lieris fornicarie. et ab auersione vultus
cognati. Ne auertas faciem a ꝓximo
tuo: et ab auferendo partem. et non
restituendo. Ne respicias mulierem
alieni viri: ⁊ ne scruteris ancillam ei⁹:
neq; steteris ad lectum eius. Caue ab
amicis de sermonibus improperij: et
cum dederis ne improperes. xlij

Non duplices sermonē auditus
de reuelatione sermonis abscon-
diti. et eris vere sine cōfusione: et inue-
nies gratiā in cōspectu omniū homi-
nū. Ne pro hijs omnibꝫ cōfundaris:
et ne accipias personā ut delinquas.
De lege altissimi et testamēto. et de iu-
dicio iustificare impiū: de verbo sociorꝝ
et viatorū. et de datione hereditatis
amicorꝝ: de equalitate statere ⁊ ponde-
rum. de acquisitione multorū ⁊ pau-
corum: de corruptione emptionis et
negociatorum ⁊ de multa disciplina
filiorꝝ: et seruo pessimo latus sangui-
nare. Sup mulierem nequā. bonū est
signū. Vbi man⁹ multe sūt claude: ⁊
quodcūq; trades numera et appende:
datū vero et acceptum omne describe.
De disciplina insensati et fatui. et de
senioribus qui iudicantur ab adole-
scentibus: et eris eruditus ī omnibus:
et ꝓbabilis ī conspectu omniū virorū.
Filia patris abscondita est: vigilia ⁊
solicitudo eius aufert somnū: ne forte
in adolescencia sua adultera efficiat̄.
et cum viro cōmorata odibilis fiat:
nequādo polluat̄ in virginitate sua.
et ī paternis suis grauida inueniatur:
ne forte cū viro cōmorata transgredi-
atur: aut terre sterilis efficiatur. Sup
filiā luxuriosam cōfirma custodiam:
nequādo faciat te ī opprobriū venire
inimicis. a detractione ī ciuitate et ab-
iectione plebis: et cōfundat te in mul-
titudine ꝓpsi. Omni homini noli in-
tendere in specie: et ī medio mulierum
noli cōmorari. De vestimentis enim
procedit tinea: et a muliere iniquitas

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0086
powered by DWork • Heidelberg University Library

viri. Melior ē enim iniquitas viri q̄ꝫ
benefaciēs mulier: et mulier cōfundens
in opprobriū. Memor ero igitur operꝫ
dn̄i: et que vidi annūciabo. In sermo-
nibus dn̄i opera eiꝰ. Sol illuminans
per om̄ia respexit: ⁊ gloria dn̄i plenū
est opus eius. Nōne dn̄s fecit sanctos
enarrare om̄ia mirabilia sua: q̄ con-
firmauit dn̄s om̄ipotens stabiliri in
gloria sua? Abissum et cor hominū
inuestigauit: et in astucia eorꝫ excogi-
tauit. Cognouit eū dn̄s omnē scien-
tiam. ⁊ inspexit in signū eui: ānunciās
que p̄terierūt et que supuentura sunt:
reuelās vestigia occultorꝫ. Nō preterit
illū om̄is cogitatꝰ: ⁊ nō abscondit se
ab eo vllus sermo. Magnalia sapien-
tie sue decorauit. q̄ est āte seculū ⁊ usqꝫ
in seculū: neqꝫ adiectū ē neqꝫ minuet̄:
et nō eget alicuiꝰ cōsilio. Quā deside-
rabilia om̄ia opera eius: et tanquā
scintilla que ē considerare. Om̄ia hec
viuūt et manent in seculū: et in omni
necessitate om̄ia obaudiūt ei. Om̄ia
duplicia: vnum contra vnum: et nō
fecit quicq̄ꝫ de esse. Vniuscuiusqꝫ con-
firmabit bona. Et quis saciabitur
videns gloriam eius? xliij

Altitudinis firmamentū. pulcri-
tudo eius: species celi in visione
glorie. Sol in aspectu ānuncians in
exitu: vas ammirabile. opus excelsi.
In meridiano exurit terrā: ⁊ in conspe-
ctu ardoris eius quis poterit sustine-
re? Fornacē custodiens in operibus
ardoris. tripliciter sol exurens mōtes:
radios igneos exsufflans. ⁊ refulgēs:
radijs suis obcecat oculos. Magnus
dn̄s qui fecit illū: ⁊ in sermonibꝫ eius
festinauit iter. Et luna in omnibꝫ in
tempore suo: ostensio tēporis et signū
eui. A luna signū diei festi: luminare
q̄d minuit̄ in consummatōne. Men-
sis scd̄m nomē eius est: crescens mira-
bilit̄ ī cōsummatōnem. Vas castrorꝫ
in excelsis: in firmamento celi resplen-
dens gloriose. Species celi gloria stel-
larꝫ: mūdum illuminās in excelsis do-
minus. In verbis sancti stabūt ad iu-
dicium: et nō deficient in vigilijs suis.
Vide arcū: et benedic eū qui fecit illum.
Valde speciosus est in splendore suo.
Girauit celum in circuitu glorie sue:
manꝰ excelsi aperuerūt illum. Imperio
suo accelerauit niuē: ⁊ accelerat corus-
cationes emittere iudicij sui. Propter-
ea aperti sunt thesauri: ⁊ euolauerūt
nebule sicut aues. In magnitudine
sua posuit nubes: ⁊ cōfracti sunt lapi-
des grandinis. In cōspectu eius com-
mouebūtur montes: ⁊ in voluntate
eiꝰ aspirauit nothus. Vox tonitrui e-
ius verberauit terrā: tēpestas aquilo-
nis et cōgregatio spiritꝰ: ⁊ sicut auis
deponēs ad sedendū. aspergit niuē: ⁊
sicut locusta demergens descensus eiꝰ.
Pulcritudinē candoris eius āmirabi-
tur oculus: et sup ymbrem eius expa-
uescit cor. Gelu sicut salem effundet su-
per terrā: et dū gelauerit fiet tanq̄ꝫ cacu-
mina tribuli. Frigidꝰ ventus aquilo
flauit: et gelauit cristallus ab aqua.
Sup omnē cōgregationē aquarum
req̄escet: et sicut lorica induet se aquis.
Et deuorabit mōtes ⁊ exuret desertum:
et extinguet viride sicut ignem. Medi-
cina omniū in festinatione nebule: et
ros obuiās ab ardore. venienti humi-
lem efficiet eum. In sermone eiꝰ siluit
ventus: et cogitatione sua placauit
abissum: ⁊ plantauit illum dominus
ihesus. Qui nauigant mare enarrāt
pericula eius: ⁊ audientes auribꝫ nr̄is
āmirabam̄. Illic p̄clara et mirabilia

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0087
powered by DWork • Heidelberg University Library

varia bestiarꝝ genera et omniū pecorꝝ· et creatura beluarū. Propter ipsum cōfirmatus est itineris finis: et in sermone eius cōposita sunt om̄ia. Multa dicemus et deficiemus verbis: consummatio autem sermonū: ipse est in omnibus. Gloriantes· ad quid valebimus? Ipse enī omnipotens super om̄ia opera sua. Terribilis dominus et magnus vehementer: et mirabilis potentia ipius. Glorificantes dominum· quantūcunqꝫ potueritis supualebit adhuc: et ammirabilis magnificentia eius. Benedicētes dominum exaltate illū quātum potestis: maior ē enī om̄i laude. Exaltātes eū replemini virtute. Ne laboretis: nō enī comprehenderis. Quis videbit eū sicut est ab inicio? Multa abscondita sūt maiora hijs. Pauca enī vidimꝰ oprꝫ eius. Omnia autem dominus fecit: et pie agentibus dedit sapiētiā. xliiij

Gaudemꝰ viros gloriosos et parentes nostros in generatione sua. Multā gloriā fecit dn̄s magnificentia sua a seculo. Dominātes ī potestatibus suis: homines magni virtute ⁊ prudentia sua p̄diti: nūciantes in ꝓphetis dignitatem ꝓphetarꝫ et imperantes in p̄senti ꝓplo· et virtute prudentie ꝓplis sanctissima verba. In puericia sua requirētes modos musicos: ⁊ narrātes carmina scripturarꝫ. Homines diuites in virtute: pulcritudinis studiū habentes: pacificantes in domibus suis. Omnes isti in generationibus gentis sue gloriā adepti sunt: et in diebꝫ suis habentur in laudibus. Qui de illis nati sunt: reliquerūt nomen narrandi laudes eorꝫ. Et sūt quorum nō est memoria. Perierūt quasi qui nō fuerint: et nati sunt quasi non nati: et filij ipoꝝ cū ipis. Sed illi viri miscdie sunt: quorꝫ pietates· non defecerūt. Cū semine eorꝫ ꝑmanēt bona: hereditas sancta nepotes eorꝫ. Et in testamētis stetit semē eorū: et filij eorū propter illos usqꝫ inetnū manēt. Semen eorꝫ et gloria eorꝫ nō derelinquet. Corpora ipoꝝ ī pace sepulta sunt: et nomen eorum viuet in generationē ⁊ generationē. Sapientiā ipoꝝ narrēt ꝓpli: et laudem eorum nunciet ecclesia. Enoch placuit deo: et translatus est ī paradisum ut det gentibus sapiētiā. Noe inuentus est ꝑfectus iustus: et in tēpore iracūdie factus est recōciliatio. Ideo dimissum est reliquum terre: cū factum est diluuiū. Testamenta seculi posita sūt aput illū: ne deleri possit diluuio om̄is caro. Abraham· magnꝰ pater multitudinis gentiū: et non est inuentꝰ similis illi ī gloria. Qui conseruauit legem excelsi: et fuit ī testamento cū illo. In carne eiꝰ stare fecit testamentū: et in temptatione inuentus est fidelis. Ideo iureiurando dedit illi gloriam in gente sua: crescere illū q̄si terre cumulū et ut stellas exaltare semen eius: ⁊ hereditare illos a mari usqꝫ ad mare· et a flumine usqꝫ ad terminos terre. Et ysaac fecit eodē modo: ꝓpter abraham patrem eius. Benedictionē omniū gentiū dedit illi dominus: et testamentū suū confirmauit sup caput iacob. Agnouit eū ī benedictionibꝫ suis: et dedit illi hereditatē: et diuisit illi partem ī tribubꝫ duodecī. Et cōseruauit illi hoīes miscdie: inueniētes graciam ī cōspectu om̄is carnis. xlv

Dilectus deo et hominibus moyses: cuiꝰ memoria ī benedictione ē. Similē illū fecit in gloria sanctorꝫ: ⁊ magnificauit eū ī timore inimicorꝫ:

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0088
powered by DWork • Heidelberg University Library

et in verbis suis mōstra placuit. Glorificauit illū in conspectu regū: ⁊ iussit illi coram ꝓplo suo: ⁊ ostendit illi gloriā suā. In fide et lenitate ipsi⁹ sanctū fecit illū: ⁊ elegit eū ex omni carne. Audiuit enī eū et vocem ipsi⁹: ⁊ induxit illū in nubem. Et dedit illi cor ad precepta et legem vite ⁊ discipline: docere iacob testamentū suū: ⁊ iudicia sua israhel. Excelsum fecit aaron fratrē suū: et similē sibi de tribu leui. Statuit illi testamentū eternū: ⁊ dedit illi sacerdotium gentis: et beatificauit illū ī gloria. Et circūcinxit eū zona iusticie: et induit eam stolā glorie: ⁊ coronauit eum in vasis virtutis. Circūpedes et femoralia et humerale posuit ei: ⁊ cinxit illū tintinabulis aureis plurimis in giro: dare sonitū in incessu suo: auditū facere sonitū in templo in memoriā filijs gentis sue. Stola sancta auro et iacincto ⁊ purpura opus textile viri sapientis iudicio ⁊ veritate prediti. Torto cocto opus artificis. gemmis p̄ciosis figuratis. in ligatura auri. et opere lapidarij sculptis in memoriā: scd̄m numerū tribuū israhel. Corona aurea sup̄ mitram ei⁹ expressa signo sāctitatis: gloria honoris et opus virtutis: desiderio oculoꝝ ornata. Sic pulcra ante ip̄m nō fuerūt talia: usq; ad originē. Non est indutus illa alienigena aliquis: sed tantū filij ipsius soli et nepotes eius per om̄e tempus. Sacrificia ipsi⁹ consūmata sūt igni cottidie. Compleuit moyses manus eius: ⁊ vnxit illū oleo sancto. Factum est illi ī testamentū eternū et semini eius sicut dies celi: fungi sacerdotio et habere laudē: et glorificare ꝓplm suū in nomine suo. Ipsū elegit ab omni viuente: offerre sacrificiū deo. incensum et bonū odorem: in memoriā placare pro ꝓplo suo. Et dedit illi ī preceptis suis potestatem: in testamentis iudiciorum docere iacob testimonia: et in lege sua lucem dare isrl. Quia contra illū steterūt alieni: et ꝓpter inuidiā circunderūt illū homines in deserto qui erant cū dathan. ⁊ abiron: et congregatio chore in iracundia. Vidit dn̄s deus et non placuit illi: et cōsumpti sunt in impetu iracundie. Fecit illis mōstra: et consumpsit illos ī flāma ignis. Et addidit aaron gloriā: ⁊ dedit illi hereditatē: et primicias frugū terre dimisit illi. Panē ipsi⁹ in primis parauit in sacietatem: nam et sacrificia dn̄i edent: que dedit illi et semini eius. Ceterū inter gentes nō hereditabit: ⁊ pars nō est illi in gente. Ipse est enī pars ei⁹ ⁊ hereditas. Phinees fili⁹ eleazari tercius in gloria imitando eū ī timore dei. ⁊ stare ī reuerentia gētis: ī bonitate et alacritate anime sue placuit deo isrl. Ideo statuit illi testamentum pacis: et principē sanctoꝝ ⁊ gentis sue: ut sit illi et semini ei⁹ sacerdotij dignitas ineternū. Et testamentū dauid regi filio yesse de tribu iuda: hereditas ip̄i et semini eius: ut daret sapientiā in cor nostrū iudicare gentē suā ī iusticia ne abolerentur bona ip̄oꝝ: et gloriā ip̄oꝝ ī gētē eoꝝ eternā fecit. xlvj

Hortis in bello ihesus naue successor moysi in ꝓphetis: qui fuit magnus scd̄m nomē suū. maximus in salutem electorū dei: expugnare insurgentes hostes ut cōsequeretur hereditatem isrl. Quā gloriā adeptus est in tollendo manus suas: ⁊ iactando cōtra ciuitates rumpheas. Quis ante illū sic restitit? Nam hostes ip̄e dn̄s ꝑcussit. Aut non in iracundia eius



Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0089
powered by DWork • Heidelberg University Library

impeditus est sol. ⁊ una dies facta est
quasi duo? Inuocauit altissimum po-
tentem in oppugnando inimicos un-
diq; ⁊ audiuit illū magnus ⁊ sanctus
deus. in saxis grandinis virtutis val-
de fortis. Impetū fecit cōtra gentē hosti-
lem. ⁊ in descensu ꝑdidit contrarios:
ut cognoscant gentes potentiā eius.
quia cōtra deum pugnare nō ē facile:
et secut⁹ est a tergo potentes. Et ī diebꝫ
moysi misericordiā fecit ipe et caleph
fili⁹ iephone. stare contra hostem: et
prohibere gītem a peccatis: ⁊ ꝑfringere
murmur malicie. Et ipi duo cōstitu-
ti. a periculo liberati sunt a numero
sexcentoꝝ miliū peditū: inducere illos
in hereditatē: in terram q̄ manat lac ⁊
mel. Et dedit dn̄s ipsi caleph fortitu-
dinē: et usq; in senectutem ꝑmansit illi
virt⁹. ut ascenderet in excelsum terre lo-
cum: ⁊ semen ipsi⁹ optinuit hereditatē.
Et viderūt om̄es filij isrl: quia bonū
est obsequi sancto deo. Et iudices sin-
guli suo nomine. quoꝝ nō ē corruptū
cor: qui non auersi sunt a dn̄o. ut sit
memoria illorū in benedictione. Et
ossa eoꝝ pullulant de loco suo: et no-
men eoꝝ ꝑmanet ineternū: ꝑmanente
ad filios illorū sanctoꝝ viroꝝ gloria.
Dilectus a deo suo samuel ꝓpheta do-
mini. renouauit imperium: et unxit
principes in gente sua. In lege domini
cōgregationē iudicauit: ⁊ vidit deum
iacob: ⁊ in fide sua ꝓbatus est ꝓpheta.
Et cognit⁹ ē ī verbis suis fidelis: quia
vidit deū lucis. Et inuocauit dn̄m o-
mnipotentem in oppugnando hostes
circūstantes undiq; in oblatione vi-
ri inuiolati. Et intonuit de celo dn̄s:
et in sonitu magno auditā fecit vocē
suā: ⁊ cōtriuit principes tyrioꝝ ⁊ om̄es
duces philistijm. Et ante temp⁹ finis
vite sue ⁊ seculi testimonium p̄buit in
cōspectu dn̄i ⁊ xp̄i: pecunias ⁊ usq; ad
calciamenta ab omni carne non acce-
pit: ⁊ nō accusauit illū homo. Et post
hoc dormiuit. et notū fecit regi ⁊ osten-
dit illi finē vite sue: et exaltauit vocem
eius de terra in propheria delere im-
pietatem gentis. xlvij

Post hec surrexit nathan ꝓpheta
in diebꝫ dauid. Et quasi adeps
separat⁹ a carne: sic dauid a filijs isrl.
Cum leonibꝫ lusit quasi cū agnis: ⁊
in vrsis similit̄ fecit sicut in agnis o-
uiū. In iuuentute sua nūquid nō occi-
dit gigantem ⁊ abstulit opprobriū de
gente? In tollendo manum in saxo
funde deiecit exultationē golie: ubi in-
uocauit dn̄m om̄ipotentem. Et dedit
in dextra eius tollere hominē fortem
in bello: et exaltare cornu gentis sue.
Sic in decem mililibꝫ glorificauit eū:
et laudauit illū in benedictionibꝫ dn̄i:
in offerendo illi coronā glorie. Con-
triuit enim inimicos undiq; et extir-
pauit philistijm contrarios usq; in
hodiernū diē. Contriuit cornu ip̄oꝝ
usq; ineternū. In om̄i opere dedit con-
fessionē sancto: et excelso in verbo glo-
rie. De om̄i corde suo laudauit dn̄m:
et dilexit deū qui fecit illū: et dedit illi
contra inimicos potentiā. Et stare fe-
cit cantores cōtra altare: ⁊ in sono eo-
rum dulces fecit modos. Et dedit in
celebrationibus decus: et ornauit tem-
pora usq; ad conseruationē vite: ut
laudarent nomē sanctū dn̄i et ampli-
ficarent mane dei sanctitatem. Xp̄s
purgauit peccata illius: et exaltauit
ineternū cornu eius. Et dedit illi testa-
mentū regni: ⁊ sedem glorie in israhel.
Post ip̄m surrexit fili⁹ sensat⁹: ⁊ ꝓpter
illū deiecit omnē potentiā inimicoꝝ.

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0090
powered by DWork • Heidelberg University Library

Salomon imperauit in diebꝫ pacis:
cui subiecit deus om̄es hostes ut con-
deret domū in nomine suo: ⁊ pararet
sanctitatē ī sempiternū quēadmodū
eruditꝰ est ī iuuentute sua. Et impletꝰ
est quasi flumē sapientia: et terrā rete-
xit anima sua. Et replesti in cōparati-
onibꝫ enigmata: ad insulas longe
deuulgatū est nomē tuū: et delectus es
in pace tua. In cantilenis et in ꝓuer-
bijs ⁊ cōparationibꝫ et incrpretatoibꝫ
numerate sunt terre: et in nomine dn̄i
cui est cognomē deus isrl'. Collegisti
quasi auricalcū aurꝫ: ⁊ ut plumbum
complesti argentū: et inclinasti femo-
ra tua mulieribus. Potestatem habu-
isti in corpore tuo. Dedisti maculam
in gloria tua: et ꝓphanasti semē tuū
inducere iracūdiā ad liberos tuos et
in ceteris stulticiā tuam: ut faceres im-
periū bipertitū et ex effraym imperare
imperiū durꝫ. Deus aūt nō dereliquet
misericordiā suā et nō corrūpet neqꝫ
delebit opera sua: neqꝫ ꝑdet a stirpe
nepotes electi sui: et semē eius qui dili-
git dn̄m non corrūpet. Dedit autem
reliquū iacob et dauid de ipa stirpe: ⁊
finē habuit salomon cū patribꝫ suis.
Et dereliquit post se de semine suo gētis
stulticiā ⁊ imminutū a prudētia robo-
am. qui auertit gentē consilio suo: et
ieroboam filiū nabath qui peccare fe-
cit isrl': et dedit viā peccādi effraym. et
plurima redūdauerūt peccata ipsorū.
Valde enī auerterūt illos a terra sua.
Et quesiuit om̄es nequicias usqꝫ dū
peruenīret ad illos defensio: et ab o-
mnibus peccatis liberauit eos. xlviij

Et surrexit helias ꝓpheta q̄si ignis:
et verbū ipsius quasi facula ar-
debat. Qui induxit in illos famē: et i-
mitantes illū inuidia sua pauci facti
sunt. Nō enī poterāt sustinere p̄cepta
dn̄i. Verbo dn̄i cōtinuit celū: et deiecit
a se ignē terre. Sic āplificatꝰ ē helias
in mirabilibus suis. Et quis potest
similiter gloriari tibi? Qui sustulisti
mortuū ab inferis de sorte mortis in
verbo dn̄i dei: qui deiecisti reges ad
perniciē. et confregisti facile potentiā
ipsorꝫ: et gloriosos delicto suo. Qui
audis in syna iudiciū: et in oreb iudi-
cia defensionis. Qui vngis reges ad
penitentiam: ⁊ prophetas facis succes-
sores tuos post te. Qui receptus es in
turbine ignis in curru equorꝫ igneorꝫ:
qui inscriptꝰ es in iudicijs temporꝫ. le-
nire iracūdiam dn̄i: conciliare cor pa-
tris ad filiū: et restituere tribus iacob.
Beati sunt qui te viderūt: ⁊ ī amicicia
tua decorati sūt. Nā nos vita viuimꝰ
tantū: post mortem aūt non erit tale
nomē nostrū. Helias qui in turbine
tectus est: et in helyseo completus est
spiritus eius. In diebꝫ suis nō ꝑtimu-
it principē: et potentia nemo vincit il-
lum. Nec superauit illū verbū aliqd̄:
et mortuū ꝓphetauit corpus eius. In
vita sua fecit monstra: et in morte ope-
ratus est mirabilia. In om̄ibus istis
non penituit ꝓpsus et non recesserūt a
peccatis suis. usqꝫ dum abiecti sunt de
terra sua et dispsi sunt in omnē terrā:
et relicta est gens ꝑpauca. et princeps
in domo dauid. Quidam ipsorꝫ fece-
runt qd̄ placeret deo: alij aūt multa
cōmiserunt peccata. Ezechias muni-
uit ciuitatem suam et induxit ī mediū
eius aquam: et fodit ferro rupem: et
edificauit ad aquam puteū. In diebꝫ
ipsiꝰ ascendit sennacherib et misit ra-
psacen et sustulit manū suam contra
illos: et extulit manū suam in syon: ⁊
supbus factus est potentia sua. Tunc



Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0091
powered by DWork • Heidelberg University Library

mota sūt corda ⁊ manꝰ ipoꝝ: et dolue-
runt q̄si parturientes mulieres. Et in-
uocauerūt dn̄m misericordē: ⁊ expādē-
tes manꝰ suas extulerūt ad celum: et
sanctus dn̄s deus audiuit cito vocem
ipsoꝝ. Non est cōmemoratꝰ peccatoꝝ
ipsoꝝ: neq; dedit illos inimicis suis:
sed purgauit illos ī manu ysaie sācti
prophete. Deiecit castra assyrioꝝ: et
cōtriuit illos angelus dn̄i. Nā fecit
ezechias q̄ placuit deo: et fortiter iuit ī
via dauid p̄ris sui: quā mandauit illi
ysaias ꝓpheta magnus et fidelis ī con-
spectu dei. In diebꝫ ipsiꝰ retro rediit sol:
⁊ addidit regi vitā. Spiritu magno
vidit ultima: et consolatꝰ ē lugentes
syon usq; ī sempiternū. Ostendit futu-
ra ⁊ abscōdita: ātequā euenirēt. xlix

Memoria iosie ī compositōne odo-
ris facta: opus pigmentarij. In
om̄i ore q̄si mel indulcabit̄ eiꝰ memo-
ria: et ut musica ī conuiuio vini. Ipe
est directꝰ diuinitꝰ in penitentia gētis.
et tulit abominationes impietatis:
⁊ ad dn̄m gubernauit cor ipsiꝰ: ⁊ ī die-
bus peccatoꝝ corroborauit pietatem.
Preter dauid ⁊ ezechiam ⁊ iosyam o-
mnes peccatū commiserūt: nā reliquē-
runt legem altissimi reges iuda: ⁊ con-
tempserūt timorem dei. Dederūt enī re-
gnum suū alijs: et gloriā suā alieni-
gene genti. Incenderūt electā ciuitatē
sāctitatis: ⁊ desertas fecerūt vias ipsiꝰ
ī manu ieremie. Nam male tractaue-
runt illū. q̄ a ventre matris consecratꝰ
est ꝓpheta. euertere et eruere ⁊ ꝑdere: et
iterꝫ edificare ⁊ renouare. Ezechiel. qui
vidit cōspectum glorie: quā ostendit
illi in curru cherubin. Nam cōmemo-
ratus est inimicoꝝ in ymbri: beneface-
re illis qui ostenderūt rectas vias. Et
duodecim ꝓphetaꝝ ossa pollulant de
loco suo. Nā corroborauerūt iacob:
et redemerūt se ī fide virtutis. Quomō
amplificemꝰ zorobael? Nam et ipse
quasi signū ī dextra manu isrl̄. Et ihe-
sum filiū iosedech? Qui in diebꝫ suis
edificauerūt domū: et exaltauerūt tem-
plum sanctum dn̄o: paratū in gloriā
sempiternā. Et neemias in memoria
multi temporis: qui erexit nobis mu-
ros euersos. ⁊ stare fecit portas ⁊ seras:
q̄ erexit domos nostras. Nemo natus
est in terra qualis enoch: nā et ipse re-
ceptꝰ est a terra. Et ioseph qui natꝰ est
homo princeps fratrū. firmamētum
gētis. rector fratrū. stabilimētum ꝓpli:
⁊ ossa ipsiꝰ visitata sunt: ⁊ post mortē
prophetauerūt. Seth. et sem apud ho-
mines gloriā adepti sūt: et sup omnē
animā in origine adam. l

Simon onie filius sacerdos ma-
gnus: qui in vita sua suffulsit
domū: et ī diebus suis corroborauit
templū. Templi etiā altitudo ab ipso
fundata est: duplex edificatio. et excelsi
parietes templi. In diebus ipsius ema-
nauerunt putei aquaꝝ: et quasi mare
adimpleti sunt supra modū. Qui cu-
rauit gentem suā: et liberauit eā a per-
ditōne. Qui p̄ualuit amplificare ciui-
tatem: q̄ adeptus est gloriā ī cōuersati-
one gētis: et ingressum domus ⁊ atrij
amplificauit. Quasi stella matutina
in medio nebule: et quasi luna plena
in diebus suis lucet: ⁊ quasi sol reful-
gens. sic ille effulsit ī templo dei. Qua-
si arcꝰ refulgens int̄ nebulas glorie:
et quasi flos rosaꝝ in diebus vernis. ⁊
quasi lilia que sunt in transitu aque:
⁊ q̄si thus redolēs ī diebꝫ estatis. Qua-
si ignis effulgens et thus ardens in i-
gne: q̄si vas auri solidū ornatū om̄i
lapide p̄cioso. Quasi oliua pollulās:

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0092
powered by DWork • Heidelberg University Library

⁊ cipressus ī altitudine se extollēs. In
accipiendo ipm̄ stolā glorie ⁊ vestiret
eū in consūmatōne virtutis: ī ascensu
altaris sancti gloriā dedit sanctitatis
amictū. In accipiendo aūt partes de
manu sacerdotū et ipe stans iuxta a-
ram: et circa illū corona fratrū quasi
plantatō cedri ī mōte libano: sic circa
illū steterūt quasi rami palme et omēs
filij aaron in gloria sua. Oblatō au-
tem dn̄i in manibus ipsoꝝ corā omī
sinagoga isrl: ⁊ cōsūmatione fungēs
in aram. amplificare oblationē excel-
si regis porrexit manū suā ī libatōne:
et libauit de sanguine vue. Effudit ī
fundamēta altaris odorem diuinū
excelso principi. Tunc exclamauerunt
filij aaron: et in tubis ꝓductilibus so-
nuerūt: et auditā fecerūt vocē magnā
in memoriā coram deo. Tunc omnis
ꝑplus simul ꝓperauerūt: et ceciderūt in
faciē sup terram adorare dn̄m deum
suū: ⁊ dare p̄ces omīpotenti deo excelso.
Et amplificauerūt psallentes in voci-
bus suis et ī magna domo auctus est
sonus suauitatis plenus. Et rogauit
ꝑplus dn̄m excelsum in p̄ce usq; dum
ꝑficeretur honor dn̄i: et munus suū ꝑfe-
cerūt. Tunc descendēs. manus suas extu-
lit in omnē cōgregatōnem filioꝝ isrl:
dare gloriā deo a labijs suis: ⁊ in no-
mine ipsius gloriari. Et iterauit orati-
onem suā: volens ostendere virtutem
dei. Et plus orauit deum omniū: qui
magna fecit in omī terra. qui auxit di-
es nostros a ventre matris nostre et
fecit nobiscū scd̄m suā misericordiā:
det nobis iocūditatē cordis ⁊ fieri pa-
cem ī diebꝫ nostris in isrl ꝑ dies sempi-
ternos: credere isrl misericordiam dei esse
nobiscum. ut liberet nos in diebꝫ suis.
Duas gentes odit anima mea: tercia
autem nō est gens quā oderim. Qui
sedent in monte seyr. et philistijm: et
stultus ꝑplus qui habitat in sychimis.
Doctrinā sapiētie ⁊ discipline scripsit
ī codice isto ihesus filius syrach ierosoli-
mita: q̄ renouauit sapientiā de corde
suo. Beatus qui ī istis versat̄ bonis.
Qui ponit illa in corde suo: sapiēs eris
semp. Si enī hec fecerit ad omīa vale-
bit: quia lux dei vestigium eius est.

·h·

Confitebor tibi dn̄e rex: et collau-
dabo te deum saluatorē meum.
Cōfitebor nomini tuo qm̄ adiu-
tor et protector factus es michi: et libe-
rasti corpus meū a ꝑditione. a laqueo
lingue inique. et a labijs operantiū
mendatiū: et in cōspectu astantiū factus
es michi adiutor. Et liberasti me secun-
dum multitudinem misericordie no-
minis tui a rugiētibꝫ p̄paratis ad escā.
de manibus querentiū animā meam.
et de porcis tribulatōnum qui circun-
dederunt me: a pressura flamme que
circundedit me: et ī medio ignis nō
sum estuatus. De altitudine ventris in-
feri et a lingua coinquinata ⁊ a verbo
mendacij: a rege iniquo: et a lingua
iniusta. Laudabit usq; ad mortē ani-
ma mea dn̄m: et vita mea appropin-
quās erat inferno deorsum. Circunde-
derūt me vndiq;: ⁊ nō erat q̄ adiuua-
ret. Respiciēs erā adiutoriū hominū:
et nō erat. Memoratus sū misericordie
tue dn̄e et cooperatōnis tue que a se-
culo sunt: qm̄ eruis sustinentes te do-
mine. ⁊ liberas eos de manu gentiū.
Exaltasti sup terram habitationem
meam: ⁊ pro morte defluenti deprecatus
sum. Inuocaui dominū patrē domini
mei: ut nō derelinquat me ī die tribu-
latōnis mee. et in tempore supborum



Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0093
powered by DWork • Heidelberg University Library

sine adiutorio laudabo nomē tuum
assidue: ⁊ collaudabo illud in cōfessio-
ne: et exaudita est oratio mea. Et libe-
rasti me de ꝑditione: ⁊ eripuisti me de
tempore iniquo. Propterea cōfitebor
et laudem dicā tibi: et benedicā nomi-
ni dñi cū adhuc iunior sum. Priusq̄
oberrarem quesiui sapientiā palam ī
oratione mea: āte tempꝰ postulabā ꝑ
illa: et usq; in nouissimis inquirā eā.
⁊ florebit tanq̄ p̄cox vua. Letatū ē cor
meū in ea: ambulauit pes meꝰ iter re-
ctum: ī iuuentute mea inuestigabam
eā. Inclinaui modice aurem meā: et
excepi illā. Multam inueni in memet-
ipso sapientiam: et multū profeci ī ea.
Danti michi sapientiā dabo gloriā.
Consiliatus sū enī ut facerem illā: ze-
latus sum bonū et non confundar.
Colluctata est anima mea ī illa: et in
faciendo eā cōfirmatus sum. Manus
meas extendi ī altū: ⁊ in sapientia eiꝰ
luxit aīa mea: et ignorātias meas il-
luminauit. Animā meam direxi ad
illam: ⁊ in agnitionē inueni eā. Pos-
sedi cum ipa cor ab inicio: ꝓpter hoc
nō derelinquar. Venter meus contur-
batus ē querendo illā: ꝓpterea bonā
possidebo possessionē. Dedit enī mi-
chi dñs linguam mercedem meam:
et in ipa laudabo eū. Appropiate ad
me indocti: et congregate vos ad do-
mum discipline. Quid adhuc retar-
datis: et quid dicitis in hijs? Anime
vestre sitiūt vehemēter. Aperui os me-
um: et locutꝰ sum. Comparate vobis
sine argento sapientiā: et collū vestrū
subicite iugo eius: ⁊ suscipiat anima
vestra disciplinā. In proximo est enī
inuenire eam. Videte oculis vestris
quia modicū laboraui: et inueni mi-
chi multā requiē. Assumite disciplinā
in multo numero argumenti: ⁊ copi-
osum aurū possidete in ea letetur ani-
ma vr̄a in misericordia eius: et non
cōfundemini in laude eiꝰ. Operamini
opus vr̄m āte tempꝰ: ⁊ dabit vobis
mercedē vestram in tp̄e suo.

Et īclinauit salomō genua sua ī
conspectu totius ecclesie israhel:
et aperuit manꝰ suas ad celum
et dixit. Dñe deus isrl' nō est tibi similis
deus in celo sursum neq; in terra deor-
sum: qui custodis testamentū tuū et
misericordiā pueris tuis euntibus in
conspectu tuo in toto corde. seruans pue-
ro tuo dauid que locutꝰ es illi: et locu-
tus es in ore tuo et in manu tua im-
plesti. q̄si dies iste. Et nūc dñe deꝰ isra-
hel custodi puero tuo dauid patri me-
o que locutꝰ es illi dicens. Non dee-
rit tibi vir a facie mea sedens in thro-
no isrl'. Verūtamē si custodierint filij
tui legem meam: ⁊ ī p̄ceptis meis am-
bulent. sicut ābulauerunt ī conspectu
meo fideles. Et nūc dñe deus israhel
creditū ē verbū qd̄ locutꝰ es puero tu-
o dauid: qm̄ si vere habitauit deus
cū hominibꝫ ī t̄ra. Si celū celi nō suffi-
ciāt tibi: quātomagis domꝰ hec. quā e-
dificaui. Sed respicias ad orōnē serui
tui. ⁊ dep̄cationē eiꝰ: ut exaudias dñe
placationē oratōnis. quā puer tuus
orat corā te. hodie. ut sint oculi tui sup
domū hāc die ac nocte. ī locū quē di-
xisti. inuocare nomē tuū: ⁊ exaudias
oratōnē quā puer tuꝰ orat ī hoc loco.
⁊ exaudias precatōnē pueri tui et ꝓpli
tui isrl'. si orauerit ī loco isto: ⁊ exaudi-
as ī loco habitationis de celo et exau-
dias et ꝓpiciꝰ sis. si peccauerit vir ī te

Incipit prologus in libro ysaye
prophete. iiii. iiii. iiii. iiii.

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0094
powered by DWork • Heidelberg University Library

Nemo cum ꝓphetas versibꝫ
viderit esse descriptos me-
tro eos estimet apud he-
breos ligari: et aliquid si-
mile habere de psalmis
vel operibus salomonis.
Sed qđ in demostene ⁊ tullio solet fie-
ri: ut ꝑ cola scribant̄ et comata: qui u-
tiqꝫ prosa et nō versibus cōscripserūt.
Nos qꝫ utilitati legentiū ꝓuidentes:
interp̄tationem nouā nouo scribendi
genere distinximus. Ac primū de ysa-
ia sciendū ꝙ in sermone suo disertus
sit: quippe ut vir nobilis ⁊ urbane ele-
gantie: nec habēs quicquā ī eloquio
rusticitatis ammixtū. Vnde accidit:
ut pre ceteris florē s̄monis ei⁹ trāsla-
tio nō potuerit cōseruare. Deinde etiā
hoc adiciendū: ꝙ non tam propheta
dicend⁹ sit qꝫ euangelista. Itaqꝫ uni-
uersa xp̄i ecclesieqꝫ misteria ad liqui-
dum ꝓsecut⁹ est: ut non eum putes de
futuro vaticinari: sed de p̄teritis histo-
riam texere. Vnde conicio noluisse tūc
temporis septuaginta interp̄tes fidei
sue sacramēta ꝑspicue ethnicis ꝓdere
ne sanctū canibꝫ · et margaritas por-
cis darent: que cū hanc editionē legeri-
tis ab illis animaduerteti⁹ abscōdita.
Nec ignoro quāti laboris sit prophe-
tas intelligere: nec facile quempiam
posse iudicare de interp̄tatione: nisi
intellexerit āte que legerit. Nos qꝫ pa-
tere morsibꝫ plurimorꝫ: qui stimulan-
te inuidia qđ cōsequi non valēt despi-
ciūt. Sciēs ergo ⁊ prudēs ī flāmā mit-
to manū: et nichilomin⁹ hoc a fastidi-
osis lectoribꝫ precor: ut quomō greci
post septuagita trāslatores aquilā et
symachū ⁊ theodotōnē legūt · vel ob stu-
diū doctrine sue · vel ut septuaginta
magis ex collatione eorꝫ intelligant:
sic ⁊ isti saltem vnū post p̄ores habere
dignent̄ interp̄tem. Legant pri⁹ · et po-
stea despiciant: ne videātur nō ex iudi-
cio · sed ex odij p̄sumptione ignorata
damnare. Prophetauit aūt ysaias ī
iherusalē et in iudea necdū decem tri-
bubus in captiuitatem ductis: ac de
vtroqꝫ regno nūc cōmixti nūc separa-
tim texit oraculū. Et cum interdū ad
p̄sentem respiciat historiā · ⁊ post ba-
bilonie captiuitatē reditū ꝓpl̄i signifi-
cet in iudeam: tamē om̄is eius cura de
vocatione gentiū et de aduentu xp̄i ē.
Quē quāto plus amatis o paula et
eustochiū · tanto magis ab eo petite:
ut ꝓ obtrectatōne p̄senti qua me inde-
sinenter emuli laniāt · ipe michi merce-
dem restituat in futuro: qui scit me ob
hoc in peregrine lingue eruditōne su-
dasse · ne iudei de falsitate scriptura-
rum ecclesijs eius diutius insultarēt.

Incipit liber ysaye ꝓphe capl̄m · i ·

Visio ysaie filij amos: quā
vidit sup iudam et iheru-
salem in diebus ozie ioa-
than achaz ⁊ ezechie regū
iuda. Audite celi et auribus ꝑcipe t̄ra:
qm̄ dn̄s locut⁹ est. Filios enutriui et
exaltaui: ipi aūt spreuerūt me. Cogno-
uit bos possessorem suū: ⁊ asin⁹ p̄sepe
dn̄i sui. Israhel aūt me nō cognouit:
et ꝓpl̄us meus nō intellexit. Ve genti
peccatrici: ꝓpl̄o graui iniquitate · semi-
ni nequā: filijs sceleratis. Dereliquerūt
dn̄m: blasphemauerūt sanctū isrl̄: ab-
alienati sunt retrorsum. Sup quo per-
cutiā vos vltra: addentes p̄uaricati-
onem? Om̄e caput languidū: ⁊ om̄e
cor merēs. A plāta pedis usqꝫ ad verti-
cem · non est in eo sanitas. Vulnus ⁊
liuor et plaga tumens: nō est circum-
ligata nec curata medicamine: neqꝫ

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0095
powered by DWork • Heidelberg University Library

fota oleo. Terra vestra deserta: ciuitates
vestre succense igni. Regionē vestram
coram vobis alieni deuorant: et deso-
labitur sicut in vastitate hostili. Et de-
relinquetur filia syon ut vmbraculū ī
vinea: et sicut tuguriū ī cucumerario:
sicut ciuitas que vastatur. Nisi dn̄s
exercituū reliquisset nobis semen qua-
si sodoma fuissem⁹: ⁊ quasi gomorra
similes essemus. Audite verbum dn̄i
principes sodomoꝝ: ꝑcipite auribus
legem dei vestri ꝓplus gomorre. Quo
michi multitudinē victimaꝝ vr̄aꝝ di-
cit dn̄s? Plenus sum. Olocausta ari-
etum ⁊ adipem piguiū et sanguinem
vituloꝝ ⁊ agnoꝝ et hircoꝝ nolui. Cū
veniretis ante cōspectū meū: quis que-
siuit hec de manibꝫ vestris · ut ambu-
laretis ī atrijs meis? Ne offeratis vl-
tra sacrificiū frustra. Incensū abomi-
natio est michi. Neomeniā ⁊ sabbatū
et festiuitates alias non ferā. Iniqui
sunt cetus vestri. Kalendas vestras · ⁊
solemnitates vestras odiuit anima
mea. Facta sunt michi molesta. Labo-
raui sustinens. Et cū extenderitis ma-
nus vestras auertam oculos meos a
vobis: et cū multiplicaueritis oratio-
nem nō exaudiā. Man⁹ enī vestre san-
guine plene sūt. Lauamini · mūdi esto-
te: auferte malū cogitationū vestraꝝ
ab oculis meis. Quiescite agere ꝑuer-
se: discite benefacere. Querite iudicium ·
subuenite oppresso · iudicate pupillo ·
defendite viduā: et venite et arguite
me dicit dn̄s. Si fuerint peccata vr̄a
ut coccinum · quasi nix dealbabūtur:
et si fuerint rubra quasi vermiculus:
velut lana alba erūt. Si volueritis et
audieritis me: bona terre comedetis.
Qd̄ si nolueritis · et me ad iracūdiam
prouocaueritis gladius deuorabit
vos: quia os dn̄i locutū est. Quomō
facta est meretrix ciuitas fidelis: plena
iudicij? Iusticia habitauit in ea: nūc
autem homicide. Argentū tuū versū
est in scoriam: vinū tuū mixtū ē aqua.
Principes tui infideles: socij furum.
Om̄es diligūt munera: secūtur retri-
butiones. Pupillo nō iudicāt: ⁊ cau-
sa vidue non ingrediť ad illos. Pro-
pter hoc ait dn̄s deus exercituū fortis
israhel. Heu ego consolabor sup hosti-
bus meis: et vindicabor de inimicis
meis. Et cōuertā manū meā ad te: et
excoquā ad purū scoriā tuā: ⁊ auferā
om̄e stānum tuū: et restituā iudices
tuos ut fuerūt prius · ⁊ cōsiliarios tu-
os sicut ātiquit⁹. Post hec vocaberis
ciuitas iusti: vrbs fidelis. Syon ī iu-
dicio redimetur: ⁊ reducent eā in iusti-
ciam. Et conteret scelestos ⁊ peccatores
simul: et qui dereliquerūt dn̄m consu-
mentur. Confundentur enī ab ydolis
quibꝫ sacrificauerūt. Et erubescetis su-
per ortis q̄s elegeratis: cū fueritis ve-
lut quercus defluentibꝫ folijs: ⁊ velut
ort⁹ absq; aqua. Et erit fortitudo vr̄a
ut fauilla stuppe: et opus vestrū qua-
si scintilla: et succendetur vtrunq; si-
mul · et non erit qui extinguat. ¶

Verbū qd̄ vidit ysaias fili⁹ amos
sup iudā ⁊ iherusalē. Et erit in
nouissimis diebꝫ ꝓparat⁹ mons do-
mus domini ī vertice mōtiū: et eleua-
biť super colles. Et fluent ad eū om̄es
gentes: et ibūt ꝓpli multi ⁊ dicent. Ve-
nite ascendam⁹ ad montem dn̄i · et ad
domū dei iacob: et docebit nos vias
suas et ambulabim⁹ in semitis eius:
quia de syon exibit lex: et verbū dn̄i de
iherusalē. Et iudicabit gentes: ⁊ argu-
et ꝓplos multos. Et cōflabūt gladios
suos ī vomeres: ⁊ lāceas suas infalces

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0096
powered by DWork • Heidelberg University Library

Non leuabit gens contra gentem gladium: nec exercebuntur ultra ad prelium.
Domus iacob: venite et ambulemus in lumine dei nostri. Proiecisti enim populum tuum domum iacob: quia repleti sunt ut olim: et augures habuerunt ut philistiim: et pueris alienis adhesuerunt. Repleta est terra argento et auro: et non est finis thesaurorum eius. Et repleta est terra eius equis: et innumerabiles quadrige eius. Et repleta est terra eius idolis. Opus manuum suarum adorauerunt: quod fecerunt digiti eorum. Et incurvauit se homo: et humiliatus est vir. Ne ergo dimittas eis. Ingredere in petram: et abscondere in fossa humo a facie timoris domini: et a gloria maiestatis eius. Oculi sublimis hominis humiliati sunt: et incurvabitur altitudo virorum. Exaltabitur autem dominus solus in die illa: quia dies domini exercituum super omnem superbum et excelsum et super omnem arrogantem: et humiliabitur: et super omnes cedros libani sublimes et erectas: et super omnes quercus basan: et super omnes montes excelsos et super omnes colles elevatos: et super omnem turrem excelsam et super omnem murum munitum: et super omnes naues tharsis: et super omne quod visu pulcrum est. Et incurvabitur omnis sublimitas hominum: et humiliabitur altitudo virorum. Et elevabit dominus solus in die illa: et idola penitus conterentur. Et introibunt in speluncas petrarum: et in voragines terre a facie formidinis domini et a gloria maiestatis eius: cum surrexerit contere terram. In die illa proiciet homo idola argenti sui et simulacra auri sui que fecerat sibi: ut adoraret talpas et vespertiliones. Et ingredietur fissuras petrarum: et in cauernas saxorum a facie formidinis domini et a gloria maiestatis eius: cum surrexerit percutere terram. Quiescite ergo ab homine cuius spiritus in naribus eius est: quia excelsus reputatus est ipse.

Ecce enim dominator dominus exercituum auferet ab ierusalem et ab iuda validum et fortem: omne robustum panis et omne robur aque: et fortem et virum bellatorem: et iudicem et prophetam et ariolum et senem: principem super quinquaginta: et honorabilem vultu: et consiliarium: et sapientem de architectis: et prudentem eloquii mistici. Et dabo pueros principes eorum: et effeminati dominabuntur eis. Et corruet populus vir ad virum: et unusquisque ad proximum suum. Tumultuabitur puer contra senem: et ignobilis contra nobilem. Apprehendet enim vir fratrem suum domesticum patris sui: et dicet. Vestimentum tibi est: princeps esto noster: ruina autem hec sub manu tua. Respondebitque in die illa dicens. Non sum medicus: et in domo mea non est panis neque vestimentum. Nolite constituere me principem populi. Ruit enim ierusalem et iudas corruit: quia lingua eorum et adinuentiones eorum contra dominum: ut provocarent oculos maiestatis eius. Agnitio vultus eorum respondebit eis: et peccatum suum quasi sodoma predicauerunt: nec absconderunt. Ve animę eorum: quoniam reddita sunt eis mala. Dicite iusto quoniam bene: quoniam fructum adinuentionum suarum comedet. Ve impio in malum. Retribuetur enim manuum eius fiet ei. Populum meum exactores sui spoliauerunt: et mulieres dominate sunt eis. Populus meus qui te beatum dicit ipse te decipiunt: et viam gressuum tuorum dissipant. Stat ad iudicandum dominus: et stat ad iudicandos populos. Dominus ad iudicium veniet: cum senibus populi sui et principibus eius. Vos enim depasti estis



Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0097
powered by DWork • Heidelberg University Library

vineam meā: et rapina pauperis ī do-
mo vestra. Quare atteritis ppl'm meū:
⁊ facies pauperū cōmolitis dicit dn̄s
deus exercituū? Et dixit dn̄s deus. Pro
eo q̄ eleuate sunt filie syon et ābulaue-
runt extento collo · ⁊ nutibꝫ oculorū
ibant et plaudebant · et ambulabāt ·
et pedibus suis composito gradu ince-
debant: decaluabit dn̄s verticem fili-
arum syon: ⁊ dn̄s crinem earꝫ nudabit.
In die illa auferet dn̄s ornamentum
calciamētorꝫ ⁊ lunulas et torques et
monilia et armillas ⁊ mitras ⁊ discri-
minalia ⁊ periscelidas et murenulas
et olfactoriola et inaures et anulos
et gemmas in fronte pēdentes: et mu-
tatoria · et palliola · ⁊ lintheamina et a-
cus et specula · et sindones et vittas et
theristra. Et erit ꝓ suaui odore fetor: et
pro zona funiculus: et pro crispanti
crine caluicium. Pulcerrimi quoqꝫ vi-
ri tui gladio cadent: et fortes tui in
p̄lio. Et merebūt atqꝫ lugebunt porte
eius: et desolata in terra sedebit. iiij

Et apprehendent septem mulieres
virū vnū ī die illa dicentes. Pa-
nem nostrū comedemꝰ · et vestimentis
nostris operiemur: tantummodo in-
uocetur nomen tuum sup̄ nos: aufer
opprobriū nostrū. In die illa erit ger-
men dn̄i in magnificentia ⁊ gloria: ⁊
fructus terre sublimis: et exultatio hijs
qui saluati fuerint de israhel. Et erit o-
mnis qui relictus fuerit in syon et resi-
duus in iherusalē: sanctus vocabitur
om̄is qui scriptus est in vita in iheru-
salem. Si abluerit dn̄s sordē filiarꝫ sy-
on et sanguinem iherusalem lauerit
de medio eius: in spiritu iudicij et spi-
ritu ardoris. Et creabit dn̄s sup̄ omnē
locū mōtis syon · ⁊ vbi inuocatꝰ ē nu-
bem ꝑ diē: ⁊ fumū ⁊ splendorem ignis
flāmantis ī nocte. Sup̄ omnē enim
gloriā ꝓtectō: ⁊ tabernaculū erit ī vm-
braculū diei ab estu: et ī securitatem et
abscōsionē a turbine ⁊ a pluuia. v

Cantabo dilecto meo canticū pa-
truelis mei · vinee sue. Vinea fa-
cta est dilecto meo: in cornu filio olei.
Et sepiuit eā: et lapides elegit ex illa:
et plantauit vineam electam. Et edifi-
cauit turrem in medio eiꝰ: et torcular
extruxit in ea. Et expectauit ut faceret
vuas: et fecit labruscas. Nunc ergo
habitatores iherusalē et viri iuda iu-
dicate inter me ⁊ inter vineam meam.
Quid ē q̄ vltra facere debui vinee mee
et nō feci ei? An q̄ expectaui ut faceret
vuas: et fecit labruscas? Et nūc osten-
dam vobis quid ego faciā vinee mee.
Auferam sepem eius et erit ī direptio-
nem: diruā maceriā et erit in cōculca-
tionē: et ponā eam desertā. Nō puta-
bitur ⁊ non fodietur: ⁊ ascendent sup̄
eam vepres ⁊ spine: et nubibus man-
dabo ne pluāt sup̄ eam ymbrem. Vi-
nea autem dn̄i exercituū domus isrl'
est: et vir iuda germē eius delectabile.
Et expectaui ut faceret iudiciū et ecce
iniquitas: et iusticiam: et ecce clamor.
Ve qui cōiungitis domū ad domū:
et agrū agro copulatis usqꝫ ad termi-
num loci. Nunquid habitabitis vos
soli in medio terre? In auribus meis
sunt hec: dicit dn̄s exercituū. Nisi domꝰ
multe deserte fuerint grandes et pul-
cre: et absqꝫ habitatore. Decem enim
iugera vinearꝫ faciēt lagunculā vnā:
et triginta modij sementis faciēt mo-
dios tres. Ve q̄ consurgitis mane ad
ebrietatem sectandā: et potandū usqꝫ
ad vesperam ut vino estuetis. Cytha-
ra ⁊ lira ⁊ tympanū et tybia et vinū ī
cōuiuijs vestris: ⁊ opus domini non

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0098
powered by DWork • Heidelberg University Library

respicitis: nec opera manuū eius con-
sideratis. Propterea captiuus duct⁹
est ꝑplus meus quia nō habuit scien-
tiam: et nobiles ei⁹ interierunt fame:
⁊ multitudo ei⁹ siti exaruit. Propterea
dilatauit infernus animā suā: ⁊ ape-
ruit os suū absq; illo termino. Et de-
scendēt fortes ei⁹: ⁊ ꝑplus ei⁹ ⁊ sublimes
gloriosiq; ei⁹ ad eū. Et incuruabit̄ ho-
mo et humiliabitur vir: ⁊ oculi subli-
miū deprimentur. Et exaltabitur do-
minus exercituū in iudicio: ⁊ de⁹ san-
ctus sanctificabitur in iusticia. Et pas-
centur agni iuxta ordinē suū: ⁊ deserta
in vbertatem versa aduene comedent
ea. Ve qui trahitis iniquitatem in fu-
niculis vanitatis: ⁊ quasi vinculum
plaustri peccatū. Qui dicitis festinet ⁊
cito veniat opus eius ut videamus:
et appropiet et veniat consiliū sancti
israhel: et sciemus illud. Ve qui dicitis
malū bonū ⁊ bonū malū: ponentes
tenebras lucem ⁊ lucem tenebras: po-
nentes amaꝝ in dulce ⁊ dulce ī amaꝝ.
Ve qui sapientes estis in oculis vr̄is:
et coram vobismetipīs prudētes. Ve
qui potentes estis ad bibendū vinū:
et viri fortes ad miscendam ebrietatē.
Qui iustificatis impiū ꝓ muneribꝫ: ⁊
iusticiā iusti auferetis ab eo. Propter
hoc sicut deuorat stipulā lingua ignis.
et calor flāme exurit: sic radix eoꝝ q̄si
fauilla erit: ⁊ germen eorū ut puluis
ascendet. Abiecerūt enī legem domini
exercituū: ⁊ eloquiū sancti isrl̄ blasphe-
mauerūt. Ideo iratus est furor dn̄i in
ꝑplm suū: ⁊ extendit manū suā sup eū:
et ꝑcussit eū. Et cōturbati sunt mōtes:
⁊ facta sunt morticina eoꝝ quasi ster-
cus in medio platearꝝ. In hijs om̄ibꝫ
non est auersus furor eius: sed adhuc
manus ei⁹ extenta. Et eleuabit signū
in nationibus ꝓcul: ⁊ sibilabit ad eū
de finibus terre et ecce festinus velocit̄
veniet. Non est deficiens neq; laborās
in eo: non dormitabit neq; dormiet.
neq; soluetur cingulū renū eius: nec
rumpetur corriga calciamēti ei⁹. Sa-
gitte eius acute: et om̄is arcus ei⁹ ex-
tenti. Vngule equoꝝ eius ut silex: ⁊ ro-
te eius quasi impet⁹ tempestatis. Ru-
gitus eius ut leonis: rugiet ut catuli
leonū. Et frendet ⁊ tenebit predam: et
amplexabitur ⁊ non erit qui eruat: et
sonabit sup eum in die illa sicut soni-
tus maris. Aspiciemus in terram et
ecce tenebre tribulationis: et lux ob-
tenebrata est in caligine eius. vi

In anno quo mortuus est rex ozyas
vidi dn̄m sedentem sup soliū excelsum
et eleuatū: ⁊ plena erat domus a maie-
state eius et ea que sub ip̄o erant im-
plebāt templū. Seraphin stabant su-
per illud: sex ale vni: et sex ale alteri.
Duabꝫ velabāt faciē ei⁹: ⁊ duabꝫ vela-
bant pedes ei⁹: ⁊ duabꝫ volabāt. Et cla-
mabāt alter ad alterꝫ: et dicebāt. San-
ctus sanctus sanct⁹ dn̄s deus exerci-
tuum: plena est om̄is terra gloria ei⁹.
Et cōmota sunt sup luminaria car-
dinū a voce clamātis: ⁊ domus reple-
ta ē fumo. Et dixi. Ve michi q̄a tacui:
q̄a vir pollut⁹ labijs ego sum et ī me-
dio ꝑpli polluta labia habentis ego
habito: et regem dn̄m exercituū vidi o-
culis meis. Et volauit ad me vnus
de seraphim ⁊ in manus eius calcul⁹
quē forcipe tulerat de altari: ⁊ tegit os
meū et dixit. Ecce tetigi hoc labia tua:
et auferetur iniquitas tua: et peccatū
tuū mūdabitur. Et audiui vocē dn̄i
dicentis. Quē mittam: ⁊ quis ibit no-
bis? Et dixi. Ecce ego: mitte me. Et
dixit. Vade: ⁊ dices ꝑplo huic. Audite



Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0099
powered by DWork • Heidelberg University Library

audientes ⁊ nolite intelligere: ⁊ videre
visionem et nolite cognoscere. Exceca
cor ꝓpli huiꝰ et aures eius aggraua. ⁊
oculos eius claude: ne forte videat o-
culis suis et auribus suis audiat et
corde suo intelligat: ⁊ conuertatur et
sanē eum. Et dixi. Vsquequo dñe? Et
dixit. Donec desolentur ciuitates absq;
habitatore: et domꝰ sine homine. Et
terra relinquetur deserta: et longe faciet
dñs homines. Et multiplicabitur q̄
derelicta fuerat ī medio terre: ⁊ adhuc
in ea decimatio. Et cōuertetur et erit ī o-
stensionē sicut therebintꝰ: ⁊ sicut quercꝰ
q̄ expādit ramos suos. Semen san-
ctum erit id qd̄ steterit in ea. vij

Et factum est. in diebꝫ achaz filij
ioathan filij ozie regis iuda a-
scendit rasin rex syrie ⁊ facee filiꝰ rome-
lie rex israhel ī iherusalē ad p̄liandū
cōtra eam: ⁊ nō potuerūt debellare eā.
Et nūciauerūt domui dauid dicētes.
Requieuit syria sup̄ effraim: ⁊ cōmotū
est cor eius ⁊ cor ꝓpli eiꝰ sicut mouentur
ligna siluarꝫ a facie venti. Et dixit do-
minus ad ysaiam. Egredere ī occursū
achaz. tu ⁊ qui derelictus est iasub filiꝰ
tuus ad extremū aqueductus piscine
superioris ī via agri fullonis: ⁊ dices
ad eum. Vide ne sileas. Noli timere:
et cor tuū ne formidet a duabus cau-
dis ticionū fumigantium istorꝫ ī ira
furoris rasin regis syrie ⁊ filij romelie:
eo q̄ cōsiliū inierit cōtra te syria ī ma-
lum: effraim et filius romelie dicentes.
Ascendamꝰ ad iudam ⁊ suscitemus
eum: et auellamus eū ad nos: ⁊ pona-
mus regem in medio eius filiū tabeel.
Hec dicit dñs deꝰ. Nō stabit ⁊ nō erit
istud. sed caput syrie damascꝰ: et caput
damasci rasin. Et adhuc sexaginta ⁊
quinq; āni. et desinet effraim esse ꝓpls:
et caput effraim samaria: et caput sa-
marie filius romelie. Si non credide-
ritis: non ꝑmanebitis. Et adiecit do-
minus loqui ad achaz dicēs. Pete ti-
bi signū a dño deo tuo in ꝓfundū in-
ferni: siue in excelsū supra. Et dixit a-
chaz. Nō petā: ⁊ nō temptabo dominū.
Et dixit. Audite ergo domus dauid.
Nunquid parꝫ vobis est molestos es-
se hominibꝫ: quia molesti estis ⁊ deo
meo? Propter hoc dabit dñs ipe vobis
signū. Ecce virgo cōcipiet et pariet fi-
liū: ⁊ vocabitur nomē eiꝰ emmanuel.
Butirū et mel comedet: ut sciat repro
bare malū ⁊ eligere bonū. Quia ante-
q̄ sciat puer reprobare malum et elige-
re bonum: derelinquetur terra quā tu
detestaris a facie duorum regum su-
orum. Adducet dominus super te et
sup̄ ꝓplm tuū. ⁊ sup̄ domum patris tui
dies: qui non venerūt a diebꝫ separati-
onis effraim a iuda cum rege assyriorꝫ.
Et in die illa sibilabit dominꝰ musce
que est in extremo fluminū egipti et a-
pi que est in terra assur: ⁊ venient ⁊ re-
quiescent omēs in torrentibꝫ vallium
et in cauernis petrarꝫ ⁊ in omnibꝫ fru-
tectis et in uniuersis foraminibꝫ. In
die illa radet dominus in nouacula
conducta in hijs qui trans flumē sūt
in rege assyriorꝫ caput ⁊ pilos pedū: ⁊
barbam uniuersam. Et erit in die illa
nutriet homo vaccam boum et duas
oues: et p̄ ubertate lactis comedet bu-
tirꝫ. Butirū enim ⁊ mel māducabit o-
mnis homo q̄ relictꝰ fuerit ī medio ter-
re. Et erit ī die illa omīs locus ubi fue-
rint mille vites. mille argenteis: ⁊ in
spinas ⁊ in vepres erūt. Cum sagittis
⁊ arcu ingredientur illuc vepres enī ⁊ spi-
ne erūt ī uniūsa terra. Et omēs mon-
tes q̄ ī sarculo sarientur. nō veniet illuc

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0100
powered by DWork • Heidelberg University Library

terror spinarꝫ ⁊ vepriū: ⁊ erit in pascuā
bouis ⁊ in cōculcatōnē pecoris. viij
Et dixit dn̄s ad me. Sume tibi li-
brum grādē: et scribe in eo stilo
hoīs: velocit̄ spolia detrahe· cito pre-
dare. Et adhibui michi testes fideles:
vriam sacerdotem· ⁊ zachariam filiū
barachie. Et accessi ad ꝓphetissam: et
cōcepit ⁊ peperit filiū. Et dixit domin⁹
ad me. Voca nomē eius· accelera spo-
lia detrahere· festina p̄dari: quia ante-
quā sciat puer vocare patrē suū ⁊ ma-
trem suā: aufertur fortitudo damasci
et spolia samarie corā rege assyriorū.
Et adiecit dn̄s loqui ad me adhuc
dicens. Pro eo q̄ abiecit ꝑplus iste a-
quas syloe que vadūt cum silentio· ⁊
assumpsit magis rasin ⁊ filium rome-
lie: ꝓpter hoc ecce adducet dominus
sup̄ eos aquas fluminis fortes ⁊ mul-
tas: regem assyrioꝝ et omnē gloriam
eius. Et ascendet sup̄ omnes riuos e-
ius· et fluet sup̄ vniuersas ripas eius:
et ibit per iudam īundans: ⁊ trāsiens
usq̄ ad collū veniet. Et erit extensio a-
larum eius implēs latitudinem terre
tue o emmanuel. Congregamini ꝑpli
et vincimini: ⁊ audite vniuerse ꝓcul ter-
re. Confortamini et vincimini: accin-
gite vos ⁊ vincimini: inite consiliū et
dissipabitur: loquimini verbū et non
fiet: quia nobiscū deus. Hec enim ait
dn̄s ad me. Sicut in forti manu eru-
diuit me: ne irem in via ꝑpli huius di-
cens. Non dicatis coniuratō. Om̄ia
enim que loquitur ꝑplo iste cōiuratō
est. Et timorē eius ne timeatis: neq̄
paueatis. Dominū exercituū ip̄m san-
ctificate: ⁊ ip̄e pauor vester et ip̄e terror
vester: et erit vobis in sanctificationē:
in lapidē aūt offensionis ⁊ in petram
scandali duabus domibus israhel:
in laqueum et in ruinā habitantibus
iherusalē. Et offendēt ex eis plurimi:
et cadent et conterent̄: et irretientur et
capient̄. Liga testimoniū signa legē
in discipulis meis: ⁊ expectabo dn̄m
qui abscōdit faciē suā a domo iacob:
et prestolabor eum. Ecce ego et pueri
mei: quos dedit michi dn̄s ī signū et ī
portentū israhel: a dn̄o exercituū qui
habitat in monte syon. Et cū dixerint
ad vos querite a phitonibus et a di-
uinis qui strident in incantationibꝫ
suis: nūquid nō ꝑplus a deo suo requi-
ret visionē ꝓ viuis ac mortuis? Ad
legē magis et ad testimoniū. Quod
si non dixerint iuxta verbū hoc: non
erit eis matutina lux. Et transibit per
eam ⁊ corruet et esuriet: et cū esurierit
irascet̄: et maledicet regi suo et dn̄o su-
o. Et suspiciet sursū ⁊ ad terrā intuebi-
tur: ⁊ ecce tribulatō ⁊ tenebre ⁊ dissolu-
tio et āgustia et caligo ꝑsequēs et nō
poterit auolare de āgustia sua. ix
Primo tempore alleuiata est t̄ra
zabulon ⁊ t̄ra neptalim: et no-
uissimo aggrauata ē via maris trās
iordanen galilee gentiū ꝑplus q̄ ābu-
labat ī tenebris vidit lucem magnā:
habitantibus in regione vmbre mor-
tis· lux orta est eis. Multiplicasti gen-
tem: non magnificasti leticiam. Leta-
bunt̄ coram te sicut qui letantur in
messe: sicut exultant victores capta
preda quando diuidūt spolia. Iugū
enim oneris eius· et virgam humeri
eius et sceptrū exactoris eius superasti:
sicut in die madyan. Quia om̄is vio-
lenta p̄datio cum tumultu ⁊ vestimen-
tum mixtum sanguine erit in combu-
stionem: et cibus ignis. Paruulus e-
nim natus est nobis: filius datus est
nobis. Et factus est principatus sup̄



Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0101
powered by DWork • Heidelberg University Library

humerū eius: et vocabitur nomē ei⁹ āmirabilis consiliarius deus fortis pater futuri seculi: princeps pacis. ℣Multiplicabitur eius imperiū et pacis nō erit finis: sup soliū dauid et super regnum eius: ut cōfirmet illud et corroboret in iudicio et iustitia amodo et usq; ī sempiternū. Zelus dñi exercituum faciet hoc. Verbū misit dominus in iacob: et cecidit in israhel. Et sciet omnis pplus ephraim et habitantes samariam in superbia ⁊ magnitudine cordis dicentes. Lateres ceciderūt sed ḡdri⁹ lapidibz edificabim⁹ sicomoros succiderunt: sed cedros immutabim⁹. Et eleuabit dñs hostes rasin sup eū ⁊ inimicos ei⁹ in tumultū vexet: syriam ab oriente et philistijm ab occidente: et deuorabunt israhel toto ore. In omnibz hijs nō est auersus furor eius: sed adhuc manus ei⁹ extenta. Et pplus nō est reuersus ad percutientem se: ⁊ dominū exercituū nō inquisierūt. Et disperdet dñs ab israhel caput ⁊ caudā: incuruātem et deprauantem die una. Longeu⁹ et honorabilis ipe ē caput: et pphera docens mendaciū ipe ē cauda. Et erūt qui beatificant pplm istū seducentes: et qui beatificant ē p̄cipitati. Propter hoc sup adolescentulis ei⁹ non letabitur dñs: et pupillos eius et viduas nō miserebitur. Quia omnis ypocrita ē et nequā: et uniuersum os locutū est stulticiā. In omnibus hijs non est auersus furor eius: sed adhuc manus eius extenta. Succensa est enī ignis impietas: uepre ⁊ spinā vorabit. Et succendetur ī densitate salt⁹: et conuoluetur ī superbia fumi. In ira dominī exercituū cōturbata est terra: ⁊ erit pplus quasi escra ignis. Vir fratri suo nō parcet: et declinabit ad dextrā et esuriet: et comedet ad sinistram et nō saturabit. Vnusquisq; carnē brachij sui vorabit: manasse ephraim ⁊ ephraim manassen: et simul ipi cōtra iudam. In oībz hijs nō ē auersus furor ei⁹: sed adhuc manus ei⁹ extenta. ℣

Ve qui condūt leges iniquas et scribentes iniustitiam scripserūt: ut opprimerēt ī iudicio pauperes ⁊ vim facerent causis humiliū pplī mei: ut essent vidue preda eor⁊ et pupillos diriperent. Quid facietis in die visitatōis et calamitatis delōge venientis? Ad cui⁹ cōfugietis auxiliū et ubi derelinquetis gloriā vestrā: ne incuruemini sub vinculo et cū interfectis cadatis? Super oībz hijs nō ē auersus furor ei⁹: sed adhuc manus eius extenta. Ve assur. Virga furoris mei ⁊ baculus ipse est: in manu ei⁹ indignatio mea. Ad gentem fallacem mittam eū et contra pplm furoris mei mādabo illi: ut auferat spolia ⁊ diripiat p̄dam: ⁊ ponat illum in cōculcatiōnē quasi lutū platearū. Ipe autē nō sic arbitrabitur et cor eius non ita estimabit: sed ad conterendū erit cor eius: ⁊ ad interficiendā nō gentiū nō paucas. Dicet enī. Numqd non principes mei simul reges sunt? Nūquid nō ut charchamis sic calano: et ut arphath sic emath? Numqd nō ut damasc⁹ sic samaria? Quomō inuenit manus mea regna ydoli: sic et simulacra eor⁊ de ihrusalem ⁊ de samaria. Numquid nō sicut feci samarie et ydolis ei⁹: sic faciā ihrusalē ⁊ simulacris eius? Et erit cū impleuerit dominus cūcta opera sua in monte syon et in ihrusalē: visitabo sup fructum magnifici cordis regis assur: et sup gloriā altitudinis oculoz ei⁹. Dixit enim. In fortitudine manus mee feci:

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0102
powered by DWork • Heidelberg University Library

et in sapientia mea intellexi. Et abstu-
li terminos ꝓplorū. ⁊ principes eoꝝ de-
predatus sum: et detraxi quasi potens
in sublimi residentes. Et inuenit q̄si
nidū manus mea fortitudinē ꝓplorū:
et sicut colliguntur oua que derelicta
sunt. sic uniuersam terrā ego cōgrega-
ui: ⁊ non fuit qui moueret pennā et a-
periret os ⁊ gāniret. Nūquid gloria-
bitur securis cōtra eum qui secat ī ea:
aut exaltabitur serra contra eū a quo
trahitur? Quomodo si eleuetur virga
contra eleuantē se: et exaltetur baculus
qui utiq; lignū est. Propter hoc mit-
tet dominator dn̄s exercituū ī pingui-
bus eius tenuitatem. ⁊ subtus gloria
eius succensa ardebit q̄si combustio
ignis: et erit lumē israhel ī igne ⁊ san-
ctus eius in flāma: et succendetur et
deuorabitur spina eiꝰ et vepres in die
una: et gloria saltus eius et carmeli
eius ab anima usq; ad carnem consu-
metur. Et erit terrore ꝓfugus: ⁊ reliq̄e
ligni saltus eius pre paucitate nume-
rabūtur: ⁊ puer scribet eos. Et erit in
die illa non adiciet residuū isrl̄. ⁊ hij
qui fugerint de domo iacob inniti su-
per eo qui ꝑcutit eos: sed innitetur sup
dominū sanctū israhel. In veritate re-
liquie cōuertent̄: reliquie inquā iacob
ad deum fortem. Si enim fuerit ꝓpl̄s
tuus israhel quasi harena maris: re-
liquie conuertent̄ ex eo. Cōsummatō
abbreuiata inundabit iusticiā. Con-
summationē enī et abbreuiationē do-
minus deus exercituū faciet ī medio
om̄is terre. Propter hoc hec dicit dn̄s
deus exercituum. Noli timere populus
meus habitator syon ab assur. In vir-
ga enī ꝑcutiet te. ⁊ baculū suū leuabit
sup te in via egipti. Adhuc enī paulu-
lum modicūq; : et consummabitur
indignatio. et furor meus sup scelus
eoꝝ. Et suscitabit sup eum dn̄s exerci-
tuū flagellū iuxta plagā madyan in
petra oreb: et virgā suā sup mare: et le-
uabit eā in via egipti. Et erit ī die illa
auferetur onus eius de humero tuo:
et iugum eius de collo tuo: et compu-
trescet iugum a facie olei. Veniet in a-
ioth. transibit in magron: apud ma-
gmas cōmendabit vasa sua. Transi-
erūt cursim: gabee sedes nostre. Ob-
stupuit rama: gabaath saulis fugit.
Hynni voce tua filia gallim: attende
laysa paupcula anatoth. Migrauit
medemena: habitatores gabin cōforta-
mini. Adhuc dies: ut in nob stetur.
Agitabit manū suā sup mōtem filie
syon. et collē iherusalē. Ecce enī domi-
nator dn̄s exercituū cōfringet lagun-
culā ī terrore: et excelsi statura succiden-
tur et sublimes humiliabuntur. Et
subuertentur cōdensa saltus ferro: et
libanus cum excelsis cadet. Xi

Et egredietur virga de radice ies-
se. et flos de radice eiꝰ ascendet:
et requiescet sup eū spiritus dn̄i. spiri-
tus sapientie et intellectus. spiritꝰ con-
silij et fortitudinis. spiritus scientie et
pietatis: ⁊ replebit eū spiritꝰ timoris
dn̄i. Non scd̄m visionē oculoꝝ iudi-
cabit. neq; scd̄m auditū auriū arguet.
Sed iudicabit in iusticia pauperes: ⁊
arguet in equitate pro mānsuetis terre.
Et ꝑcutiet terrā virga om̄is oris sui:
⁊ spiritu labioꝝ suoꝝ interficiet impiū.
Et erit iusticia cingulū lūboꝝ eius: ⁊ fi-
des cinctoꝝ renum eius. Habitabit lu-
pus cū agno: et pardus cum hedo ac-
cubabit. Vitulus et leo et ouis simul
morabunt̄: et puer parvulus mina-
bit eos. Vitulꝰ ⁊ vrsus pascent̄ simul:
requiescent catuli eoꝝ. Leo quasi bos



Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0103
powered by DWork • Heidelberg University Library

comedet paleas: et delectabitur infans
ab vbere sup foramina aspidis: et i ca-
uerna reguli qui ablactat⁹ fuerit ma-
num suā mittet. Non nocebūt et nō
occident i vniuerso mōte sancto meo:
quia repleta est terra scientia domini:
sicut aque maris operientis. In die il-
la radix iesse qui stat in signū ꝓplorū
ipm gentes deprecabūtur: et erit sep-
crum eius gloriosum. Et erit in die il-
la. adiciet dn̄s manū suā ad possiden-
dum residuū ꝓpli sui. qd̄ relinquet ab
assyrijs ⁊ ab egipto et ab aphetros et
ab ethiopia. et ab elam et a sennaar
et ab emath ⁊ ab insulis maris. Et le-
uabit signū i nationes: ⁊ cōgregabit
profugos israhel. Et dispsos iuda col-
liget a quatuor plagis terre: et aufere-
tur zelus ephraim: et hostes iuda pe-
ribunt. Ephraim nō emulabitur iu-
dam: et iudas nō pugnabit contra
ephraim. Et volabūt i humeros phi-
listijm ꝑ mare: simul p̄dabuntur fili-
os orientis. Ydumea ⁊ moab p̄ceptū
manus eoꝝ: et filij amon obedientes
erunt. Et desolabit dn̄s linguam ma-
ris egipti: ⁊ eleuabit manum suā su-
per flumen in fortitudine spiritus sui:
et percutiet eum in septem riuis. ita ut
transeant per eum calciati. Et erit via
residuo populo meo qui relinquetur
ab assyrijs: sicut fuit israheli in die
qua ascendit de terra egipti. xij

Et dices in die illa. Confitebor ti-
bi dn̄e quoniā iratus es michi:
cōuersus est furor tuus: et cōsolatus
es me. Ecce deus saluator meus: fidu-
cialiter agam et non timebo. Quia
fortitudo mea ⁊ laus mea dn̄s: et fa-
ctus est michi in salutem. Hauriet is
aquas in gaudio de fontibus salua-
toris: et dicetis in illa die confitemini
domino: et inuocate nomē eius. No-
tas facite in ꝓplis adinuentiones ei⁹:
mementote qm̄ excelsum est nomē ei⁹.
Cantate dn̄o qm̄ magnifice fecit: an-
nunciate hoc i vniūsa terra. Exulta et
lauda habitatio syon: quia magnus
in medio tui sanctus israhel. xiij

Onus babilonis: qd̄ vidit ysaias
filius amos. Super mōtem ca-
liginosū leuate signū: exaltate vocē.
leuate manū: et ingrediantur portas
duces. Ego mādaui sanctificatis me-
is. et vocaui fortes meos i ira mea. ex-
ultantes in gloria mea. Vox multi-
tudinis in mōtibus quasi populorū
frequētiū: vox sonitus regum gentiū
cōgregataꝝ. Domin⁹ exercituū p̄cepit
militie belli: venientibus de terra ꝓcul.
A summitate celi dn̄s et vasa furoris
eius: ut disperdat omnē terrā. Vlula-
te quia ꝓpe ē dies dn̄i: quia vastitas a
dn̄o veniet. Propter hoc omnes ma-
nus dissoluentur: et omne cor homi-
nis tabescet ⁊ conteretur. Torsiones et
dolores tenebūt quasi parturiens do-
lebūt. Vnusquisq; ad ꝓximū suū stu-
pebit: facies combuste vult⁹ eoꝝ. Ecce
dies domini venit crudelis et indigna-
tionis plenus et ire furorisq; ad po-
nendam terrā i solitudinē ⁊ peccatores
eius conterendos de ea: quoniā stelle
celi et splendor eaꝝ non expandent lu-
men suū. Obtenebratus est sol in ortu
suo: et luna non splendebit i lumine
suo. Et visitabo sup orbis mala: et
contra impios iniquitatem eoꝝ. Et
quiescere faciā supbiā infideliū: et ar-
rogātiā fortiū humiliabo. Preciosior
erit vir auro: et homo mūdo obrizo.
Sup hoc celū turbabo. et mouebitur
terra de loco suo: ꝓpter indignationē
domini exercituū. et ꝓpter diē ire furoris

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0104
powered by DWork • Heidelberg University Library

eius. Et erit quasi dāmula fugiens et
quasi auis: et non erit qui congreget.
Vnusquisq; ad ꝓplm suū cōuertetur:
et singuli ad terrā suam fugiēt. Omīs
q̄ inuent⁹ fuerit occidet: et omīs q̄ su-
peruenerit cadet in gladio. Infantes e-
orum allidētur ī oculis eoꝝ: diripien-
tur domus eoꝝ: et vxores eoꝝ viola-
buntur. Ecce ego suscitabo super eos
medos. qui argentū non querāt nec
auꝝ velint: sed sagittis paruulos in-
terficiāt. ⁊ lactantibus vteris non mi-
sereantur: et sup filios non parcat o-
culus eoꝝ. Et erit babilon illa ciuitas
gloriosa in regnis. inclita in supbia
chaldeoꝝ: sicut subuertit dn̄s sodomā
et gomorrā. Nō habitabit usq; ī finē:
et non fundabitur usq; ad generati-
onem et generationem. Nec ponet
ibi tentoria arabs. nec pastores requi-
escent ibi: sed requiescent ibi bestie: ⁊ re-
plebūtur domus eoꝝ draconibus. Et
habitabūt ibi strucionēs ⁊ pilosi salta-
būt ibi: et respōdebūt ibi vlule ī edibꝫ
ei⁹: ⁊ sirene ī delubris voluptatis. xiiij

Prope est ut veniat tempus eius:
et dies ei⁹ nō elongabūtur. Mi-
serebit enī dn̄s iacob et eliget adhuc
de israhel: ⁊ requiescere eos faciet sup
humū suā. Adiūget aduena ad eos:
et adherebit domui iacob. Et tenebūt
eos ꝓpli: et adducent eos ī locū suum.
Et possidebit eos domus israhel sup
terrā dn̄i in seruos et ācillas: et erunt
capientes eos qui se ceperāt: et subici-
ent exactores suos. Et erit in die illa
cum requiē dederit tibi deus de labore
tuo. et a cōcussione tua. et a seruitute
dura qua ante seruisti: sumes parabo-
lam istam cōtra regem babilonis ⁊ di-
ces. Quomō cessauit exactor: quieuit
tributū? Cōtriuit dn̄s baculū impioꝝ.
virgam dominantiū cedentem ꝓplos
indignatione. plaga insanabili: sub-
icientem in furore gentes: ꝑsequentem
crudeliter. Conquieuit et siluit omnis
terra: gauisa est et exultauit: abietes q̄ꝫ
letate sūt sup te. ⁊ cedri libani. Ex quo
dormisti nō ascendet q̄ succidat nos
Infernus subter te conturbatus est: in
occursum aduent⁹ tui suscitauit tibi
gigantes omīes principes terre. Sur-
rexerūt de solijs suis omnes principes
nationū: vniuersi respondebūt ⁊ dicēt
tibi. Et tu vulneratus es sicut et nos:
nostri similis effectus es. Detracta est
ad inferos supbia tua: concidit cada-
uer tuū. Subter te sternetur tinea. ⁊ o-
perimentū tuū erūt vermes. Quomō
cecidisti de celo lucifer qui mane orie-
baris? Corruisti in terram qui vulne-
rabas gentes: qui dicebas in corde tuo.
In celum cōscendā. sup astra dei exal-
tabo soliū meū: sedebo in monte testa-
menti. in lateribꝫ aquilonis: ascendā
sup altitudinē nubiū. similis ero altis-
simo. Verūtamē ad infernū detraheris.
in ꝓfundū laci. Qui te viderint ad te
inclinabūtur: teq; ꝓspicient. Nunq̄d
iste est vir qui conturbauit terram. qui
concussit regna: qui posuit orbem de-
sertum. ⁊ vrbes eius destruxit? Vinctis
ei⁹ nō aperuit carcerem. Omīes reges
gentiū vniuersi dormierūt in gloria
vir in domo sua. tu aūt ꝓiectus es de
sepulcro tuo quasi stirps inutilis: pol-
lutus et obuolutus. cum hijs qui in-
terfecti sunt gladio: et descenderunt
usq; ad fundamēta laci. Quasi cada-
uer putridū nō habebis cōsortiū neq;
cum eis in sepultura. Tu enim terram
disꝑdidisti: tu ꝓplm occidisti. Nō vo-
cabitur ineternū semen pessimorum.
Preparate filios eius occisioni: in

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0105
powered by DWork • Heidelberg University Library

iniquitate patrū eoꝝ. Nō cōsurgent:
nec hereditabūt terrā neq; implebūt
faciem orbis ciuitatū. Et consurgam
sup eos dicit dominus exercituum: et
ꝑdam babilonis nomē et reliquias·
et germen et ꝓgeniem dicit dominus.
Et ponā eos in possessionē ericij·ꝛ in
paludes aquaꝝ: et scopabo eam ī sco-
pa terens dicit dn̄s exercituū. Iurauit
dn̄s exercituū dicens. Si non ut puta-
ui ita erit· et quomō mente tractaui
sic euenier: ut conterā assirium in terra
mea· et in mōtibꝫ meis conculcē eum:
et auferetur ab eis iugum eius: et onꝰ
illius ab humero eorū tolletur. Hoc
consiliū qd̄ cogitaui sup omnē terrā:
et hec est manus extenta super uniuer-
sas gentes. Dn̄s exercituū decreuit: et
quis poterit infirmare? Et manus
eius extenta: et quis auertit eam? In
anno quo mortuus est rex achas fa-
ctum est onus istud. Ne leteris phili-
stea om̄is tu: quoniā comminuta est
virga ꝑcussoris tui. De radice enim
colubri egredietur regulus: et semen e-
ius absorbens volucrem. Et pascent̄
primogenita pauperū· et pauperes fi-
ducialiter requiescent: et interire faciā
infame radicem tuam: et reliquias
tuas interficiam. Vlula porta· clama
ciuitas: ꝓstrata est philistea omnis.
Ab aquilone enim fumus veniet: et
non est qui effugiat agmen eius. Et
quid respondebitur nuncijs gentis?
Quia dominus fundauit syon: et in
ip̄a sperabūt pauperes ꝓpli eiꝰ. xv

Onus moab. Quia nocte vasta-
ta est ar· moab conticuit: quia
nocte vastatus est murus· moab con-
ticuit. Ascendit domus dybon· ad ex-
cessa in planctū: sup nabo·ꝛ sup meda-
ba· moab vlulabit. In cūctis capitibꝫ
eius caluiciū: om̄is barba radetur. In
triuijs eiꝰ accincti sūt sacco: sup tecta e-
ius et ī plateis eiꝰ om̄is vlulatꝰ descen-
det in fletum. Clamauit esebon· et ele-
ale: usq; iasa audita est vox eoꝝ. Su-
per hoc expediti moab vlulabūt: ani-
ma eiꝰ vlulabit sibi. Cor meū ad mo-
ab clamabit: vectes eius ad segor vitu-
lam cōsternātem. Per ascensum enim
luith flens ascendet: ꝛ ī via oronaym
clamorē contritionis leuabūt. Aque
enim nemrim deserte erūt: quia aruit
herba· defecit germē: viror omnis inte-
rijt. Secundū magnitudinē operis·ꝛ
visitatio eoꝝ. Ad torrentē salicum du-
cent eos: quoniā circuibit clamor ter-
minū moab. Vsq; ad gallim vlula-
tus eiꝰ· et usq; ad puteū helim clamor
eiꝰ: q̄a aque dybon replete sūt sangui-
ne. Ponam enim super dybon ad-
ditamenta hijs qui fugerint de mo-
ab leonem: et reliquijs terre. xvi

Emitte agnum dominatorē terre:
de petra deserti ad montē filie sy-
on. Et erit sicut auis fugiens· et pulli
de nido auolātes: sic erunt filie moab
in transcensu arnon. Ini consiliū· co-
ge cōciliū: pone q̄si nocte umbrā tuā
ī meridie. Abscōde fugientes: et vagos
ne prodas. Habitabūt apud te ꝓfugi
mei. Moab esto latibulum eoꝝ a facie
vastatoris. Finitus est enim puluis:
cōsummatus est miser: defecit qui con-
culcabat terram. Et ꝑparabitur ī mise-
ricordia soliū: ꝛ sedebit sup eum in ve-
ritate in tabernaculo dauid: iudicans
et querens iudiciū· et velociter reddens
qd̄ iustum est. Audiuimꝰ supbiā mo-
ab: supbus est valde. Supbia eius et
arrogantia eius et indignatio eius·
plusq̄ fortitudo eiꝰ. Idcirco vlulabit
moab: et moab uniuersus vlulabit.

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0106
powered by DWork • Heidelberg University Library

Ihis qui lectatur sup muro rocti laterib⁹
loquimini plagas suas: qñ suburbana eseboñ deserta sunt. Et vinea sabama·domini genciū exciderunt. Flagella eius usq; ad iazer quenerūt·errauerūt in deserto: pagines eius relicte sunt·trāslierūt mare. Sup hoc plorabo īfletu iazer vineā·sabama. Inebriabo te lacrima mea eseboñ et eleale: qñ super vindemiam tuā et sup messem tuam vox clamantiū irruit. Et auferetur letitia ⁊ exultatio de carmelo: ⁊ in vineis nō exultabit neq; iubilabit. Vinū in torcularī nō calcabit qui calcare consueuerat: vocē calcāciū abstuli. Sup hoc venter meus ad moab quasi cithara sonabit: et viscera mea ad murū rocti laterīs. Et erit cū apparuerit qđ laborauit moab super excelsis suis·ingrediet̄ ad sancta sua ut obsecret: et nō valebit. Hoc verbū quod locutus est dñs ad moab extūc: ⁊ nūc locutus est dicens. In trib⁹ ānis quasi ānni mercēnarij·auferet gloria moab sup omnē populū multū: et relinquet̄ in eo sicut racemus parvus et modicus·nequaquā mlt⁹.

xvij

Onus damasci. Ecce damascus deliner esse ciuitas: et erit sicut acervus lapidū in ruina. Derelicte ciuitates aroer gregib⁹ erūt: et requiescent ibi·et non erit qui exterreat. Et cessabit adiutoriū ab ephraim·et regnū a damasco: et reliquie syrie sicut gloria filiorū isrl erūt·dicit dñs exercituū. Et erit in die illa attenuabit gloria iacob·et pingues carnes ei⁹ macrescent: et erit sicut cōgregās in messe qđ restituerit: et brachiū eius spicas leget. Et erit sicut quercus spicas in valle raphaim: ⁊ relinquet̄ in eo sicut racemus: et sicut excussio olee·duarū uel triū olīuarū in summitate·ramī·sue ꝯtuor aut quīnq;. In ramunculis eius fructus eius: dicit dñs deus isrl. In die illa inclinabitur homo ad factorem suū·et oculi eius ad sanctū isrl respicient: et nō inclinabitur ad altaria que fecerūt manus eius·⁊ que operati sunt digiti ei⁹: nō respicient lucos et delubra. In die illa erūt ciuitates fortitudinis ei⁹ derelicte·sicut aratra et segetes que derelicte sunt a facie filiorū israhel: et eris deserta·quia oblita es dei saluatoris tui: ⁊ fortis adiutoris tui non es recordata. Propterea plantabis plantationem īfidelem: et germē alienū seminabis. In die plantationis tue labrusca: et mane semē tuum florebit. Ablata est messis in die hereditatis: et dolebit grauiter. Ve multitudo populorū multorum ut multitudo maris sonantis: et tumultus urbaz sicut sonitus aquaz multaz. Sonabūt pp̄ sicut sonitus aquaz mundantiū: et increpabit eū et fugiet procul: et rapietur sicut pulvis montiū a facie uenti: et sicut turbo coram tempestate. In tempore vespere·et ecce turbatio: in matutino·et non subsistet. Hec est pars eoz q̄ vastauerunt nos: ⁊ sors diripientiū nos.

xviij

Ve terre cymbalo alaz que ē trans flumina ethiopie: que mittit in mari legatos: et in vasis papiri sup aquas. Ite āgeli veloces ad gentem conuulsam ⁊ dilaceratā: ad pp̄m terribilem post quē non est alius·gentem expectantem et cōculcatā: cui⁹ diripuerunt flumina terram eius. Omnes habitatores orbis ⁊ morammini in terra·cum eleuatū fuerit signū in montibus videbitis: et clāgorem tube audietis: qđ hec dicit dñs ad me. Quiescam et cōsiderabo īloco meo: sicut meridiana

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0107
powered by DWork • Heidelberg University Library

lux clara erit: & sicut nubes roris in die messis. Ante messem enim totus efflorebit & immatura pfectio germinabit: et pcidentur ramusculi eius falcibus. et que derelicta fuerint abscindentur. exurentur. et relinquentur simul auibus montium et bestijs terre: et estate perpetua erunt sup eum volucres. et omnes bestie terre sup illū hiemabūt. In tempore illo deferetur munus dño exercituū a pplo diuulso & dilacerato: a pplo terribili post quē nō fuit alius: a gente expectāte. expectāte & conculcata: cuius diripuerūt flumina terrā eius: ad locū nois dñi exercituū montē syon. XIX

Onus egipti. Ecce dñs ascendet super nubem leuem et ingredietur egiptū: et cōmouebunt simulacra egipti a facie eius: et cor egipti tabescet in medio eius. Et concurrere faciā egiptios aduersus egiptios: et pugnabit vir cōtra fratrē suū. et vir cōtra amicū suū: ciuitas aduersus ciuitatē. regnū aduersus regnū: et dirūpetur spiritus egipti in visceribus eius. et consiliū eius pcipitabo: et interrogabūt simulacra sua. et diuinos suos. & phitones. et ariolos: et tradam egiptum in manu dnoz crudeliū: et rex fortis dominabit eoz. ait dñs exercituū. Et arescet aqua de mari et fluuius desolabit atq; siccabit: et deficient flumina: attenuabunt et siccabūtur riui aggerum. Calamus et iuncus marcescet: nudabit alueus riui a fonte suo. Et omnis sementis irrigua siccabit: arescet et non erit. Et merebūt piscatores: et lugebūt omnes mittentes in flumen hamū: & expandentes rete sup facies aque marcescent. Confundent qui operabant linū: pectentes & texentes subtilia. Et erunt insigna eius flaccentia: omnes qui faciebant lacunas ad capiendos pisces. Stulti principes thaneos: sapientes consiliarij pharao dederūt consiliū insipiens. Quomodo dicetis pharaoni filij sapientiū ego: filius regum antiquoz? Vbi nūc sunt sapientes tui? Annūcient tibi et indicent quid cogitauerit dñs exercituū super egiptum. Stulti facti sunt principes thaneos. emarcuerunt principes memphios: deceperūt egiptum. angulum pploz eius. Dominus miscuit in medio eius spiritū vertiginis: & errare fecerūt egiptū in omni opere suo: sicut erret ebrius & vomens. Et nō erit egipto opus qđ faciat: caput & caudam incuruātem & refrenātem. In die illa erit egiptus quasi mulieres: & stupebūt et timebūt a facie cōmotionis manus dñi exercituū. quā ipse mouebit super eam: & erit terra iuda egipto in festiuitatem. Omnis qui illius fuerit recordatus. pauebit a facie cōsilij dñi exercituū: qđ ipe cogitauit sup eam. In die illa erunt quinq; ciuitates in terra egipti loquentes lingua chanaan: et iurantes p dñm exercituū. Ciuitas solis vocabit vna. In die illa erit altare domino in medio egipti: et titulus iuxta terminū eius dñi: et erit in signū et in testimoniū dñi exercituū in terra egipti. Clamabūt enim ad dñm a facie tribulātis: & mittet eis saluatorem et pugnatorē qui liberet eos. Et cognoscet dñs ab egipto. & cognoscent egipti dominū in die illa: & colent eum in hostijs & in muneribus: & vota vouebūt dño & soluēt. Et percutiet dominus egiptum plaga & sanabit eā: & reuertent ad dñm & placabitur eis: & sanabit eos. In die illa erit via de egipto in assirios: & intrabit assirius egiptum. et

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0108
powered by DWork • Heidelberg University Library

egiptius in assirios: ⁊ seruient egiptij assirijs. In die illa erit israhel tercius egiptio et assirio benedictio in medio terre: cui benedixit dominus exercituū dicēs. Benedictus ꝓplus meꝰ egipti: et opus manuum mearū assirijs: hereditas autem mea israhel. xx

In anno quo ingressus est thartan ī azotum · cum misisset eū sargon rex assirioꝝ et pugnasset contra azotum et cepisset eam: in tempore illo locutus est dn̄s in manu ysaie filij amos dicens. Vade et solue saccū de lūbis tuis: et calciamēta tua de pedibus tuis. Et fecit sic: vadēs nudꝰ ⁊ discalciatꝰ. Et dixit dn̄s. Sicut ābulauit seruus meus ysaias nudus ⁊ discalciatus · triū ānoꝝ signū et portentū erit super egiptum et sup ethiopiā: sic minabit rex assirioꝝ captiuitatē egipti · et transmigrationē ethiopie · iuuenē et senem · nudam ⁊ discalciatā discooptis natibus ignominiam egipti. Et timebūt et confundentur ab ethiopia spe sua: et ab egipto gloria sua. Et dicet habitator insule huius in die illa. Hecce erat spes nostra · ad quos cōfugimus in auxilium: ut liberaret nos a facie regis assiriorum? Et quomodo effugere poterimus nos? xxi

Onus deserti maris. Sicut turbines ab affrico veniūt · de deserto venit: de terra horribili visio dura nūciata ē michi. Qui incredulꝰ ē · infideliter agit: et q̄ depopulator ē vastat. Ascende elam et obside mede: omnē gemitū eius cessare feci. Propterea repleti sunt lūbi mei dolore: angustia possedit me · sicut āgustia parturientis. Cortui cū audirem: cōturbatus sum cum viderē. Emarcuit cor meū: tenebre stupefecerūt me. Babilon dilecta mea · posita est michi ī umbraculū. Pone mensam: cōtemplare ī specula. Comedentes et bibentes · surgite principes · arripite clipeū: hec enim dixit michi dominus. Vade et pone speculatorē: et q̄dcunq; viderit ānunciet. Et vidit currū duoꝝ equitum · ascensorē asini et ascensorē cameli: et contemplatus est diligenter multo intuitu. Et clamauit leo. Sup speculā dn̄i ego sum stans iugiter ꝑ diē: ⁊ sup custodiā meā ego sum stans totis noctibus. Ecce iste venit ascensor vir bige equitū. Et respondit et dixit. Cecidit cecidit babilon: et omnia sculptilia deoꝝ eius contrita sunt in terrā. Tritura mea ⁊ filia aree mee: q̄ audiui a dn̄o exercituū deo israhel ānunciaui vobis. Onus duma. Ad me clamat ex seir. Custos quid de nocte: custos quid de nocte? Dixit custos. Venit mane et nox. Si queritis querite: conuertimini · venite. Onus ī arabia. In saltu ad vesperā dormietis: in semitis dodanim. Occurrentes sicienti ferre aquā: qui habitatis terrā austri · cū panibꝫ occurrite fugiēti. A facie enī gladioꝝ fugerūt · a facie gladij imminentis: a facie arcus extenti · a facie grauis ꝑlij: qm̄ hec dicit dn̄s ad me. Adhuc in uno āno quasi in āno mercennarij · ⁊ auferetur om̄is gloria cedar: ⁊ reliquie numeri sagittarioꝝ fortiū de filijs cedar imminuentur. Dominus enī deus israhel locutus est. xxii

Onus vallis visionis. Quid nā tibi quoq; est quia ascendisti? Et tu om̄is intecta clamoris plena: vrbs frequēs · ciuitas exultās. Interfecti tui non interfecti gladio: nec mortui tui mortui in bello. Cuncti principes tui fugerūt simul: dureq; ligati sūt. Om̄es q̄ inuenti sūt vincti sūt pariter:



Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0109
powered by DWork • Heidelberg University Library

procul fugerūt. Propterea dixi· recedite
a me: amare flebo. Nolite incumbere·
ut consolemini me sup vastitate filie
populi mei. Dies enim interfectionis
et cōculcationis· ⁊ fletuū dn̄o deo exerci-
tuū in valle visionis. Scrutās murū
et magnificus sup montem. Et elam
sumpsit pharetrā: currū hominis equi-
tis· ⁊ parietē nudabit clipeus. Et erūt
electe valles tue plene quadrigarū: et
equites ponent sedes suas in porta: ⁊
reuelabitur operimētum iude. Et vide-
bitis in die illa armamētariū domus
saltus: ⁊ scissuras ciuitatis dauid vi-
debitis: quia multiplicate sunt. Et
cōgregastis aquas piscine inferioris:
⁊ domꝰ iherusalē numerastis: et destru-
xistis domꝰ ad muniendū murū. Et
lacum fecistis inter duos muros· et a-
quam piscine veteris: ⁊ nō suspexistis
ad eum qui fecerat eam: ⁊ operatorē e-
ius de lōge non vidistis. Et vocabit
dn̄s deus exercituū in die illa ad fletū·
et ad planctū· ad caluiciū· ⁊ ad cingu-
lum sacci: et ecce gaudiū ⁊ leticia· occi-
dere vitulos· et iugulare arietes: come-
dere carnes ⁊ bibere vinū. Comedamꝰ
et bibamus: cras enim moriemur. Et
reuelata est vox in auribus meis dn̄i
exercituū. Si dimittetur iniquitas hec
vobis· donec moriamini: dicit dn̄s
deus exercituū. Hec dicit dn̄s deus ex-
ercituū. Vade ingredere ad eum qui
habitat in tabernaculo· ad sobnam
p̄positum templi: ⁊ dices ad eū. Quid
tu hic· aut q̄si q̄s hic? Quia excidisti
tibi hic sepulcrū: excidisti in excelso me-
moriā: diligēter impetra tabernaculū
tibi. Ecce dn̄s asportari te faciet· sicut
asportat̄ gallus gallinacius: et qua-
si amictum sic subleuabit te. Coronās
coronabit te tribulatione: q̄si pilam
mittet te in terrā latam et spaciosam.
Ibi morieris: ⁊ ibi erit curꝰ glorie tue
ignominia domus dn̄i tui. Expellā
te de statione tua: ⁊ de ministerio tuo
deponā te. Et erit in die illa· vocabo
seruū meū eliachim filiū helchie· et indu-
am illū tunica tua: ⁊ cīgulo tuo cōfor-
tabo eū· et potestatē tuā dabo ī manu e-
ius: ⁊ erit q̄si pater habitātibꝫ iherusalē
et domui iuda. Et dabo clauem domꝰ
dauid sup humerū eius: ⁊ aperiet ⁊ nō
erit qui claudat: ⁊ claudet et non erit q̄
aperiat. Et figam illum paxillū in lo-
co fideli: ⁊ erit in soliū glorie domui
patris sui: ⁊ suspendēt sup eum omnē
gloriā domus patris eius· vasorū di-
uersa genera: omne vas paruulum· a
vasis craterarū· usqꝫ ad om̄e vas mu-
sicorū. In die illa dicit dn̄s exercituū·
auferet̄ paxillus q̄ fixus fuerat ī loco fi-
deli: et franget̄ et cadet· ⁊ peribit qd̄ pepen-
derat ī eo: q̄a dn̄s locutꝰ est. xxiii

Onus tyri. Vlulate naues maris·
q̄a vastata ē domꝰ unde venire
cōsueuerāt: de terra cethim· reuelatum
est eis. Tacete qui habitatis in insula:
negociatō sydonis. Trāsfretātes mare
repleuerūt te in aquis multis: semen
nili fluminis fruges eiꝰ: et facta est ne-
gociatio gentiū. Erubesce sydon. Ait
enim mare et fortitudo maris dicēs.
Non parturiui ⁊ non peperi· et non e-
nutriui iuuenes: nec ad incrementū per-
duxi virgines. Cū auditū fuerit in egi-
pto: dolebunt cum audierint de tyro.
Transite maria: vlulate qui habitatis
in insula. Nūquid nō hec vr̄a est que
gloriabatur a diebus pristinis in an-
tiquitate sua? Ducent eam pedes sui
longe ad peregrinandū. Quis cogita-
uit hoc sup tyrum· quōdā coronatā?
Cuiꝰ negociatores pricipes: institores

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0110
powered by DWork • Heidelberg University Library

eius incliti terre. Dominus exercituū
cogitauit hoc·ut detraheret superbiā
omnis glorie: ⁊ ad ignominiā dedu-
ceret uniuersos inclitos terre. Transi
terrā tuā q̄si flumen filia maris: non
ē cingulū ultra tibi. Manū suā exten-
dit sup mare: cōturbauit regna. Dn̄s
mādauit aduersus chanaan·ut con-
tereret fortes ei⁹. Et dixit. Non adicies
ultra ut glorieris·calumniā sustinēs
virgo filia sydonis. In cethim cōsur-
gens transfreta: ibi quoq; non erit re-
quies tibi. Ecce terra chaldeorū talis
ꝑplus non fuit: assur fundauit eā. In
captiuitatem traduxerunt robustos
eius: suffoderūt domus eius: posue-
runt eā in ruinā. Vlulate naues ma-
ris: quia deuastata est fortitudo vr̄a.
Et erit in die illa·i obliuione eris o ty-
re septuaginta annis·sicut dies regis
unius. Post septuaginta aūt ānos·
erit tyro q̄si canticū meretricis. Sume
tibi citharā: circue ciuitatem meretrix
obliuioni tradita. Bene cane: frequen-
ta cāticum: ut memoria tui sit. Et erit
post septuaginta ānos visitabit dn̄s
tyrum·et reducet eam ad mercedes su-
as: ⁊ rursum fornicabitur cū uniūsis
regnis terre sup faciem terre: et erūt ne-
gociationes eius ⁊ mercedes eius san-
ctificate domino. Non cōdentur neq;
reponentur: quia hijs qui habitaue-
runt coram domino erit negociatio
eius: ut manducent in saturitate·et
vestiant̄ usq; ad vetustatē. xxiiij

Ecce dominus dissipabit terram ⁊
nudabit eam: ⁊ affliget faciē ei⁹:
et disꝑget habitatores ei⁹. Et erit sicut
ꝑplus sic sacerdos: et sicut seruus sic do-
min⁹ eius: et sicut ancilla sic domina
eius. Sicut emens sic ille qui vendit:
sicut fenerator sic is q̄ mutuū accipit:
sicut qui reperit·sic qui debet. Dissipa
tione dissipabitur terra: et direptione
p̄dabitur. Dn̄s enim locut⁹ est verbū
hoc. Luxit ⁊ defluxit terra et infirmata
est: defluxit orbis·et infirmata est alti-
tudo ꝑplū terre: et terra interfecta est ab
habitatoribꝫ suis: quia transgressi sūt
leges: mutauerūt ius: dissipauerunt
fedus sempiternū. Propter hoc male-
dictio vorabit terram·et peccabūt ha-
bitatores eius: ideoq; insanient culto-
res eius: et relinquent̄ homines pau-
ci. Luxit vindemia: infirmata est vitis:
ingemuerūt om̄es qui letabātur corde.
Cessauit gaudiū timpanoꝝ: quieuit
sonitus letantiū: conticuit dulcedo ci-
thare. Cum cantico nō bibent vinū:
amara erit potio bibentibus illā. At-
trita est ciuitas vanitatis: clausa est o-
mnis dom⁹ nullo introeūte. Clamor
erit sup vino in plateis: deserta ē om̄is
leticia: translatum ē gaudiū terre. Re-
licta ē in urbe solitudo: et calamitas
opprimet portas: quia hec erūt in me-
dio terre in medio ꝑplorū. Quomō si
pauce oliue que remāserūt excutiant̄
ex oleo: et racemi cum fuerit finita vin-
demia. Hij leuabūt vocem suam atq;
laudabūt: cum glorificatus fuerit do-
minus hinnient de mari. Propter hoc
in doctrinis glorificate dn̄m: in insu-
lis maris nomē dn̄i dei israhel. A fi-
nibꝫ terre laudes audiuim⁹: gloriā iu-
sti. Et dixi. Secretum meum michi: se-
cretū meū michi. Ve michi. Preuari-
cantes p̄uaricati sunt: ⁊ p̄uaricatōne
trāsgressoꝝ p̄uaricati sunt. Formido
et fouea·et laqueus sup te qui habita-
tor es terre. Et erit qui fugerit a voce
formidinis cadet in foueam: et qui se
explicauerit de fouea tenebitur laqueo
quia catharacte de excelsis apte sunt·



Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0111
powered by DWork • Heidelberg University Library

et concutientur fundamēta terre. Con-
fractione cōfringetur terra: cōtritione
conteretur terra. Commotione cōmo-
uebitur terra: agitatione agitabitur
terra sicut ebrius: ⁊ auferetur quasi ta-
bernaculū unius noctis. Et grauabit
eam iniquitas sua: et corruet et non
adiciet ut resurgat. Et erit in die illa.
visitabit dominus sup militiā celi in ex-
celso: ⁊ sup reges terre qui sunt sup ter-
ram. Et cōgregabūtur in congregati-
one unius fascis in lacum: et claudentur
ibi in carcerem: ⁊ post multos dies vi-
sitabūtur. Et erubescet luna. et cōfun-
detur sol. cū regnauerit dn̄s exercituū ī
mōte syon et in iherusalē: et ī cōspectu
senū suoꝝ fuerit glorificatus. xxv

Domine deus meus es tu ⁊ exalta-
bo te: cōfitebor nomini tuo. qm̄
fecisti mirabilia: cogitatōnes āntiquas
fideles amen. Quia posuisti ciuitatem
in tumultū. urbem fortem in ruinam:
domū alienoꝝ ut non sit ciuitas: et ī
sempiternū non edificetur. Super hoc
laudabit te ꝑplus fortis: ciuitas genti-
um robustaꝝ timebit te. Quia factus
es fortitudo pauperis: fortitudo egeno
ī tribulatione sua: spes a turbine. um-
braculū ab estu. Spiritus enim robu-
stoꝝ. quasi turbo impellens parietē:
sicut estum in siti tumultū alienoꝝ hu-
miliabis: et quasi calorem sub nube
torrente. ꝓpaginem fortiū marcescere
facies. Et faciet dn̄s exercituū om̄ibus
ꝑplis in mōte hoc. cōuiuiū pīguium:
cōuiuiū vindemie. conuiuiū pinguiū
medullatorū: vindemie defecate. Et
p̄cipitabit in monte isto faciē vinculi
colligati sup om̄es ꝑplos: et telā quā
orditus est sup om̄es nationes. p̄cipi-
tabit mortem in sempiternū. Et aufe-
ret dominus deus lacrimā ab omni
facie: et obprobriū ꝑpli sui auferet de
uniuersa terra: quia dn̄s locutus est.
Et dicet in die illa. Ecce deus noster
iste: expectabimus eum: et saluabit
nos. Iste dominus: sustinuimus e-
um. Et exultabimus et letabimur in sa-
lutari eius: quia requiescet manus
domini in monte isto: ⁊ triturabitur
moab sub eo. sicuti teruntur palee in
plaustro. Et extendet manus suas sb̄
eo. sicut extendit natans ad natandū:
et humiliabit gloriam eius cum alli-
sione manuum eius. Et munimenta
sublimium murorum tuorum conci-
dent: et humiliabuntur et detrahen-
tur ī terrā usq; ad puluerē. xxvi

In die illa cantabitur canticum istud
ī t̄ra iuda. Vrbs fortitudinis nr̄e syon:
saluator ponetur in ea murus et āte
murale. Aperite portas: et ingredi-
atur gens iusta. Custodiens verita-
tem. Vetus error abijt: seruabis pacē: pa-
cem. q̄a ī te speravimus. Speraſtis ī do-
mino in seculis eternis: in dn̄o deo
forti in perpetuum. Quia incuruabit
habitantes in excelso: ciuitatem subli-
mem humiliauit. Humiliabit eā us-
q; ad terrā. detrahet eā usq; ad pul-
uerē. Cōculcauit eā pes: pes pauperis:
gressus egenoꝝ. Semita iusti recta est:
rectus callis iusti ad ambulandū. Et
in semita iudicioꝝ tuoꝝ domine susti-
nuimus te: nomen tuum et memori-
ale tuum in desiderio anime. Anima
mea desiderauit te ī nocte: sed ⁊ spiritu
meo in p̄cordijs meis: de mane vigi-
labo ad te. Cum feceris iudicia tua in
terra: iusticiam discent habitatores
orbis. Misereamur impio. ⁊ nō discet
iusticiam? In terra sanctorū iniqua
gessit: ⁊ nō videbit gloriam domini?
Domine exaltetur manus tua et nō

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0112
powered by DWork • Heidelberg University Library

videant: videant et confundantur zelantes plm: et ignis hostes tuos devoret. Domine dabis pacem nobis: omnia enim opera nostra operatus es nobis. Domine deus noster possiderunt nos dñi absq; te: tantū in te recordemur nominis tui. Mortientes non viuāt: gigātes nō resurgāt. Propterea visitasti et cōtriuisti eos: et pdidisti omnē memoriā eoꝝ. Indulsisti genti domine: indulsisti genti: nūquid glorificatus es? Elongasti omnes terminos terre. Domine in angustia requisierunt te: in tribulatione murmuris doctrina tua eis. Sicut que cōcepit cū appropinquauerit ad partū: dolens clamat in doloribus suis: sic facti sumus. A facie tua domine concepimꝰ et quasi parturiuimꝰ: et peperimꝰ spiritum salutis: iusticiā nō fecimꝰ in terra: ideo non ceciderunt habitatores terre. Viuent mortui tui: interfecti mei resurgent. Expergiscimini et laudate qui habitatis in puluere: quia ros lucis ros tuus: et terram gigantem detrahes in ruinā. Vade plus meꝰ intra in cubicula tua: claude ostia tua super te: abscondere modicum ad momentū: donec pertranseat indignatio. Ecce enim dñs egredietur de loco suo: ut visitet iniquitatem habitatoris terre contra eum: et revelabit terra sanguinē suū: et nō operiet ultra interfectos suos. xrvm

In die illa visitabit dñs in gladio suo duro et grādi et forti: super leuiathan serpentem vectem: et super leuiathan serpentem tortuosum: et occidet draconem qui in mari est. In die illa vinea merci cantabit ei. Ego dñs qui seruo eam: repente propinabo ei: ne forte visitetur contra eam. Nocte et die seruo eam: indignatio nō est michi. Quis dabit me spinā et vepres in plio? Gradiar super eam succendā eā pariter: an potius tenebit fortitudinē meā? Faciet pacē michi: faciet pacē michi. Qui ingrediūtur impetu ad iacob florebit et germinabit israel: et implebūt faciem orbis semine. Numquid iuxta plagā percussit eum? Aut sicut occidit interfectos eius sic occisus est? In mensura cōtra mensuram cum abiecta fuerit iudicabis eam: meditata est in spiritu suo duro in die estus. Ideirco super hoc dimittet iniquitas domus iacob: et iste omnis fructus: ut auferatur peccatū eius. Cū posuerit omnes lapides altaris sicut lapides cinereis allisos: non stabunt lucus et delubra. Ciuitas enim munita desolata erit: speciosa relinquetur et dimittet ipsi desertū. Ibi pascet vitulus et ibi accubabit: et cōsumet summitates eius. In siccitate messis illius conterentur mulieres venientes et docentes ea. Non est enim plus sapiens: propterea non miserebitur eius qui fecit eum: et qui formauit eum non parcet ei. Et erit in die illa: percutiet dñs ab alueo fluminis usq; ad torrentem egipti: et vos congregabimini unus et unus filii israel. Et erit in die illa: clangetur in tuba magna: et venient qui perditi fuerāt de terra assirioꝝ et qui eiecti erant de terra egipti: et adorabunt dominum in monte sancto in hierusalē. xrvm

Ve corone superbie ebriis ephraim: et flori decidenti: glorie exultationis eius: qui erant in vertice vallis pinguissime errantes a vino. Ecce validus et fortis dñs: sicut impetus grandinis turbo cōfringens: sicut impetus aquaꝝ multaꝝ inundantiū: et emittarum super terrā sparciosam. Pedibus conculcabitur corona superbie ebriorum



Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0113
powered by DWork • Heidelberg University Library

ephraim: et erit flos decidens glorie
exultationis eius. qui est sup verticem
vallis pinguiū. quasi temporaneum
ante maturitatem autumni. Qd cum
aspexerit videns. statim ut manu tenu-
erit deuorabit illud. In die illa erit do-
minus exercituum corona glorie. et
sceptrū exultationis residuo ppli sui. et
spiritus iudicij sedenti sup iudicium:
et fortitudo reuertentibus de bello ad
portam. Verum hij quoq; pre vino
nescierūt: et p̄ ebrietate errauerūt. Sa-
cerdotes ⁊ pphete nescierūt pre ebrietate.
absorti sunt a vino: errauerūt in ebri-
etate. nescierūt videntem. ignorauerūt
iudiciū. Omnes enim mense replete
sunt vomitu sordiūq;: ita ut non esset
vltra locus. Quē docebit scientiā: et
quē intelligere faciet auditū? Ablacta-
tus est a lacte. auulsus ab vberibus:
quia māda remāda. māda remāda:
expecta reexpecta. expecta reexpecta: mo-
dicum ibi. modicū ibi. In loquela enī
labij et lingua altera loquet̄ ad popu-
lum istū. cui dixit. Hec ē requies mea.
reficite lassum: ⁊ hoc est meum refrige-
riū. et noluerūt audire. Et erit eis ver-
bum dñi. manda remāda. manda re-
māda: expecta reexpecta. expecta reexpe-
cta: modicū ibi. modicum ibi: ut va-
dant ⁊ cadant retrorsum. et cōterantur
et illaqueent̄ et capiant̄. Propter hoc
audite verbū dñi viri illusores: qui do-
minamini sup ppl̄m meū qui est in ihe-
rusalē. Dixistis enim. Percussim⁹ fe-
dus cū morte: et cum inferno fecimus
pactū. Flagellū inundās cū trāsierit
nō veniet sup nos: quia posuimus
mendaciū spem nostrā. et mendacio
protecti sumus. Idcirco hec dicit dñs
deus. Ecce ego mittam in fundamētis
syon lapidē. lapidē pbatū. angularē.
p̄ciosum. in fundamēto fundatū. Qui
crediderit non festinet. Et ponā iudi-
cium in pōdere: et iusticiā in mensura.
Et subuertet grando spem mendacij
et ptectionē aque inundabunt: et dele-
bitur fedus vestrū cum morte: ⁊ pactū
vestrū cū inferno non stabit. Flagellū
inundās cum transierit. eritis ei ī con-
culcationem. Quādocunq; ptransierit
tollet vos. quoniā mane diluculo pe-
transiuit in die et ī nocte: ⁊ tantūmo-
do sola vexatio intellectū dabit audi-
tui. Coangustatum est enim stratum.
ita ut alter decidat: et pallium breue
vtrunq; operire non potest. Sicut enī
in mōte diuisionū stabit dñs sic ī val-
le que est in gabaon irascetur: ut faci-
ant opus suū. alienū opus eius: ut o-
peretur opus suū. peregrinum est op⁹
eius ab eo. Et nūc nolite illudere: ne
forte cōstringant̄ vincula vr̄a. Con-
summationē enim et abbreuiationē
audiui a dño deo exercituū sup vniuer-
sam terram. Auribus ꝑcipite et audi-
te vocem meā: attendite et audite elo-
quiū meum. Nūquid tota die arabit
arans. ut serat: ꝓscindet. et sariet hu-
mum suā? Nonne cum adequauerit
faciem eius seret gith. et ciminū spar-
get: ⁊ nō ponet triticum ꝑ ordinem et
hordeum. et miliū. et viciam in finib3
suis? Et erudiet illū in iudicio: deus
suus docebit illū. Non enim in serris
triturabitur gith. nec rota plaustri su-
per ciminū circuiet: sed in virga excuti-
etur gith. et ciminū in baculo: panis
aūt cōminuetur. Verū nō in ꝑpetuū tri-
turās triturabit illū: neq; vexabit eū
rota plaustri: nec ī vngulis suis com-
minuet eum. Et hoc a dño deo exerci-
tuū exiuit. ut mirabile faceret cōsiliū ⁊
magnificaret iusticiā. Ve hariel. hariel

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0114
powered by DWork • Heidelberg University Library

ciuitas quā expūgnauit dauid. xxix

Additus est annus ad annū · solemnitates euoluti sūt: circūuallabo ariel · ⁊ erit tristis ⁊ merens: ⁊ erit michi quasi ariel. Et circundabo q̄si speram in circuitu tuo · ⁊ iaciā cōtra te aggerem: et munimēta ponā in obsidionē tuā. Humiliaberis · de t̄ra loqueris: et de humo audiet̄ eloquiū tuum. Et erit q̄si phitonis de terra vox tua: ⁊ de humo eloquiū tuū musitabit. Et erit sicut puluis tenuis multitudo ventilantium te: et sicut fauilla ꝑtrāsiens mlt̄itudo eorꝫ qui contra te p̄ualuerūt. Eritq; repente confestim a domino exercituū · visitabitur in tonitruo et commotione terre: et voce magna turbinis et tempestatis et flāme ignis deuorantis. Et erit sicut somniū visionis nocturne · multitudo omniū gentiū q̄ dimicauerūt contra ariel: et omnes q̄ militauerūt et obsederūt et p̄ualuerūt aduersus eam. Et sicut somniat esuriens et comedit · cum aūt fuerit expergefactus vacua est anima eius: et sicut somniat sitiens et bibit · ⁊ postq̄ fuerit expergefactus lassus adhuc sitit · et anima eius vacua est: sic erit multitudo omniū gentiū q̄ dimicauerūt contra montē syon. Obstupescite et āmiramini · fluctuate ⁊ vacillate: inebriamini · et nō a vino: mouemini et nō ab ebrietate: quomō miscuit vobis dominus spiritum soporis. Claudet oculos vestros: ꝓphetas et principes vr̄os qui vident visiones operiet. Et erit vobis visio oīm sicut verba libri signati: quē cū dederit scienti litteras dicēt lege istū: et respondebit non possum · signatus est enī. Et dabitur liber nescienti lr̄ās diceturq; ei lege: ⁊ respondebit · nescio lr̄ās. Et dixit dn̄s · eo q̄ appropīquat populus iste ore suo et laliis suis glorificat me · cor autem eius longe est a me · et timuerūt me mādato hominū et doctrinis: ideo ecce ego addam ut ammirationē faciā ꝑpso huic miraculo grandi ⁊ stupendo. Peribit enī sapientia a sapientibus eius: et intellectus prudentiū eius abscondetur. Ve qui profundi estis corde · ut a domino abscondatis consiliū: quorꝫ sunt in tenebris opera · et dicūt quis videt nos · et quis nouit nos? Peruersa ē hec vr̄a cogitatio · quasi si lutū contra figulū cogitet · et dicat opus factori suo · nō fecisti me: et figmentum dicat factori suo · non intelligis. Nonne adhuc ī modico et in breui cōuertetur libanus in chermel: ⁊ chermel in saltū reputabitur? Et audient in die illa surdi verba libri · et de tenebris et caligine oculi cecorꝫ videbūt. Et addent mites in dn̄o leticiam · ⁊ pauperes homines in sancto israhel exultabūt: quoniā defecit qui p̄ualebit · cōsummatus est illusor · et succisi sunt omnes qui vigilabunt sup̄ iniquitatē: q̄a peccare faciebāt homines in verbo · et arguentem in porta supplātabāt: et declinauerūt frustra a iusto. Propter hec dicit dominus ad domū iacob qui redemit abrahā. Non modo confundetur iacob · nec modo vultus eius erubescet: sed cū viderit filios suos opera manuū mearꝫ · ī medio sui sanctificātes nomē meū: ⁊ sanctificabūt sanctum iacob · ⁊ deū isrl̄ p̄dicabūt: ⁊ sciēt errātes spiritu intellectum · ⁊ musitatores discēt legē. xxx

Ve filij desertores dicit dn̄s · ut faceretis cōsiliū et non ex me: et ordiremini telam et nō ꝑ spiritū meū · ut adderetur peccatū sup̄ peccatū: qui ambulatis ut descendatis in egiptū · et os



Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0115
powered by DWork • Heidelberg University Library

meū nō interrogastis: sperātes auxiliū
in fortitudine pharao. et habentes fi-
duciā in umbra egipti: et erit vobis
fortitudo pharaonis in cōfusionem.
et fiducia in umbra egipti in ignomi-
niam. Ierant enī in thanes principes
tui: ⁊ nūcij tui usq; ad thanes puenerūt.
Omnes confusi sunt sup ꝑplo qui eis
prodesse non potuit. Non fuerūt ī au-
xilium. et in aliquam utilitatem: sed
in confusionem et in opprobrium.
Onus iumentorum austri. In terra
tribulationis et angustie. leena et leo.
ex eis vipera. et regulus volans: por-
tantes sup humeros iumentorꝫ diui-
tias suas. et sup gibbū camelorꝫ the-
sauros suos. ad ꝑplm qui eis prodesse
nō poterit. Egiptus enī frustra et vane
auxiliabitur. Ideo clamaui sup hoc:
supbia tantū est. quiesce. Nūc ingres-
sus scribe eis sup buxū. ⁊ in libro dili-
genter exara illud: et erit in die nouis-
simo in testimoniū usq; ineternū. Po-
pulus enim ad iracundiā ꝓuocans
est. et filij mendaces. filij nolentes au-
dire legem dei: qui dicūt videntibꝫ no-
lite videre. aspicientibus aspicere no-
bis ea que recta sunt. Loquimini no-
bis placentia. videte nobis errores:
auferte. a me viam. declinate a me se-
mitam. cesset a facie nostra sanctus
israhel. Propterea hec dicit sanctus
israhel: pro eo q̄ reprobastis verbum
hoc. ⁊ sperastis in calumnia ⁊ tumul-
tu: et innixi estis super eo. Propterea
erit vobis iniquitas hec. sicut inter-
ruptio cadēs: et requisita ī muro excel-
so: quoniā subito dū non speratur ve-
niet cōtritio eius: et cōminuetur sicut
conteritur lagena figuli cōtritione per-
ualida: et non inuenietur de fragmen-
tis eiꝰ testa. ī qua portetur igniculus
de incendio. aut hauriat parum aque
de fouea: quia hec dicit dominus deus
israhel. Si reuertimini et quiescatis:
salui eritis. In silentio ⁊ in spe erit for-
titudo vestra: et noluistis et dixistis.
Nequaq̄: sed ad equos fugiemꝰ: ideo
fugietis. Et sup veloces ascendemus:
ideo velotiores erūt qui ꝑsequent vos.
Mille homines a facie terroris unius
et a facie terroris quinq; fugietis: do-
nec relinquamini q̄si malus nauis ī
vertice montis: ⁊ quasi signū sup col-
lem. Propterea expectat dominus ut
misereatur vestri. et ideo exultabit parcens
vobis. quia deus iudicij dn̄s. be-
ati omnes qui expectant eum. Popu-
lus enim syon habitabit ī iherusalem:
plorans nequaq̄ plorabis: miserās
miserabitur tui. Ad vocem clamoris
tui statim ut audierit respondebit tibi:
et dabit vobis dominus panē arcū.
et aquā breuē: ⁊ nō faciet auolare a te
ultra doctorem tuū: et erūt oculi tui vi-
dentes ꝑceptorem tuū. et aures tue au-
dient verbū post tergū mouentis. Hec
est via ambulate in ea: ⁊ nō declinetis
neq; ad dexteram neq; ad sinistrā. Et
cōtaminabis laminas sculptiliū ar-
gēti tui. ⁊ vestimentū cōflatilis auri tui:
⁊ dispges ea sicut immūditiā mēstrua-
te. Egredere: dices ei. Et dabit pluuia
semini tuo ubicunq; seminaueris ī ter-
ra: et panis frugum terre erit uberrimꝰ
et pinguis. Pascet in possessione tua
in die illo agnꝰ spaciose: et tauri tui ⁊
pulli asinorꝫ qui operant terrā. cōmi-
xtum migma comedent sicut in area
ut vētilatū ē. Et erūt sup omnē montē
excelsum. et sup omnē collē eleuatum
riui currentiū aquarꝫ. in die interfectio-
nis multorꝫ: cum ceciderit turres. Et e-
rit lux lune sicut lux solis. et lux solis

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0116
powered by DWork • Heidelberg University Library

erit semptempliciter · sicut lux septem
dierum: in die qua alligauerit dominus
vulnus ꝓpli sui · et ꝑcussuram plage e-
ius sanauerit. Ecce nomē domini ve-
nit de longinquo: ardens furor eius:
et grauis ad portādū. Labia eiꝰ reple-
ta sūt indignatione: et lingua eiꝰ q̄si
ignis deuorās. Spiritus eius velut
torrens inundans usq; ad mediū col-
li · ad ꝑdendas gentes in nichilum: et
frenū erroris qd̄ erat ī maxillis ꝓpsoꝝ.
Canticū erit vobis sicut vox sanctifi-
cate solemnitatis: et leticia cordis si-
cut qui ꝑgit cū tibia · ut intret ī montē
dn̄i ad fortem israhel. Et auditā faci-
et dominus gloriam vocis sue · et ter-
rorem brachij sui ostendet in commi-
natione furoris · et flamme ignis de-
uorantis: allidet in turbine et ī lapide
grandinis. A voce enim dn̄i pauebit
assur virga ꝑcussus: et erit transitus
virge fundatus quā requiescere faciet
dominus sup eum · in tympanis et cy-
tharis et bellis p̄cipuis expugnabit
eos. Preparata est enim ab heri to-
phet a rege preparata · profunda et
dilatata. Nutrimenta eius ignis · et
ligna multa: flatus domini sicut tor-
rens sulphuris succendēs eā. xxxi

Ve qui descendūt in egiptū ad au-
xiliū in equis sperantes · et ha-
bentes fiduciā sup quadrigis q̄a mul-
te sunt · ⁊ sup equitibꝫ quia p̄ualidi ni-
mis: et non sunt confisi sup sanctum
israhel · et dominū nō requisierūt. Ipe
autem sapiens adduxit malū · et verba
sua non abstulit: et consurget contra
domū pessimoꝝ · et cōtra auxiliū ope-
ranciū iniquitatē. Egiptus homo et
non deus · et equi eoꝝ caro et nō spiri-
tus: et dn̄s inclinauit manū suam et
corruet auxiliator · et cadet cui prestat̄
auxiliū · simulq; omnes cōsumentur:
quia hec dicit dominus ad me. Quo-
modo si rugiat leo et catulus leonis
sup p̄dam suam · cū occurrerit ei multi-
tudo pastoꝝ · a voce eoꝝ nō formida-
bit · et a multitudine eoꝝ non pauebit:
sic descendet dn̄s exercituū ut p̄lietur
sup montē syon ⁊ sup collem eius. Si-
cut aues volātes · sic ꝓtegit dominus
exercituū iherusalē: ꝓtegens ⁊ liberās ·
transiens et saluans. Conuertimini
sicut in ꝓfundū recesseratis filij israhel.
In die enim illa abiciet vir ydola ar-
genti sui · et ydola auri sui que fecerūt
vobis manus vestre in peccatū: et ca-
det assur in gladio non viri · et gladi-
us non hominis vorabit eū: ⁊ fugiet
non a facie gladij et iuuenes eiꝰ vecti-
gales erunt: ⁊ fortitudo eius a terrore
transibit · et pauebūt fugiētes princi-
pes eiꝰ. Dixit dn̄s · cuiꝰ ē ignis in syon:
et caminꝰ eiꝰ in iherusalē. xxxii

Ecce ī iusticia regnabit rex · et prin-
cipes in iudicio p̄erunt: et erit vir
sicut qui absconditur a vento · et celat
se a tempestate: sicut riui aquarum in
siti · et umbra petre ꝓminētis in t̄ra de-
serta. Non caliginabūt oculi vidētiū ·
et aures audientiū diligenter auscul-
tabunt: ⁊ cor stultoꝝ intelliget scientiā ·
et lingua balboꝝ velociter loquetur ⁊
plane. Non vocabitur ultra is q̄ insi-
piens est princeps: neq; fraudulentus
appellabitur maior. Stultꝰ enī fatua
loquet̄ · et cor eius faciet iniquitatem:
ut ꝑficiat simulationē · et loquat̄ ad
dn̄m fraudulenter: ⁊ vacuā faciat ani-
mam esurientis · ⁊ potū sitienti auferat.
Fraudulenti vasa pessima sunt: ipse
enim cogitationes cōcinnabit ad per-
dendos mites in sermone mendacij · cū
loqueretur pauper iudiciū. Princeps



Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0117
powered by DWork • Heidelberg University Library

vero ea que digna sunt principi cogitabit: et ipse super duces stabit. ℣ Mulieres opulente surgite: & audite vocem meam: filie confidentes percipite auribus eloquium meum. Post dies enim et annum & vos conturbabimini confidentes. Consummata est enim vindemia: collectio ultra non veniet. Obstupescite opulente: conturbamini confidentes: exuite vos et confundamini: accingite lumbos vros super ubera. Plangite super regione desiderabili: super vinea fertili. Super humum populi mei spina & vepres ascendent: quanto magis super omnes domos gaudij civitatis exultantis? Domus enim dimissa est: multitudo urbis relicta est: tenebre & palpatio facte sunt super speluncas usq; in eternum. Gaudium onagrox pascua gregum: donec effundatur super nos spiritus de excelso. Et erit desertum in carmel: et carmel in saltum reputabitur: & habitabit in solitudine iudicium: & iustitia in carmel requiescet. Et erit opus iustitie pax: et cultus iustitie silentium: et securitas usq; in sempiternum. Et sedebit populus meus in pulchritudine pacis: et in tabernaculis fiducie & in requie opulenta. Grando autem in descensione silvi: et humilitate humiliabit civitas. Beati qui seminatis super omnes aquas: immittentes pedem bovis & asini. Verum

Ve qui prædaris: nonne et ipse prædaberis? Et qui spernis: nonne & ipse spernereis? Cum consummaueris prædationem dei prædabereis: cum fatigatus deliceris contemnere: contemneris. Domine miserere nostri te enim expectamus: esto brachium nostrum in mane: et salus nra in tempore tribulationis. A voce angeli fugerunt populi: ab exaltatione tua dissipate sunt gentes. Et congregabuntur spolia vestra sicut colligitur bruchus: velut cum salte plene furentur de eo. Magnificatus est dns quoniam habitabit in excelso: implebit syon iudicio et iustitia: et erit fides in temporibus suis. Divitie salutis sapientia et scientia: timor dni ipse thesaurus eius. Ecce videntes clamabunt foris: angeli pacis amare flebunt. Dissipate sunt vie: cessauit semitas per semitam: irritum factum est pactum: pericit civitates: non reputauit hominem. Luxit & elanguit terra: confusus est libanus et abscondit. Et factus est saron sicut desertum: et concussa est basan et carmelus. Nunc consurgam dicit dominus: nunc exaltabor et nunc sublimabor. Concipietis ardorem et paritis stipulam: spiritus vr ut ignis vorabit vos: et erunt populi quasi de incendio cinis: spine congregate igni comburentur. Audite qui longe estis quid fecerim: et cognoscite vicini fortitudinem meam. Conterrent sunt in syon peccatores: possedit timor hypocritas. Quis poterit habitare de vobis cum igne devorante: aut quis habitabit ex vobis cum ardoribus sempiternis? Qui ambulat in iustitijs et loquitur veritatem: qui spernit avaritiam ex calumnia: et excutit manus suas ab omni munere. Qui obturat aures suas ne audiat sanguinem & claudit oculos suos ne videat malum: iste in excelsis habitabit. munimenta saxorum sublimitas eius: panis ei datus est: aque eius fideles sunt. Regem in decore suo videbit: oculi eius cernent terram de longe: cor ruum meditabitur timorem. Ubi est literatus: ubi legis verba ponderans: ubi doctor parvulorum? Populum imprudentem non videbis: profundi sermonis: ita ut non possis intelligere disertitudinem lingue eius: in quo nulla est sapientia. Respice syon civitatem

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0118
powered by DWork • Heidelberg University Library

solemnitatis nostre. oculi tui videbūt
hierusalē habitationē opulentam. ta-
bernaculū qđ nequaq̃ transferri pote-
rit: nec auferentur claui eius in sempi-
ternū. & omnes funiculi eius nō rum-
pentur: quia solūmodo ibi magnifi-
cat̃ est dominus noster. Locus fluui-
oz riui latissimi & patentes: nō transi-
bit sup eum nauis remigū. neq; trieris
magna transgredietur eum. Dominꝰ
enim iudex noster. dūs legifer noster.
dominus rex noster: ipse saluabit nos.
Laxati sunt funiculi tui: sed non pua-
lebūt. Dic erit malus tuus ut dilata-
re signū nō queas. Tunc dīuidentur
spolia prędaz multaz: claudi diripient
rapinam: nec dicet vicinus. langui.
Populus qui habitat in ea: auferet-
ur ab eo iniquitas. xxxiii

Accedite gentes et audite. et popu-
li attendite: audiat terra & plenitu-
do eius. orbis & omne germen eius:
quia indignatio dñi sup omnes gen-
tes: et furor sup uniuersam malitiam
eoz. Interfecit eos: et dedit eos in occi-
sionem. Interfecti eoz proicientur: et de
cadaueribus eoz ascendet fetor. Tabe-
scent montes a sanguine eoz. et tabe-
scet omnis militia celoz: et complica-
buntur sicut liber celi: & omnis militia
eoz defluet sicut defluit folium de uinea
et de ficu: quoniā inebriatus est in celo
gladius meus. Ecce sup ydumeā de-
scendet: et sup populum interfectionis mee
ad iudiciū. Gladius dñi repletus est
sanguine: incrassat̃ est adipe de san-
guine agnoz & hircoz. & de sanguine
medullatoz arietum. Victima enim
dñi in bosra: et interfectio magna in
terra edom: et descendent unicornes cū
eis. & tauri cum potentibz. Inebriabit̃
terra eoz sanguine. et humꝰ eoz adipe
pinguiū: quia dies ultionis domini.
annus retributionis iudicij syon. Et
conuertentur torrentes eius in picem:
et humus eius in sulphur. Et erit ter-
ra eius in picem ardentem nocte et die: nō
extinguetur in sempiternū. Ascendet
fumus eius a generatione in genera-
tionem: desolabitur in secula seculoz.
Nō erit transiens p eam: et pollidebūt
illā onocrotalus et ericius: et ibis et
coruus habitabūt in ea. Et extendetur
sup eam mensura ut redigatur ad ni-
chilū: et perpendiculū in desolationē.
Nobiles eius nō erūt ibi. regem potiꝰ
inuocabūt: & omnes principes eiꝰ erūt
in nichilū. Et orientur in domibus e-
ius spine et urtice. et paliurus in mu-
nitōbus eius: et erit cubile draconū.
et pascua strutionū: & occurrent demo-
nia: onocentaurus et pilosus clama-
bit alter ad alterū. Ibi cubauit lamia
& inuenit sibi requiem: ibi habuit foue-
am ericius. et enutriuit catulos: et cir-
cumfodit et fouit in umbra eiꝰ. Illuc
congregati sunt milui. alter ad alterū.
Requirite diligenter in libro dominī
et legite: unū ex eis nō defuit. alter alte-
rum nō quesiuit: quia qđ ex ore meo
precedit ille mādauit: & spiritus eius
ipse congregauit ea: et ipse misit eis
sortem. et manus eius diuisit eam illis
in mensuram. Usq; interemum possi-
debūt eam: in generatione et generati-
onem habitabunt in ea. xxxiv

Letabitur deserta & inuia: & exulta-
bit solitudo. & florebit quasi lili-
um. Germinās germinabit: et exulta-
bit letabūda et laudās. Gloria liba-
ni data est ei: decor carmeli & saron. Ipi
uidebunt gloriam dominī: et decorem
dei nostri. Confortate manus dissolu-
tas: et genua debilia roborate. Dicite



Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0119
powered by DWork • Heidelberg University Library

pusillanimis: confortamini et nolite
timere. Ecce deus vester ultionē addu-
cet retributionis: deus ipse veniet et
saluabit nos. Tūc aperientur oculi ce-
corū: et aures surdorꝫ patebūt. Tunc sa-
liet sicut ceruus claudus. et apta erit
lingua mutorꝫ: quia scisse sunt ī deser-
to aque. ⁊ torrentes in solitudine: et q̄
erat arida in stagnū. ⁊ sitiens in fontes
aquarꝫ. In cubilibꝫ in quibus prius
dracones habitabāt. orietur viror ca-
lami et iunci: et erit ibi semita: et via
sancta vocabitur. Nō transibit ꝑ eā
pollutus: et hec erit vobis directa via.
ita ut stulti nō errant ꝑ eam. Nō erit
ibi leo: ⁊ mala bestia nō ascendet ꝑ eā
nec inuenietur ibi. Et ābulabunt qui
liberati fuerint ⁊ redempti a domino:
cōuertent̄ ⁊ venient in syon cū laude: ⁊
leticia sempiterna super caput eorum.
Gaudium et leticiam obtinebunt: et
fugiet dolor et gemitus. xxxvi

Et factum est ī quartodecimo an-
no regis ezechie: ascendit in sen-
nacherib rex assiriorꝫ sup̄ omnes ciui-
tates iuda munitas. et cepit eas. Et
misit rex assiriorꝫ rabsacen de lachis
in iherusalē. ad regem ezechiam ī ma-
nu graui: et stetit in aqueductu pisci-
ne superioris. in via agri fullonis. Et
egressus est ad eū eliachim filiꝰ elchie
qui erat sup̄ domū. et sobna scriba. ⁊
ioahe filiꝰ asaph a cōmentarijs. Et
dixit ad eos rabsaces. Dicite ezechie.
Hec dicit rex magnus assiriorꝫ. Que
est ista fiducia qua cōfidis: aut quo
cōsilio uel fortitudine rebellare dispo-
nis? Sup̄ quē habes fiduciā. quia re-
cessisti a me? Ecce cōfidis sup̄ baculū
harundineū confractū istū sup̄ egiptū:
cui si innisus fuerit homo. intrabit in
manū eiꝰ et ꝑforabit eam: sic pharao
rex egipti omnibus qui cōfidunt ī eo.
Qd̄ si responderis michi. in domino
deo nostro confidimus: nōne ipse est
cuiꝰ abstulit ezechias excelsa ⁊ altaria.
et dixit iude et iherusalē corā altari isto
adorabitis? Et nunc trade te domino
meo regi assiriorꝫ: ⁊ dabo tibi duo mi-
lia equorꝫ. nec poteris ex te p̄bere ascen-
sores eorꝫ. Et quomodo sustinebis fa-
ciem iudicis unius loci ex seruis dn̄i
mei minoribus? Qd̄ si confidis ī egi-
pto in quadriga. et in equitibꝫ: et nūc
nūquid sine domino ascendi ad terrā
istā. ut disp̄derē eā. Dn̄s dixit ad me.
Ascende sup̄ terrā istā: et disp̄de eā. Et
dixit eliachim. et sobna. et ioahe ad
rabsacen. Loquere ad seruos tuos sy-
ra lingua intelligimꝰ enim: ne loqua-
ris ad nos iudaice in auribus ꝓpsi q̄
est sup̄ murꝫ. Et dixit rabsaces. Nun-
q̄d ad dn̄m tuū et ad te misit me dn̄s
meꝰ. ut loquerer om̄ia verba ista: ⁊ nō
potius ad viros qui sedent in muro
ut comedant stercora sua. et bibāt uri-
nam pedū suorꝫ vobiscum? Et stetit
rabsaces: et clamauit voce magna
iudaice et dixit. Audite verba regis
magni regis assiririorꝫ. Hec dicit rex.
Non seducat vos ezechias. quia nō
poterit eruere vos: et non vobis tribu-
at fiduciā ezechias sup̄ dn̄o dicens. e-
ruens liberabit nos dn̄s: nō dabitur
ciuitas ista in manu regis assiriorū.
Nolite audire ezechiam: hec enī dicit
rex assiriorꝫ. Facite mecum benedictio
nem. et egredimini ad me: ⁊ comedite
unusquisq; vineā suā. ⁊ unusquisq; fi-
cum suā: ⁊ bibite unusquisq; aquam
cisterne sue: donec veniā ⁊ tollā vos
ad terrā que est ut terra vestra. terram
frumēti ⁊ vini: terram panū ⁊ vinearꝫ.
Nec conturbet vos ezechias dicens:

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0120
powered by DWork • Heidelberg University Library

dominus liberabit nos. Nūquid liberauerūt dij gentiū vnusquisq; terram suā de manu regis assiriorū? Vbi est deus emath et arfad? Vbi deꝰ sepharuaim? Nunquid liberauerunt samariam de manu mea? Quis ē ex omnibus dijs terrarū istarū qui eruerit terrā suā de manu mea: ut eruat dominus iherusalem de manu mea? Et siluerūt et nō responderūt ei verbū. Mandauerat enī rex dicens: ne respōdeatis ei. Et ingressus est eliachim filius elchie qui erat sup domū. et sobna scriba. et ioahe filius asaph. a commentarijs ad ezechiam scissis vestibus: ⁊ nunciauerunt ei verba rabsacis. xxxvij

Et factum est cum audisset rex ezechias scidit vestimēta sua. ⁊ obuolutus est sacco: ⁊ intrauit in domū domini. Et misit eliachim qui erat super domū. et sobnā scribā. et seniores de sacerdotibꝫ optos saccis. ad ysaiā filiū amos ꝓphetā: et dixerūt ad eum. Hec dicit rex ezechias. Dies tribulationis ⁊ corruptionis. ⁊ blasphemie dies hec: quia venerunt filij usq; ad partum. et virtus nō est pariēdi. Si quomodo audiat dn̄s deus tuus verba rabsacis: quē misit rex assiriorū dn̄s suus ad blasphemandū. Deū viuentem: et exprobrandū sermonibꝫ quos audiuit dominus deus tuus. Leua ergo orationē pro reliquijs que reperte sunt. Et venerūt serui regis ezechie ad ysaiam: ⁊ dixit ad eos ysaias. Hec dicetis domino vestro. Hec dicit dn̄s. Ne timeas a facie verborū q̄ audisti: quibus blasphemauerūt pueri regis assiriorum me. Ecce ego dabo ei spiritum et audiet nunciū. et reuertetur ad terrā suam: ⁊ corruere eum faciam gladio in terra sua. Reuersus ē aūt rabsaces: et inuenit regem assiriorū preliantem aduersus lobna. Audierat enī quia profectus esset de lachis: ⁊ audiuit de taracha rege ethiopie dicētes: egressus est ut pugnet contra te. Quod cū audisset. misit nuncios ad ezechiam dicens. Hec dicetis ezechie regi iude loquentes. Non te decipiat deus tuus ī quo tu confidis dicens: nō dabitur iherusalem in manu regis assiriorū. Ecce tu nosti omnia que fecerūt reges assiriorū om̄ibꝫ terris quas subuerterūt: et tu poteris liberari? Nūquid eruerūt eos dij gentium. quos subuerterūt patres mei: gozan ⁊ aran et reseph et filios eden qui erant in thalassar? Vbi est rex emath et rex arfad et rex vrbis sepharuaim. ana et aua? Et tulit ezechias libros de manu nūciorū et legit eos: ⁊ ascendit ī domū domini. ⁊ expandit eos corā domino. Et orauit ezechias ad dn̄m dicēs. Dn̄e exercituū deus israhel qui sedes sup cherubin. tu es deus solus omnium regnorū terre: tu fecisti celū ⁊ terram: inclina domine aurem tuā ⁊ audi. aperi oculos tuos et vide: ⁊ audi om̄ia verba sennacherib que misit ad blasphemandum deum viuentem. Vere enim dn̄e desertas fecerunt reges assiriorū terras ⁊ regiones earum. et dederunt deos earū igni: non enim erant dij sed opera manuū hominum. lignū ⁊ lapis: ⁊ comminuerunt eos. Et nūc domine deus noster salua nos de manu eiꝰ: ⁊ cognoscant om̄ia regna terre. quia tu es dominus deus solus. Et misit ysaias filiꝰ amos ad ezechiam dicens. Hec dicit dn̄s deus isrl̄. Pro quibus rogasti me de sennacherib rege assiriorū: hoc est verbū qd̄ locutus est dn̄s sup eum. Despexit te ⁊ subsannauit te virgo filia syon: post



Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0121
powered by DWork • Heidelberg University Library

te caput mouit filia ierusalē. Cui exprobrasti et quē blasphemasti: et sup quem exaltasti vocem: et leuasti altitudinem oculoꝝ tuoꝝ: ad sanctum israhel. In manu seruoꝝ tuoꝝ exprobrasti dño: et dixisti. In multitudine quadrigaꝝ meaꝝ ego ascendi altitudinē montiū: iuga libani: et succidā excelsa cedroꝝ eius: et electas abietes illius: et introibo altitudinē summitatis eius: saltū carmeli eius: ego fodi et bibi aquam: et exsiccaui uestigio pedis mei omnes riuos aggeꝝ. Nunquid non audisti que olim fecerim ei: Ex diebꝫ antiquis ego plasmaui illud: et nūc adduxi: et factum est in eradicationē collium compugnantiū: et ciuitatū munitaꝝ. Habitatores eaꝝ breuiata manu cōtremuerūt: et cōfusi sunt: facti sūt sicut fenū agri: et gramē palme: et herba tectoꝝ que exaruit anteqū maturesceret. Habitationem tuā et egressum tuū: et introitū tuū cognoui: et insaniā tuā contra me. Cū furores aduersum me superbia tua ascendit in aures meas. Ponā ergo circulū in auribus tuis: et frenū in labijs tuis: et reducā te in uia p quā uenisti. Tibi aūt hoc erit signū. Comede hoc āno que spōte nascunt: et in anno secundo pomis uescere. In anno aūt tertio seminate et metite: et plātate vineas: et comedite fructū eaꝝ: et mittet id qđ saluatū fuerit de domo iuda: et qđ reliquū est radicem deorsū: et faciet fructū sursum: quia de ierusalem exibūt reliquie: et saluatō de monte syon. Zelus dñi exercituū faciet istud. Propterea hec dicit dñs de rege assyriorum. Non introibit ciuitatem hanc et non iaciet ibi sagittā: et nō occupabit eā clipeus: et nō mittet i circuitu ei aggerē. In uia qua uenit p eā reuertet: et ciuitatem hanc non ingredietur dicit dñs. Et protegam ciuitatem istam: et saluē eā: propter me et propter dauid seruū meum. Egressus est aūt angelus dñi et percussit in castris assyriorum centūoctoginta quinq̄ milia. Et surrexerūt mane: et ecce omnes cadauera mortuorū. Et egressus est et abijt: et egressus est sennacherib rex assyriorum: et habitauit in ninive. Et factū est cum adoraret in templo nesrach deū suū ad ramelech et sarasar filii ei percusserūt eū gladio: fugerūntq̄ in terrā ararath: et regnauit assaraddon filius ei pro eo. XXXVIII

In diebus illis egrotauit ezechias usq̄ ad mortē: et introiuit ad eum ysaias filius amos propheta et dixit ei. Hec dicit dñs. Dispone domui tue: quia morieris tu et nō uiues. Et cōuertit ezechias faciem suā ad parietem: et orauit ad dñm et dixit. Obsecro dñe: memento quesso quomō ābulauerim coram te in veritate et in corde perfecto: et qđ bonum est in oculis tuis fecerim. Et fleuit ezechias fletu magno. Et factū est verbum dñi ad ysaiam dicens. Vade et dic ezechie. Hec dicit dñs deus dauid patris tui. Audiui orationē tuam: et vidi lacrimā tuā. Ecce ego adiciā super dies tuos quindecim ānos: et de manu regis assyriorum eruam te et ciuitatē istam: et protegam eam. Hoc aūt tibi erit signū a domino: quia faciet dñs verbū hoc qđ locutus est. Ecce ego reuerti faciam umbrā liniaꝝ per quas descenderat in horologio achas: in sole retrorsum decem lineis. Et reuersus est sol decē lineis per gradus quos descenderat. Scriptura ezechie regis iuda cū egrotasset: et conualuisset de infirmitate sua. Ego dixi in dimidio dierū meorum vadā ad portas inferi: quesiui residuū

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0122
powered by DWork • Heidelberg University Library

annorū meoꝝ. Dixi nō videbo dñm
deū in terra viuentiū: non aspiciā ho-
minem ultra: & habitatorem quietis.
Generatio mea ablata est & cōuoluta
est a me: quasi tabernaculū pastorum.
Precisa ē velut a texente vita mea dū
adhuc ordirer succidit me. De mane
usq; ad vesperā finies me: sperabā usq;
ad mane. Quasi leo sic cōtriuit oīa
ossa mea. De mane usq; ad vesperā fi-
nies me. Sicut pullus hirundinis sic
clamabo: meditabor ut colūba. Attenu-
ati sunt oculi mei: suspicientes in excel-
sum. Domine vim patior: respōde p
me. Quid dicam: aut quid respōdebit
michi cum ipse fecerit? Recogitabo o-
mnes annos meos in amaritudine
aīme mee. Domine si sic viuitur et
in talibus vita spīritus mei: corripies
me & viuificabis me: ecce in pace ama-
ritudo mea amarissima. Tu autem eru-
isti aīmā meam ut nō perirem: pieci-
sti post tergū tuum oīa peccata mea:
quia nō infernus confitebit tibi: neq;
mors laudabit te: non expectabūt qui
descendunt in lacum veritatem tuam.
Vīuens viuens ipse confitebitur tibi
sicut et ego hodie: pater filijs notam
faciet veritatem tuā. Domine saluum
me fac: et psalmos nostros cātabim⁹
cunctis diebus vite nostre i domo do-
mini. Et iussit ysaias ut tolleret mal-
sam de ficis: et cataplasmarēt super
vulnus et sanaretur. Et dixit ezechi-
as. Quod erit signum quia ascendā
in domo domini?

In tempore illo misit merodach baladan
filius baladan rex babilonis libros &
munera ad ezechiam. Audierat enī
q̄ egrotasset & convaluisset. Lętatus
est aūt super eos ezechias: et ostendit eis
cellam aromatū et argenti et auri et
odoramentoꝝ et unguenti optimi et o-
mnes apothecas suppellectilis sue et
uniuersa q̄ inuenta sunt in thesauris
eiꝰ. Non fuit verbū quō nō ostenderet
eis ezechias in domo sua: et in omni
potestate sua. Introiuit autem ysaias
prophęta ad ezechiam regem et dixit
ei. Quid dixerūt viri isti: & unde vene-
rūt ad te? Et dixit ezechias. De ira lon-
ginqua venerūt ad me: de babilone.
Et dixit. Quid viderūt in domo tua?
Et dixit ezechias. Oīa q̄ in domo
mea sūt viderūt. Nō fuit res quā non
ostenderim eis in thesauris meis. Et
dixit ysaias ad ezechiam. Audi verbū
dñi exercituū. Ecce dies venient: et au-
ferentur omnia que in domo tua sunt
et que thezaurizauerūt patres tui usq;
ad diem hanc in babilonē. Non relin-
quetur quicq; dicit dñs. Et de filijs tu-
is q̄ egibūt de te q̄s genueris tollēt: et
erūt eunuchi i palatio regis babilonis.
Et dixit ezechias ad ysaiam. Bonū
verbū dñi q̄ locutꝰ est. Et dixit. Fiat
tamē pax & veritas i diebz meis.

Consolamini consolamini pple
meus: dicit deus vester. Loqui-
mini ad cor ihrusalē et advocate eā:
quoniā completa est malicia eius: di-
missa est iniquitas illius. Suscepit de
manu dñi duplicia pro oīibus pec-
catis suis. Vox clamātis in deserto.
Parate viā dñi: rectas facite i solitu-
dine semitas dei nri. Oīs vallis exal-
tabit̄ et oīis mōs et collis humilia-
bitur: et erūt prava in directa: et aspe-
ra i vias planas. Et revelabitur glo-
ria dñi: et videbit omnis caro pariter
q̄ os domini locutū est. Vox dicen-
tis. Clama. Et dixi. Quid clamabo?
Omnis caro fenū: et omnis gloria ei-
us quasi flos agri. Exsiccatū ē fenū



Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0123
powered by DWork • Heidelberg University Library

et cecidit flos: quia spiritus dñi suffla-
uit in eo. Vere fenū est ꝓplus. Exicca-
tum est fenū et cecidit flos: verbū autē
domini stabit in eternū. Sup mōtem
excelsum ascende tu qui euangelizas
syon: exalta in fortitudine vocem tuā
qui euangelizas iherusalē. Exalta: no-
li timere. Dic ciuitatibus iude: ecce de-
us vester. Ecce dñs deus in fortitudi-
ne veniet: et brachiū eius dominabit.
Ecce merces eius cum eo: et opus illi⁹
corā illo. Sicut pastor gregem suum
pascet: in brachio suo congregabit a-
gnos. ⁊ in sinu suo leuabit: fetas ipse
portabit. Quis mensus est pugillo a-
quas: et celos palmo ponderauit?
Quis appendit tribꝫ digitis molem
terre: et librauit in pondere montes et
colles in statera? Quis adiuuit spiri-
tum dñi: aut quis consiliari⁹ ei⁹ fuit
et ostendit illi? Cum quo inijt consili-
um ⁊ instruxit eum. ⁊ docuit eū semitā
iusticie. et erudiuit eum scientia: ⁊ viā
prudētie ostendit illi? Ecce gentes q̄si
stilla situle: et quasi momentū statere
reputate sunt. Ecce insule q̄si puluis
exiguus: et libanus non sufficiet ad
succendendū: ⁊ animalia eius nō suffi-
cient ad olocaustū. Omēs gentes q̄si
nō sint sic sunt corā eo: et quasi nichi-
lum ⁊ inane reputate sunt ei. Cui igit̄
similē fecistis deum: aut quā ymagi-
nem ponetis ei? Aūquid sculptile con-
flauit faber: aut aurifex auro figura-
uit illud. et lammis argenteis argēta-
rius? Forte lignū ⁊ imputribile elegit
artifex sapiens: querit quomō statu-
at simulacrū qd̄ nō moueatur. Aun-
quid non scietis? Aunquid nō audi-
stis? Aunquid nō ānunciatū ē vobis
ab inicio? Aunquid nō intellexistis
fundamenta terre? Qui sedet sup girū
terre: et habitatores ei⁹ sunt quasi lo-
custe. Qui extendit velut nichilū celos:
et expandit eos sicut tabernaculū ad
inhabitandū. Qui dat secretoꝝ scruta-
tores quasi non sint: iudices terre ve-
lut inane fecit. Et quidē neqꝫ plantat⁹
neqꝫ satus neqꝫ radicat⁹ in terra trun-
cus eoꝝ. Repente flauit in eos et arue-
runt: et turba quasi stipulam auferet
eos. Et cui assimilastis me. ⁊ adequa-
stis dicit sanctus? Leuate in excelsum
oculos vestros. et videte quis creauit
hec. Qui educit in numero militiam
eorū: et omnes ex nomine vocat. Pre
multitudine fortitudinis et roboris
virtutisqꝫ eius: neqꝫ unum reliquum
fuit. Quare dicis iacob et loq̄ris isra-
hel. abscondita ē via mea a domino:
et a deo meo iudiciū meum transiuit?
Aunquid nescis: aut non audisti?
Deus sempiternꝰ dñs: qui creauit ter-
minos terre: et non deficiet neqꝫ labo-
rabit: nec est inuestigatio sapientie e-
ius. Qui dat lasso virtutem: et hijs q̄
nō sūt: fortitudinē et robur mscīplicat.
Deficiēt pueri ⁊ laborabūt: et iuuenes
in infirmitate cadēt. Qui aūt sperant
ī dño mutabūt fortitudinē: assument
pēnas sicut aquile. currēt ⁊ nō labora-
bunt: ābulabūt et nō deficiēt. xli

Taceant ad me insule: et gentes
mutent fortitudinem. Accedāt
et tūc loquantur: simul ad iudicium
propinquem⁹. Quis suscitauit ab ori-
ente iustum: vocauit eum ut sequerēt
se? Dabit ī cōspectu ei⁹ gentes: ⁊ reges
obtinebit. Dabit q̄si puluerē gladio
ei⁹: sicut stipulā vento raptam arcui
ei⁹. Persequet̄ eos: trāsibit ī pace: semi-
ta in pedibꝫ ei⁹ nō apparebit. Quis hec
operat⁹ est et fecit: vocās generatōnes
ab exordio? Ego domin⁹: primus et

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0124
powered by DWork • Heidelberg University Library

nouissimus ego sū. Viderūt insule et
timuerūt: extrema terre obstupuerunt
appropīquauerūt: et accesserūt. Vnus-
quisq; ꝓximo suo auxiliatur: et fratri
suo dicet confortare. Cōfortabit faber
erarius ꝑcutiens malleo eū qui cude-
bat tūc temporis dicens: glutino bo-
num est: et confortabit eum clauis ut
nō moueatur. Et tu israhel serue meꝰ:
iacob quē elegi: semen abraham ami-
ci mei. in quo apprehendi te. Ab extre-
mis terre ⁊ a longinquis eius vocaui
te: ⁊ dixi tibi. Seruus meus es tu: elegi
te et non abieci te. Ne timeas quia te-
cum ego sum: ne declines: quia ego
deus tuus. Confortaui te et auxilia-
tus sum tibi: et suscepit te dextera iusti
mei. Ecce confundentur et erubescent
omnes qui pugnāt aduersū te. Erūt
quasi non sint: et peribūt viri qui con-
tradicunt tibi. Queres eos et nō inue-
nies viros rebelles tuos: et erunt q̄si
non sint ⁊ veluti cōsumptio hominis
bellantis aduersum te: quia ego dn̄s
deus tuus apprehendens manū tuā
dicensq; tibi. Ne timeas: ego adiuui
te. Noli timere vermis iacob: qui mor-
tui estis ex israhel. Ego auxiliatꝰ sum
tui dicit dominus: et redemptor tuus
sanctꝰ israhel. Ego posui te q̄si plau-
strum triturans nouū: habens rostra
serrantia. Et triturabis mōtes et con-
minues: et colles quasi puluerē pones.
Ventilabis eos et ventus tollet ⁊ tur-
bo dispget eos: et tu exultabis ī domi-
no: in sancto israhel letaberis. Egeni
et pauperes querūt aquas et non sūt:
lingua eoꝝ siti aruit. Ego dominus
exaudiā eos. deus israhel: nō derelin-
quam eos. Aperiā in supinis collibꝫ
flumina: et in medio camporꝫ fontes.
Ponam desertum in stagna aquarū:
et terram in viā in riuos aquarꝫ. Da-
bo in solitudinē cedrū: et spinam et
mirtum et lignū oliue. Ponā in deser-
to abietem vlmū ⁊ buxū simul ut vide-
ant et sciāt et recogitent et intelligant
pariter: quia manꝰ dn̄i fecit hoc: et san-
ctus isrl̄ creauit illud. Prope facite iu-
dicium vestrū dicit dominus: afferte si
quid forte habetis dixit rex iacob. Ac-
cedāt: et nūcient nobis quecunq; ven-
tura sunt. Priora que fuerūt nuncia-
te: et ponemꝰ cor nostrū et sciemus: no-
uissima eoꝝ et que ventura sunt indi-
cate nobis. Annunciate que ventura
sunt ī futurū: et sciemꝰ q̄a dij vos estis.
Bene quoq; aut male si potestis faci-
te: et loquamur et videamꝰ simul. Ec-
ce vos estis ex nichilo: et opus vestrū
ex eo qd̄ non est. Abominatio est qui
elegit vos. Suscitaui ab aquilone: et
veniet ab ortu solis. Vocauit nomen
meum: et adducet magistratus quasi
lutum: et velut plastes conculcās hu-
mum. Quis annūciauit ab exordio
ut sciamus: ⁊ a principio ut dicamꝰ
iustus es? Non est neq; annuncians
neq; p̄dicans: neq; audiens sermones
vestros. Primus ad syon dicet ecce as-
sum: et iherusalē euangelistā dabo. Et
vidi: ⁊ nō erat neq; ex istis quisq̄ q̄ ini-
ret cōsiliū ⁊ īterrogatꝰ respōderet verbū.
Ecce om̄es iniusti: et vana opera eoꝝ:
ventꝰ ⁊ inane simulacra eoꝝ. xlij.

Ecce seruus meus suscipiā eum: e-
lectus meus: cōplacuit sibi in il-
lo anima mea. Dedi spiritū meū sup
eum: iudiciū gentibꝫ ꝓferet. Non cla-
mabit neq; accipiet ꝑsonā: nec audie-
tur rex eius foris. Calamū quassatū
non conteret: et linū fumigans non
extinguet. In veritate educet iudiciū:
non erit tristis neq; turbulentꝰ donec



Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0125
powered by DWork • Heidelberg University Library

ponat in terra iudiciū: ⁊ legē ei⁹ insule
expectabūt. Hec dicit dominus deus
creans celos et extendens eos: firmās
terram ⁊ que germināt ex ea: dās fla-
tum ꝓplo qui est sup terrā. et spiritum
calcantibꝫ eam. Ego dominus voca-
ui te in iusticia: et apphendi manum
tuam: ⁊ seruaui te. Et dedi te in fedus
populi. in lucem gentiū: ut aperires o-
culos cecoꝝ ⁊ educeres de conclusione
vinctū: de domo carceris sedentes in
tenebris. Ego dn̄s: hoc est nomē meū.
Gloriā meā alteri nō dabo: et laudē
meā sculptilibꝫ. Que ꝑma fuerūt ecce
venerunt: noua q̄ ego ānuncio: ante-
q̄ oriātur audita vobis faciā. Cātate
dn̄o canticū nouū: laus eius ab extre-
mis terre. Qui descenditis in mare et
plenitudo eius insule et habitatores
earꝫ. Subleuetur desertum ⁊ ciuitates
eius: i domibus habitabit cedar. Lau-
date habitatores petre: de vertice mon-
tiū clamabūt. Ponent dn̄o gloriā:
et laudem eius in insulis nunciabūt.
Domin⁹ sicut fortis egredietur: sicut
vir preliator suscitabit zelū. Vocifera-
bitur et clamabit: sup inimicos suos
cōfortabitur. Tacui. semp silui: patiēs
fui: sicut parturiēs loquar. Dissipabo
et absorbebo simul: desertos faciā mon-
tes ⁊ colles: et omē gramē eoꝝ exsicca-
bo. Ponā flumina in insulas: et sta-
gna arefaciā. Et educā cecos in viā
quā nesciūt: et in semitis quas igno-
rauerūt ambulare eos faciā. Ponā
tenebras coram eis in lucē: et praua
in recta. Hec verba feci eis: et non de-
reliqui eos. Cōuersi sunt retrorsū. Con-
fundātur cōfusione qui confidunt in
sculptili: qui dicunt conflatili vos dij
nr̄i. Surdi audite: et ceci intuemini
ad videndū. Quis cec⁹ nisi seru⁹ me⁹:
et surdus nisi ad quē nuncios meos
misi? Quis cecus: nisi qui venundat⁹
est? Et quis cecus? Nisi seruus dn̄i?
Qui vides multa: nonne custodies?
Qui aptas habes aures: nōne audi-
es? Et dn̄s voluit ut sanctificaret eū ⁊
magnificaret legem et extolleret: ipse
aūt ꝓplus direptus et vastatus. Laque-
us iuuenū omnes simul: et in domi-
bus carcerū abscōditi sunt. Facti sunt
in rapinā nec est qui eruat: in direpti-
onem: nec est qui dicat redde. Quis ē
in vobis qui audiat hoc attendat et
auscultet futura? Quis dedit ī direpti-
onem iacob. et israhel vastantibus?
Nōne dn̄s ipse cui peccauim⁹? Et no-
luerūt in vijs eius ambulare: non au-
dierūt legem eius. Et effudit sup eum
indignationē furoris sui ⁊ forte bellū:
et combussit eū ī circuitu et nō cogno-
uit: et succēdit eū ⁊ nō ītellexit. xliij

Et nunc hec dicit domin⁹ creās te
iacob: et formās te israhel. No-
li timere quia redemi te: et vocaui te
nomine tuo. Meus es tu. Cum trāsie-
ris ꝑ aquas tecū ero: et flumina non
operiēt te. Cum ambulaueris in igne
non combureris: et flāma nō ardebit
in te: quia ego domin⁹ deus tuus san-
ctus israhel saluator tuus. Dedi ꝓpi-
ciationē tuā egiptū: et ethiopiam et
saba pro te. Ex quo honorabilis fact⁹
es in oculis meis et gloriosus: ego di-
lexi te. Et dabo homines pro te: ⁊ po-
pulos pro anima tua. Noli timere:
quia ego tecū sum. Ab oriēte adducā
semen tuū: et ab occidente cōgregabo
te. Dicam aquiloni da: ⁊ austro. noli
prohibere. Affer filios meos de lon-
ginquo: ⁊ filias meas ab extremis ter-
re. Et omnē qui inuocat nomē meū.
in gloriam meam creaui eū: formaui

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0126
powered by DWork • Heidelberg University Library

eum et feci eum. Educ foras populū
cecū ⁊ oculos habentem: surdū. et au-
res ei sunt. Omnes gentes congrega-
te sunt simul: et collecte sūt tribꝫ. Quis
in vobis annūciet istud: et que p̄ma
sūt audire nos faciet? Dēt testes eoꝝ
et iustificentur: et audiant et dicant.
Vere vos testes mei dicit dn̄s: ⁊ seruus
meus quē elegi: ut sciatis et credatis
michi. et intelligatis quia ego ip̄e sū.
Ante me non est formatus deus: et
post me nō erit. Ego sum ego sum do-
minus: et non est absq; me saluator.
Ego annunciaui et saluaui: auditū
feci: et non fuit in vobis alienus. Vos
testes mei dicit dominus: et ego deus.
Et ab inicio ego ipse: et non est qui de
manu mea eruat. Operabor: et quis a-
uertet illud? Hec dicit dn̄s redemptor
vester sanctus israhel. Propter vos e-
misi in babilonem: et detraxi vectes vni-
uersos: et chaldeos in nauibus suis
gloriantes. Ego dn̄s sanctꝰ vester: cre-
ans israhel: rex vester. Hec dicit dn̄s
qui dedit in mari viam: et in aquis
torrentibꝫ semitā. Qui eduxit q̄drigā
et equum: agmē et robustum. Simul
obdormierūt nec resurgent: cōtriti sūt
quasi linū: et extincti sunt. Ne memi-
neritis prioꝝ: ⁊ ātiqua ne intueamini.
Ecce ego facio noua. et nunc orient̄:
vtiq; cognoscetis ea. Ponā in deserto
viam: ⁊ in inuio flumina. Et glorifi-
cabit me bestia agri: dracones ⁊ stru-
tiones: quia dedi ī deserto aquas. flu-
mina in inuio: ut darem potū populo
meo electo meo. Populū istū formaui
michi: laudē meā narrabit. Non me
inuocasti iacob: nec laborasti in me
israhel. Non obtulisti michi arietem
olocausti tui: et victimis tuis nō glori-
ficasti me. Nō te seruire feci ī oblatōne:
nec laborem tibi p̄bui in thure. Non
emisti michi argento calamū: ⁊ adipe
victimaꝝ tuaꝝ nō inebriasti me. Verū-
tamen seruire me fecisti in peccatis tu-
is: p̄buisti michi laborem in iniquita-
tibus tuis. Ego sum. ego sum ipse. q̄
deleo iniquitates tuas ꝓpter me: ⁊ pec-
catoꝝ tuoꝝ nō recordabor. Reduc me
in memoriā et iudicemur simul: nar-
ra si quid habes ut iustificeris. Pater
tuus primus peccauit: et interp̄tes tui
preuaricati sunt in me. Et cōtamina-
ui pricipes sāctos: dedi ad internicionē
iacob: ⁊ isrl̄ ī blasphemiā. xliiij

Et nunc audi iacob serue meus:
et israhel quē elegi. Hec dicit do-
minus faciens ⁊ formans te: ab vtero
auxiliator tuus. Noli timere serue me-
us iacob: et rectissime quē elegi. Effun-
dam enim aquas sup̄ sitientem: et flu-
enta sup̄ aridā. Effundā spiritū meū
sup̄ semen tuū: et benedictionē meā su-
per stirpem tuā: et germinabunt inter
herbas quasi salices iuxta p̄terfluen-
tes aquas. Iste dicet dn̄i ego sum: et
ille vocabit in nomine iacob. Et hic
scribet manu sua domino: et in noīe
israhel assimilabitur. Hec dicit dn̄s
rex israhel ⁊ redemptor eius: dominꝰ
exercituū. Ego primus et ego nouissi-
mus: ⁊ absq; me nō est deus. Quis si-
milis mei? Vocet et annunciet: ⁊ or-
dinē exponat michi. Ex quo constitui
michi ꝑpl̄m antiquū: ventura ⁊ q̄ futu-
ra sunt ānuncient eis. Nolite timere:
neq; cōturbamini. Ex tunc audire te fe-
ci: et annunciaui. Vos estis testes mei.
Nunquid est deus absq; me. ⁊ forma-
tor quē ego nō nouerim? Plaste ydo-
li omnes nichil sunt: ⁊ amātissima e-
orū nō ꝓderūt eis. Ipsi sunt testes eoꝝ.
quia non vident neq; intelligunt: ut

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0127
powered by DWork • Heidelberg University Library

confundant. Quis formauit deum: ⁊
sculptile cōflauit ad nichil vtile? Ecce
omnes participes eius cōfundentur.
Fabri enim sunt ex hominibꝫ. Conue-
nient omnes: stabūt ⁊ pauebūt: ⁊ con-
fundent simul. Faber ferrarius lima o-
peratus est: in prunis ⁊ in malleis for-
mauit illud: et operatus est in brachi-
o fortitudinis sue. Esuriet et deficiet:
non bibet aquā et lassescet. Artifex li-
gnari⁹ extēdit normā: formauit illud
in runcina. Fecit illud ī angularibꝫ:
et ī circino tornauit illud: et fecit yma-
ginem viri quasi speciosum hominē
habitātem in domo. Succidit cedros:
tulit ilicem et quercū que steterat inter
ligna saltus. Plātauit pinū quā plu-
uia nutriuit: et facta est hominibꝫ in
focū. Sumpsit ex eis et calefactus est:
et succendit et coxit panes: de reliquo
autē operat⁹ est deū et adorauit: fecit
sculptile. et curuat⁹ est ante illud. Me-
dium eius combussit igni: de medio
eius carnes coxit. Comedit pulmentū
et saturatus ē: et calefactus est ⁊ dixit.
Vah calefact⁹ sum: vidi focū. Reliquū
autē eius. deū fecit ⁊ sculptile sibi. Cur-
uatur ante illud: et adorat illud ⁊ ob-
secrat dicens. Libera me: quia deus me-
us es tu. Nescierūt neq; intellexerunt.
Obliti enim sunt ne videāt oculi eoꝝ:
et ne intelligant corde suo. Non reco-
gitant in mente sua: neq; cognoscunt
neq; sentiūt ut dicant. Medietatē ei⁹
combussi igni: et coxi sup carbones e-
ius panes. Coxi carnes et comedi: et
de reliquo eius ydolum faciā? Ante
truncū ligni ꝓcidam? Pars ei⁹ cinis
est. Cor insipiens adorauit illud: et
non liberauit animā suā: neq; dicit
forte mendaciū est in dextera mea. Me-
mento hoꝝ iacob et israhel: quoniā
seruus me⁹ es tu. Formaui te: seruus
meus es tu. Israhel nō obliuiscaris
mei. Deleui ut nubē iniq̄tates tuas:
et quasi nebulā peccata tua. Reuertere
ad me: quoniā redemi te. Laudate celi
quoniā misericordiā fecit dn̄s: iubila-
te extrema terre. Resonate montes lau-
dationem: saltus et omne lignū eius.
Quoniā redemit dn̄s iacob: et israhel
gloriabitur. Hec dicit dn̄s redemptor
tuus: ⁊ formator tuus ex vtero. Ego do-
minus faciens omnia: extendens celos
solus. Stabiliens terrā et nullus me-
cū: irrita faciēs signa diuinoꝝ: ⁊ ario-
los ī furorē vertens. Cōuertēs sapiētes
retrorsū: et scientiā coꝝ stultā faciens.
Suscitās verbū serui sui: et consiliū
nūcioꝝ suoꝝ cōplēs. Qui dico ihrlm
habitaberis: et ciuitatibus iuda. edi-
ficabimini: et deserta eius suscitabo.
Qui dico profundo desolare: et flu-
mina tua arefaciam. Qui dico cyro
pastor me⁹ es: et omnē volūtatē meā
complebis. Qui dico iherusalem edi-
ficaberis: et tēplo fūdaberis. xlv

Hec dicit dn̄s cristo meo cyro cui⁹
app̄hendi dexteram ut subiciam
ante faciem eius gentes: et dorsa re-
gum vertā. Et aperiā corā eo ianuas:
et porte nō claudentur. Ego ante te i-
bo: ⁊ gloriosos terre humiliabo. Por-
tas ereas cōteram: ⁊ vectes ferreos con-
fringā. Et dabo tibi thesauros abscon-
ditos et archana secretoꝝ: ut scias q̄a
ego dn̄s. q̄ voco nomē tuū deus isra-
hel: propter seruū meū iacob ⁊ israhel
electū meū. Et vocaui te noīe tuo: as-
similaui te: et nō cognouisti me. Ego
domin⁹: et non est āplius. Extra me
non est deus. Accinxi te et nō cogno-
uisti me: ut sciant hij qui ab ortu solis.
et qui ab occidente quoniā absq; me

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0128
powered by DWork • Heidelberg University Library

non est deus. Ego dominꝰ et non est
alter: formãs lucem et creãs tenebras:
faciens pacem ⁊ creans malum. Ego
dominus faciens oĩa hec. Rorate
celi desuper et nubes pluant iustũ: aperiatur terra ⁊ germinet saluatorem: et
iustitia oriatur simul. ego dñs creaui
eũ. Ve qui cõtradicit factori suo: testa
de samijs terre. Numquid dicet luctum
figulo suo. qđ facis: et opꝰ tuũ absq; manibꝰ est? Ve qui dicit patri qđ generas: et mulieri quid parturis. Hec
dicit dñs sanctus israhel: plastes eiꝰ.
Ventura interrogate me: super filios
meos et sup opꝰ manuũ meaꝝ mandate michi. Ego feci terrã: ⁊ hominẽ super eam creaui. Ego et manus mee extenderũt celos: et omni militie eorum
mãdaui. Ego suscitaui eũ ad iustitiã:
⁊ omnes vias eius dirigam. Ipe edificabit ciuitatem meã: ⁊ captiuitatem
meã dimittet non in pcio neq; in muneribꝰ: dicit dñs deus exercituũ. Hec dicit dñs. Labor egipti et negociatio ethiopie ⁊ sabaim viri sublimes ad te trãsibunt ⁊ tui erũt: et post te ambulabũt.
Vinci manicis pgent: et te adorabunt teq; deprecabũtur. Tantũ in te est
deus: et non est deus absq; te. Vere tu
es deus abscondit⁹: deus israel saluator. Confusi sunt ⁊ erubuerũt omnes
simul: abierũt in confusione fabricatores errꝝ. Israhel saluatus est in domino salute eterna. Non cõfundemini ⁊ non erubescetis usq; in seculũ seculi: quia hec dicit dñs creãs celos. Ipe
deus formãs terrã ⁊ faciens eam: ipe
plastes eius. Non in vanũ creauit eã:
ut habitaretur formauit eam. Ego dominus: ⁊ non est alius. Non in abscõdito loco⁹ sũ: in loco terre tenebrosꝰ.
Non dixi semini iacob frustra: quite me.
Ego dominus loquens iustitiã: annunciãs recta. Congregamini ⁊ venite: et accedite simul qui saluati estis ex
gentibus. Nescierunt q̃ leuant lignũ
sculpture sue: et rogant dñm non saluantem. Nunciate ⁊ venite: ⁊ consiliamini simul. Quis auditũ fecit hoc?
Ab initio ex tunc pdixi illud. Nunqđ
non ego dominus: ⁊ non est ultra deus absq; me? Deus iustus et saluans
non est pter me. Conuertimini ad me
et salui eritis omnes fines terre: quia
ego deus ⁊ non est aliꝰ. In memetipo
iurauj. egredietur de ore meo iustitie
verbũ et non reuertetur: quia michi
curuabunt omne genu: et iurabit omnis lingua. Ego in domino dicet.
Ste sunt iustitie et imperiũ. Ad eum
venient: et confundentur omnes qui
repugnant ei. In domino iustificabit̃
et laudabit̃ oĩe semẽ israel. xlvj
Conflatus est bel cõtritus ẽ nabo:
facta sunt simulacra eoꝝ bestijs
et iumẽtis. Onera nostra graui pondere usq; ad lassitudinem cõtabuerũt:
et contrita sunt simul. Non potuerũt
saluare portantẽ: et anima eoꝝ in captiuitatem ibit. Audite me domus
iacob: et oĩe residuũ domꝰ israel. Qui
portamini a meo vtero: q̃ gestamini
a mea vulua. Usq; ad senectã ego ipe:
et usq; ad canos ego portabo. Ego feci et ego ferã: et ego portabo et saluabo. Cui assimilastis me ⁊ adequastis:
et comparastis me et fecistis similem?
Qui conferris aurũ de sacculo: ⁊ argẽtum statera ponderatis. Conducũt
artificem ut faciat deum: et produnt ⁊
adorant. Portant illum in humeris
gestantes: et ponentes in loco suo. Et
stabit: ac de loco suo nõ mouebitur.
Sed et cum clamauerint ad eum non



Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0129
powered by DWork • Heidelberg University Library

audiet: de tribulatione nō saluabit eos. Mementote istud ⁊ cōfundamini: redite p̄uaricatores ad cor. Recordamini p̄oris seculi quoniā ego sum deꝰ et nō est ultra deus: nec est similis mei annūcians ab exordio nouissimum: et ab inicio q̄ necdū facta sūt. Dicēs. cōsiliū meum stabit: ⁊ oīs volūtas mea fiet. Vocans ab oriente iustum: et de terra longinqua virū volūtatis mee. Et locutus sum ⁊ adducā illud: creaui et faciā illud. Audite me duro corde: qui longe estis a iusticia. Prope feci iusticiā meā: nō elōgabit: et salꝰ mea nō morabitur. Dabo i syon salutem: et israheli gloriā meā. xlvij

Descende: sede in puluere virgo filia babylon: sede in terra. Non est soliū filie caldeoꝝ: quia ultra non vocaberis mollis et tenera. Tolle molam et mole farinā: denuda turpitudinem tuā. Discooperi humerū: reuela crura: trāsi flumina. Reuelabit ignominia tua: et videbit obprobriū tuū. Vltionē capiā: et nō resistet michi homo. Redēptor noster dn̄s exercituū: nomen illiꝰ sanctꝰ israhel. Sede tacens ⁊ intra in tenebras filia chaldeoꝝ: quia non vocaberis ultra domina regnorum. Iratus sum sup̄ p̄plm meū: cōtaminaui hereditatem meā. Et dedi eos in manu tua: nō posuisti eis misericordias. Sup̄ senem aggrauasti iugum tuū valde: ⁊ dixisti. In sempiternū ero domina. Non posuisti hec sup̄ cor tuū: neq; recordata es nouissimi tui. Et nūc audi hec delicata · et habitans cōfidenter: que dicis i corde tuo ego sū: et nō ē preter me āplius. Non sedebo vidua: et ignorabo sterilitatem. Venient tibi duo hec subito in die vna: sterilitas et viduitas. Vniuersa venerunt super te propter multitudinē maleficiorū tuorum: et p̄pter duriciā incantatoꝝ tuorum vehementē. Et fiduciā habuisti in malicia tua: et dixisti. Non est qui videat me. Sapientia tua et scientia tua hec decepit te. Et dixisti in corde tuo. Ego sum: et p̄ter me non est altera. Veniet sup̄ te malū · et nescies ortum eiꝰ: et irruet sup̄ te calamitas quā nō poteris expiare. Veniet sup̄ te repente miseria quā nescies. Sta cū incātatoribus tuis ⁊ cum multitudine maleficioꝝ tuoꝝ in quibus laborasti ab adolescentia tua: si forte q̄d p̄sit tibi: aut si possis fieri fortior. Defecisti in multitudine cōsilioꝝ tuoꝝ. Stent et saluēt te augures celi qui contemplabantur sydera et supputabāt menses: ut ex eis ānunciarent vētura tibi. Ecce facti sūt q̄si stipula: ignis combussit eos. Nō liberabūt animā suā de manu flāme: nō sūt prune quibꝫ calefiāt: nec focꝰ ut sedeāt ad eū. Sic facta sūt tibi: i q̄buscunq; laboraueras. Negociatores tui ab adolescētia tua: vnusquisq; i via sua errauerūt: nō ē q̄ saluet te. xlviij

Audite hec domus iacob qui vocamini noīe israhel ⁊ de aquis iuda existis: qui iuratis in noīe dn̄i · et dei israhel recordamini: non in veritate neq; in iusticia. De ciuitate enim sancta vocati sunt: et sup̄ deū israhel cōstabiliti sunt. Dominꝰ exercituū nomen eius. Priora ex tunc annūciaui et ex ore meo exierūt: ⁊ audita feci ea: repente operatus sum et venerūt. Sciui enī quia durꝰ es tu: et neruus tuus ferreꝰ: ceruix tua et frōs tua erea. Predixi tibi ex tūc: anteq̄ venirent indicaui tibi: ne forte diceres ydola mea fecerūt hec: et sculptilia mea et cōflatilia mea mādauerunt ista. Que audisti vide omnia.

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0130
powered by DWork • Heidelberg University Library

Vos autem non annũciastis. Audi-
ta feci tibi noua ex tunc: et conseruata
que nescis. Modo creata sunt et non
ex tũc: et ante diem: et non audisti ea:
ne forte dicas ecce cognoui ea. Neq;
audisti neq; cognouisti: neq; ex tunc
apta est auris tua. Scio enim quia
p̄uaricãs p̄uaricaberis: ⁊ trãsgressorẽ
ex utero vocaui te. Propter nomen
meũ longe faciã furorem meũ: ⁊ laude
mea infrenabo te ne intereas. Ecce ex-
coxi te sed nõ quasi argentũ: elegi te in
camino paup̄tatis. Propter me ꝓpter
me faciã· ut non blasphemer: et glori-
am meã alteri nõ dabo. Audi me ia-
cob: ⁊ israhel quẽ ego voco. Ego ipse:
ego primus ⁊ ego nouissim⁹. Man⁹
quoq; mea fundauit terrã: et dextera
mea mensa ẽ celos. Ego vocabo eos:
et stabũt simul. Cõgregamini om̃es
vos et audite. Quis de eis annuncia-
uit hec? Dominus dilexit eum: faciet
voluntatẽ suã in babilone: et brachi-
um suũ in chaldeis. Ego ego locutus
sum et vocaui eum: adduxi eum: et di-
recta est via eius. Accedite ad me: ⁊ au-
dite hoc. Nõ a principio in abscõdito
locutus sum. Ex tempore anteq̄ fierẽt
ibi eram: et nũc dñs deus misit me et
spirit⁹ eius. Hec dicit dñs deus redem-
ptor tuus sanctus isrl'. Ego dñs deus
tuus docens te utilia: gubernãs te in
via qua ambulas. Utinã attendisses
mãdata mea. Facta fuisset sicut flumẽ
pax tua: et iusticia tua sicut gurgites
maris. Et fuisset quasi harena semen
tuum: et stirps uteri tui ut lapilli eius.
Non interisset et non fuisset attritum
nomen eius a facie mea. Egredimini
de babilone: fugite a chaldeis. In voce
exultationis ãnunciate: auditũ facite
hoc: et ferte illud usq; ad extrema terre.
Dicite. Redemit domin⁹ seruũ suũ ia-
cob. Non sitierũt in deserto cũ educeret
eos. Aquã de petra ꝓduxit eis: et scidit
petram et fluxerũt aque. Non est pax
impijs dicit dominus. xlix

Audite insule: et attendite ꝓpli de-
lõge. Dominus ab utero voca-
uit me: de vẽtre matris mee recordat⁹
est nominis mei. Et posuit os meum
quasi gladiũ acutũ: in umbra man⁹
sue ꝓtexit me: ⁊ posuit me sicut sagittã
electã. In pharetra sua abscondit me:
et dixit michi. Seruus me⁹ es tu isrl':
quia ĩ te glorificabor. Et ego dixi. In-
uacuum laboraui: sine causa ⁊ vane
fortitudinẽ meã cõsumpsi. Ergo iudi-
ciũ meũ cum dño: ⁊ opus meũ cũ deo
meo. Hec dicit dñs formãs me ex ute-
ro seruũ sibi: ut reducã iacob ad eum:
et isrl' ad eum cõgregabitur. Et glori-
ficat⁹ sum in oculis dñi: et deus meus
factus est fortitudo mea. Et dixit. Pa-
rum est ut sis michi seruus ad suscitã-
das tribꝫ iacob: ⁊ feces isrl' cõuertendas.
Ecce dedi te in lucem gentiũ: ut sis sa-
lus mea usq; ad extremũ terre. Hec di-
cit dñs· redemptor israhel· sanct⁹ ei⁹:
ad cõtẽptibilẽ animã ad abominatã
gentem ad seruũ dominoꝝ. Reges vi-
debũt et cõsurgent principes: ⁊ adora-
bunt ꝓpter dñm quia fidelis est: ⁊ san-
ctum isrl' q̄ elegit te. Hec dicit dñs. In
tempore placito exaudiui te: et in die
salutis auxiliat⁹ sum tui. Et seruaui
te et dedi te in fedus ꝓpli· ut suscitares
terrã et possideres hereditates dissipa-
tas: ut diceres hijs qui vincti sunt exi-
te: et hijs q̄ ĩ tenebris reuelamini. Su-
per vias pascentur: et in omnibꝫ pla-
nis pascua eoꝝ. Non esurient neq; si-
tient: et nõ ꝑcutiet eos estus et sol: q̄a
miserator eoꝝ reget eos· et ad fontes



Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0131
powered by DWork • Heidelberg University Library

aquaz potabit eos. Et ponã omnes montes meos in viã: et semite mee exaltabunt. Ecce isti delonge venient: et ecce illi ab aquilone et mari: et isti de terra australi. Laudate celi et exulter terra: iubilate mõtes laudẽ: quia consolatus est dñs ppłm suũ et pauperũ suorũ miserebitur. Et dixit Syon. Dereliquit me dñs: et dominꝰ oblitꝰ est mei. Numquid obliuiscꝫ potest mulier infantem suũ: ut nõ misereat filio uteri sui? Et si illa oblita fuerit: ego tamen nõ obliuiscar tui. Ecce in manibz meis descripsi te: muri tui coram oculis meis semp. Venerũt structores tui: destruentes te et dissipãtes a te egibũt. Leua in circuitu oculos tuos et vide: omnes isti cõgregati sunt: venerũt tibi. Viuo ego dicit dñs: quia omnibus hijs velut ornamento vestieris: et circũdabis tibi eos ꝯsi sponsa. Quia deserta tua et solitudines tue et tra ruine tue nũc anguste erũt pre habitatoribz: et lõge fugabunt qui absorbebãt te. Adhuc dicent in auribz tuis filij sterilitatis tue. Angustus est michi locus: fac spaciũ michi ut habitem. Et dices in corde tuo. Quis michi genuit istos? Ego sterilis et nõ pariens trãsmigrata et captiua: et istos quis enutriuit? Ego destituta et desolata: et isti ubi hic erãt? Hec dicit dñs deꝰ. Ecce leuabo ad gẽtes manum meã: et ad ppłos exaltabo signũ meũ. Et afferent filios tuos in ulnis: et filias tuas sup humeros portabũt. Et erũt reges nutricij tui: et regine nutrices tue. Vultu in terra demisso adorabũt te: et pulueꝛe pedũ tuoꝝ lingent. Et scies quia ego dñs: sup quo non confundent qui expectant eũ. Numqd tolletur a forti preda: aut qd captum fuerit a robusto saluum esse poterit? Quia hec dicit dñs. Etquidẽ et captiuitas a forti tolletur: et qd ablatũ fuerit a robusto saluabitur. Eos vero qui iudicauerũt te ego iudicabo: et filios tuos ego saluabo. Et cibabo hostes tuos carnibus suis: et quasi musto sanguine suo inebriabuntur. Et sciet omnis caro quia ego dominus saluans te: et redemptor tuus fortis iacob.

Hec dicit dñs. Quis est hic liber repudij matris vestre: quo dimisi eam? Aut quis est creditor meus: cui vendidi vos? Ecce in iniquitatibus vestris venditi estis et in sceleribz vestris dimisi matrem vrãm: quia veni et nõ erat vir: vocaui et nõ erat qui audiret. Numquid abbreuiata et paruula facta est manus mea ut nõ possim redimere: aut nõ est in me virtus ad liberandum? Ecce in increpatione mea deserta faciã mare: ponã flumina in siccum. Cõputrescet pisces sine aqua: et morient in siti. Induã celos tenebris: et saccũ ponã operimentũ eoꝝ. Dominꝰ dedit michi linguã eruditã: ut sciam sustentare eũ qui lassus est verbo. Erigit mane-mane erigit michi aurẽ: ut audiam quasi magistrũ. Dominus deus aperuit michi aurẽ: ego autem nõ cõtradico: retrorsum non abij. Corpus meũ dedi percutientibus et genas meas vellentibus: faciem meã nõ auerti ab increpantibus et conspuentibus dñs deus auxiliator meus: ideo non sum confusus. Ideo posui faciem meã ut petrã durissimã: et scio quoniã non cõfundar. Iuxta est qui iustificat me. Quis cõtradicit michi? Stemus simul. Quis est aduersarius meus? Accedat ad me. Ecce dñs deus auxiliator meus. Quis est qui cõdemnet me? Ecce omnes quasi vestimentũ cõterentur: tynea comedet eos.

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0132
powered by DWork • Heidelberg University Library

Quis ex vobis timens dñm audiens
voc̃ serui sui? Quis ambulauit in te-
nebris: et non est lumen ei? Speret in
nomine domini: et innitat sup deũ
suũ. Ecce vos oñes accendentes ignẽ:
accincti flāmis. Ambulate in lumi-
ne ignis vestri: et in flāmis quas suc-
endistis. De manu mea factũ est hoc
vobis. In doloribus dormietis.

Audite me q̃ sequimini qđ iustũ
est: et queritis dñm. Attendite
ad petrã unde excisi estis: et ad cauernã
laci de qua pcisi estis. Attendite ad a-
braham patrẽ vestrũ et ad saram que
peperit vos. Quia unũ vocaui eũ: et
benedixi ei: et multiplicaui eum. Cõso-
labitur ergo dñs syon: et cõsolabitur
omnes ruinas eius. Et ponet desertũ
eius quasi delicias: et solitudinẽ eius
quasi ortũ dñi. Gaudiũ et leticia inue-
nietur in ea: gratiarũ actio et vox lau-
dis. Attendite ad me pplus meus: et
tribus mea me audite. Quia lex a me ex-
ibit: et iudiciũ meũ in lucem pplorũ re-
quiescet. Prope est iustus meus: egressus
est saluator meus: et brachia mea po-
pulos iudicabunt. Me insule exspecta-
bunt: et brachiũ meũ sustinebũt leua-
te in celũ oculos vestros: et videte sub
terra deorsum. Quia celi sicut fumꝰ li-
quescent: et terra sicut vestimentũ atte-
retur: et habitatores eius sicut hec inte-
ibunt. Salus aũt mea in sempiternũ
erit: et iustitia mea non deficiet. Audi-
te me qui scitis iustũ: pplus meus lex me-
a in corde eorũ. Nolite timere obprobri-
um hominũ: et blasphemias eorũ ne
metuatis. Sicut enim vestimentũ sic
comedet eos vermis: et sicut lanã sic
deuorabit eos tinea. Salus aũt mea
in sempiternũ erit: et iustitia mea in ge-
nerationes generationum. Consurge
consurge: induere fortitudinẽ brachi-
um dñi. Consurge sicut in diebus anti-
quis: in generationibus seculorũ. Nun-
quid non tu percussisti superbum: vulne-
rasti draconẽ? Nũquid non tu siccasti mare: aquam abyssi vehementis?
Qui posuisti pfundũ maris viã: ut
transirent liberati. Et nũc q̃ redempti
sunt a dño reuertentur: et venient in sy-
on laudantes: et letitia sempiterna su-
per capita eorũ. Gaudiũ et letitiã tene-
bunt: fugiet dolor et gemitus. Ego ego
ipse cõsolabor vos. Quis tu ut timeres ab homine mortali et a filio ho-
minis: qui quasi fenũ ita aresces? Et
oblitus es domini factoris tui qui tetен-
dit celos et fundauit terrã: et formidasti
iugiter tota die a facie furoris eius q̃
te tribulabat: et parauerat ad pdendũ.
Vbi nũc est furor tribulantis? Cito ve-
niet gradiens ad aperiendũ: et non
interficiet usq; ad interitionẽ: nec de-
ficiet panis eius. Ego enim sum dñs
deus tuus qui conturbo mare et intu-
mescunt fluctus eius: dominus exercitũ
nomen meũ. Posui verba mea in
ore tuo: et in umbra manus mee ptexi te:
ut plantes celos et fundes terrã: et dicas
ad syon: pplus meus es tu. Eleuare eleua-
re: consurge hierlm: q̃ bibisti de manu
dñi calicẽ ire eius. Usq; ad fundũ cali-
cis soporis bibisti: et potasti usq; ad fe-
ces. Non est qui sustentet eã ex oñibus
filiis quos genuit: et non est qui appre-
hendat manũ eius ex omnibus filiis
quos enutriuit. Duo sunt q̃ occurre-
runt tibi. Quis contristabitur sup te?
Vastitas et cõtritio et fames et gladi-
us: quis cõsolabitur te? Filii tui pie-
ti sũt: dormierũt in capite omniũ viarũ
sicut bestia illaqueata: pleni indigna-
tione domini increpatione dei tui.



Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0133
powered by DWork • Heidelberg University Library

Idcirco audi hoc paupercula. et ebria
non a vino. Hec dicit dominator tu-
us dñs: ⁊ deus tuus qui pugnauit ꝓ
populo suo. Ecce tuli de manu tua
calicem soporis: fundum calicis indi-
gnationis mee. Non adicies ut bi-
bas illum vltra. Et ponam illum in
manu eorum qui te humiliauerunt ⁊
dixerunt anime tue incuruare ut trãs-
eamus: et posuisti ut terram corpus
tuũ: ⁊ quasi viam trãseuntibus. lij

Consurge consurge: induere for-
titudine tua syon. Induere vesti-
mẽtis glorie tue iherusalẽ ciuitas san-
cti quia non adiciet vltra ut ꝑtranse-
at per te incircũcisus ⁊ immũdus. Ex-
cutere de puluere: cõsurge sede ihrlm.
Solue vincula colli tui captiua filia
syon: q̃a hec dicit dñs. Gratis venũda-
ti estis: ⁊ sine argẽto redimimini. Qui-
a hec dicit dñs deꝰ. In egiptũ descendit
ꝓplus meus in principio ut colonus
esset ibi: et assur absq; vlla causa ca-
lumniatꝰ est eũ. Et nunc q̃d michi est
hic dicit dñs? Quoniã ablatꝰ ẽ ꝓplus
meꝰ gratis. Dominatores eiꝰ inique
agunt dicit dñs: ⁊ iugiter tota die no-
men meũ blasphemat̃. Propter hoc sci-
et ꝓplus meus nomen meũ in die illa:
quia ego ipe qui loquebar ecce assum.
Quã pulcri sup mõtes pedes ãnunci-
antis et p̃dicantis pacem: ãnuncian-
tis bonũ p̃dicantis salutem: dicentis
syon. Regnabit deus tuus. Vox specu-
latoꝝ tuoꝝ. Leuauerũt vocẽ: simul lau-
dabũt: quia oculo ad oculũ videbũt.
cum cõuerterit dñs syon. Gaudete et
laudate simul deserta iherusalẽ: quia
consolatus est dñs ꝓplm suũ: redemit
iherusalẽ. Parauit dñs brachiũ san-
ctum suũ ĩ oculis omniũ gentiũ: et vi-
debũt omnes fines terre salutare dei
nr̃i. Recedite recedite: exite inde: pollutũ
nolite tãgere. Exite de medio eiꝰ: mun-
damini qui ferris vasa dñi. Quoniã
non in tumultu exibitis: nec in fuga
properabitis. Precedet enim vos dñs:
et cõgregabit vos deus israhel. Ecce
intelliget seruus meꝰ: exaltabit̃ et eleua-
bitur: et sublimis erit valde. Sicut ob-
stupuerũt sup te multi: sic inglorius e-
rit ĩter viros aspectꝰ eiꝰ et forma eiꝰ ĩter
filios hm̃. Iste asꝑget gẽtes multas:
sup ipm cõtinebũt reges os suũ. Quia
quibꝫ nõ ẽ narratũ de eo videbunt: et q̃
non audierunt cõtemplati sũt. liij

Quis credidit auditui nostro: et
brachiũ dñi cui reuelatũ est? Et
ascendit sicut virgultũ corã eo: ⁊ sicut
radix de terra sitienti. Non est species
ei neq; decor. Et vidimus eum et non
erat aspectus: et desiderauimus eum
despectũ ⁊ nouissimũ viroꝝ: virũ dolo-
rum et scientem infirmitatẽ. Et q̃si ab-
sconditus vultus eiꝰ et despectus: vn-
de nec reputauimꝰ eum. Vere languo-
res nostros ipe tulit: et dolores nr̃os
ipse portauit. Et nos putauimꝰ eum
quasi leprosum: et ꝑcussum a deo et
humiliatũ. Ipse aũt vulneratꝰ ẽ ꝓpter
iniquitates nostras: attritus est ꝓpter
scelera nostra. Disciplina pacis nostre
sup eum: et liuore eius sanati sumus
Omnes nos q̃si oues errauimꝰ vnus-
quisq; in viã suã declinauit: ⁊ dñs po-
suit in eo iniquitatem omniũ nostrũ.
Oblatus est quia ipse voluit: et non
aperuit os suũ. Sicut ouis ad occisi-
onem ducetur: ⁊ quasi agnus coram
tondente obmutescet: ⁊ nõ aperiet os
suũ. De angustia et de iudicio subla-
tus est. Generationẽ eius quis enarra-
bit? Quia abscisus est de terra viuen-
tium. Propter scelus ꝓpli mei ꝑcussi

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0134
powered by DWork • Heidelberg University Library

rum. Et dabit impios ꝓ sepultura et diuite pro morte sua: eo q̄ iniquitatē non fecerit neq; dolus fuerit in ore ei⁹: et dñs voluit cōterere eū i infirmitate. Si posuerit pro peccato aiam suā videbit semen longeuū: et voluntas dñi in manu eius dirigetur. Pro eo q̄ laborauit anima ei⁹: videbit et saturabitur. In sciētia sua iustificauit ipse iustus seruus meus multos: et iniquitates eor ipe portauit. Ideo dispriā ei plurimos et fortiū diuidet spolia: ꝓ eo q̄ tradidit in mortē aiam suā: et cū sceleratis reputat⁹ ē. Et ipe pcā multor tulit: et ꝓ trāsgressoribus rogauit hm

Lauda sterilis que non paris: decanta laudē et hymni que nō paris: quoniā multi filij deserte magis q̄ eius que habet virum dicit dominus. Dilata locū tentorij tui: et pelles tabernaculor tuor extende ne parcas. Longos fac funiculos tuos: et clauos tuos cōsolida. Ad dextera enim et ad leuam penetrabis: et semen tuū gentes hereditabit: et ciuitates desertas inhabitabit. Noli timere quia non cōfunderis neq; erubescas. Non enim te pudebit quia confusionis adolescentie tue oblīuiscēris: et obprobrij viduitatis tue non recordaberis āplius. Quia dominabitur tui qui fecit te: dominꝰ exercituū nomē eius: et redemptor tuꝰ sanctus isrl deus omnis terre vocabitur. Quia ut mulierem derelictā et merentem spiritu vocauit te dñs: et uxorem ab adolescentia abiectā. Dixit deus tuus. Ad punctum in modico dereliqui te: et in miserationibz magnis cōgregabo te. In momento indignationis abscondi faciē meā parumper a te: et in misericordia sempiterna miserebor tui. Dixit redemptor tuꝰ dñs. Sicut in diebz noe istud michi est: cui iurauī ne inducerem aquas ultra super terrā: sic iurauī ut nō irascar tibi et nō increpē te. Montes enī cōmouebuntur et colles cōtremiscent: misericordia aūt mea nō recedet a te: et fedꝰ pacis mee non mouebitur. Dixit miserator tuus dñs. Paupercula tempestate conuulsa absq; vlla consolatione: ecce ego sternā per ordinem lapides tuos: et fundabo te in saphiris. Et ponam ialspidē ꝓpugnacula tua: et portas tuas in lapides sculptos: et oēs terminos tuos in lapides desiderabiles: oēs filios tuos doctos a domino: et multitudinē pacis filijs tuis: et iustitia fundaberis. Recede procul a calumnia quia nō timebis: et a pauore: qa nō appropiquabit tibi. Ecce accola veniet qui nō erat mecū: aduena quondā tuus adiūgetur tibi. Ecce ego creaui fabrum sufflantem in igne prunas: et proferentem vas in opus suū: et ego creaui interfectorē ad dispendū. Omne vas qđ factum est contra te non dirigetur: et omnē linguā resistentē tibi in iudicio iudicabis. Hec est hereditas seruorum domini: et iustitia eor apud me dicit dominꝰ. hm

Omnes sitientes venite ad aquas: et qui nō habetis argentū ꝓperate. Venite et cōedite: venite emite absq; argento: et absq; vlla cōmutatione vinum et lac. Quare appenditis argentum nō in panibz: et laborem vestrū nō in saturitate? Audite audientes me et comedite bonū: et delectabitur in crassitudine anima vestra. Inclinate aurem vestrā et venite ad me: audite et viuet anima vestra: et feriā vobiscū pactum sempiternū: misericordias dauid fideles. Ecce testem ppls dedi eū: duce

ac preceptorē gentibꝫ. Ecce gentē quā nescietas vocabis: et gentes q̄ non cognouerunt te ad te current ꝓpter dñm deū tuū ⁊ sanctū isrl: quia glorificauit te. Querite dñm dū inueniri potest: inuocate eū dū ꝓpe est. Derelinquat impius viam suam· ⁊ vir iniquus cogitationes suas: et reuertatur ad dñm ⁊ miserebitur eius: et ad deū nostrū quoniam multus est ad ignoscendū. Nō enim cogitationes mee cogitationes vestre: neq; vie vestre vie mee dicit dñs. Quia sicut exaltantur celi a terra sic exaltate sunt vie mee a vijs vr̄is: ⁊ cogitationes mee a cogitationibꝫ vestris. Et quomō descendit ymber et nix de celo ⁊ illuc vltra non reuertitur: sed inebriat terram et infundit eam et germinare eā facit et dat semen seminī et panem comedenti: sic erit verbū meū qđ egredietur de ore meo. Non reuertetur ad me vacuū: sed faciet quecūq; volui: et ꝓsperabitur in hijs ad q̄ misi illud. Quia in letitia egredieminī: et in pace deducemini. Montes ⁊ colles cātabūt coram vobis laudem: et oīa ligna regionis plaudēt manu. Pro salunca ascendit abies: et ꝓ urtica crescet mirtus. Et erit dominus nominatus in signū eternū: qđ non auferetur. Iuꝫ

Hec dicit dñs. Custodite iudiciū et facite iustitiā: quia iuxta ē salus mea ut veniat: et iustitia mea ut reuelet̄ur. Beatus vir qui facit hoc: et filius hoīs qui apprehendet istud: custodiens sabbatū ne polluat illud: custodiens manus suas ne faciat oīe malū. Et nō dicat filius aduene qui adheret dño dicens: separatione diuidet me dñs a ꝓplo suo. Et nō dicat eunuchus: ecce ego lignū aridū. Quia hec dicit dñs eunuchis q̄ custodierint sabbata mea: ⁊ elegerint que volui: et tenuerint fedus meū. Dabo eis in domo mea et in muris meis locū: et nomen melio⁹ a filijs et filiabus. Nomē sempiternū dabo eis: qđ nō peribit. Et filios aduene qui adherent domino ut colant eum ⁊ diligant nomē eius ut sint ei in seruos: omnē custodientem sabbatū ne polluat illud et tenentem fedus meū: adducā eos in mōtem sanctum meū· et letificabo eos in domo orationis mee. Holocausta eoꝝ ut victime eoꝝ placebūt michi sup altarī meo: qā domꝰ mea domꝰ orationis vocabit̄ cunctis ꝓplis. Dit dominus deus: qui cōgregat dispersos israel. Adhuc congregabo ad eum congregatos eius. Omnes bestie agri venite ad deuorandum: vniuerse bestie saltus. Speculatores eius ceci omnes: nescierūt vniuersi: canes muti nō valētes latrare: videntes vana· dormientes et amantes somnia: et canes impudentissimi nescierūt saturitatem. Ipsi pastores ignorauerunt intelligentiā: omnes in viā suā declinauerunt: unusquisq; ad auariciam suam a summo usq; ad nouissimum. Venite sumamus vinum et impleamur ebrietate: et erit sicut hodie sic et cras: et multo amplio⁹. Iuꝫ

ustus perit ⁊ nemo est qui recogiter in corde suo: et viri misericordie colliguntur: quia nō est qui intelligat. A facie enī malicie collectus ē iustus. Veniat pax: requiescat in cubili suo· q̄ ambulauit in directione sua. Vos aūt accedite huc filij auguratricis: semē adulteri et fornicarie sup quē lusistis: super quē dilatastis os· et eiecistis linguā: Nunqđ nō vos filij sceleti semē mendax: q̄ cōsolamini in dijs subter oīe lignū frondosū immolātes paruulos

in torrentibꝫ subter eminẽtes petras? In partibus torrentis pars tua: hec est sors tua. Et ipis effudisti libamẽ: obtulisti sacrificiũ. Nũquid sup hijs non indignabor? Sup mõtem excelsum et sublimẽ posuisti cubile tuũ: et illuc ascendisti ut immolares hostias. Et post ostiũ et retro postem posuisti memoriale tuũ: q̃a iuxta me discooperuisti et suscepisti adulterũ. Dilatasti cubile tuũ: ⁊ pepegisti cũ eis fedus. Dilexisti stratũ eoꝝ manu aperta: ⁊ ornasti te regio unguento: et multiplicasti pigmenta tua. Misisti legatos tuos procul: et humiliata es usq; ad inferos. In mſcitudine vie tue laborasti: non dixisti quiescã. Vitã manus tue inuenisti: ꝓpterea non rogasti. Pro quo sollicita timuisti: q̃a mentita es et mei nõ es recordata: neq; cogitasti in corde tuo quia ego tacens et quasi non videns. et mei oblita es. Ego annunciabo iusticiã tuã: et opera tua nõ proderũt tibi. Cũ clamaueris liberent te congregati tui. Et omnes eos auferet ventus: tollet aura. Qui aũt fiduciam habet mei hereditabit terrã: ⁊ possidebit mõtem sanctũ meũ: et dicã. Viam facite. p̃bere iter: declinate de semita: auferte offendicula de via ꝓpli mei. Quia hec dicit excelsus et sublimis habitans eternitatẽ et sanctũ est nomẽ eius: in excelso ⁊ in sancto habitans. ⁊ cum cõtrito et humili spiritu: ut viuificet spiritũ humiliũ ⁊ viuificet cor cõtritoꝝ. Nõ enim in sempiternũ litigabo neq; usq; ad finẽ irascar: quia spiritꝰ a facie mea egredietur et faciã ego flatus. Propter iniquitatẽ auaricie eius iratus sum: et ꝑcussi eum. Abscondi: et indignatus sum. Et abijt merens ĩ via cordis sui. Vias eiꝰ vidi ⁊ sanaui eum. et reduxi eum: et reddidi cõsolationes ipi et lugentibꝫ eius. Creaui fructum labioꝝ pacem: pacem ei qui longe est. et qui ꝓpe dixit dñs: et sanaui eum. Impij aũt quasi mare feruẽs qđ quiescere non potest: et redundãt fluctus eius ĩ cõculcationẽ ⁊ lutũ. Nõ est pax impijs dicit dñs meus. liiij

Clama. ne cesses: q̃si tuba exalta vocem tuã ⁊ annũcia ꝓplo meo scelera eorum: et domui iacob peccata eoꝝ. Me etenim de die in diem querũt et scire vias meas volũt: quasi gens que iusticiã fecerit: et q̃ iudiciũ dei sui non dereliquerit. Rogant me iudicia iusticie: appropinq̃re deo volũt. Quare ieiunauimꝰ ⁊ non aspexisti: humiliauimꝰ animas nr̃as et nescisti? Ecce in die ieiunij vestri inuenitur volũtas vestra: et omnes debitores vestros repetitis. Ecce ad lites et cõtentiones ieiunatis: ⁊ ꝑcutitis pugno impie. Nolite ieiunare sicut usq; ad hanc diem: ut audiatur in excelso clamor vester. Nũquid tale est ieiuniũ qđ elegi: ꝑ diem affligere hominẽ animam suam? Nũquid cõtorquere q̃si circulũ caput suũ: et saccũ et cinerẽ sternere? Nũquid istud vocaui ieiuniũ: ⁊ diẽ acceptabilẽ domino? Nõne hoc est magis ieiuniũ qđ elegi? Dissolue colligationes impietatis: solue fasciculos deprimentes. Dimitte eos qui cõfracti sunt liberos: et omne onus dirũpe. Frãge esuriẽti panẽ tuũ: et egenos vagosq; induc in domũ tuã. Cũ videris nudũ operi eũ: et carnẽ tuã ne despexeris. Tunc erumpet quasi mane lumẽ tuũ: et sanitas tua ciciꝰ orietur. Et anteibit faciẽ tuã iusticia tua: et gloria dñi colliget te. Tũc inuocabis ⁊ dñs exaudiet: clamabis. ⁊ dicet ecce assũ. Si abstuleris de medio

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0137
powered by DWork • Heidelberg University Library

tui cathenā: et desieris extendere digitū·
et loqui qd̄ nō ꝓdest. Cū effuderis esu-
rienti animā tuā· et animā afflictam
repleueris: orietur in tenebris lux tua:
et tenebre tue erūt sicut meridies. Et re-
quiē tibi dabit dn̄s deus tuus semꝑ:
et implebit splendoribꝫ animā tuam:
et ossa tua liberabit. Et eris q̄si ortus
irriguus: et sicut fons aquarꝫ cui⁹ nō
deficiēt aque. Et edificabūtur in te de-
serta seculorꝫ: fundamēta generatōnis
et generatōnis suscitabis. Et vocabe-
ris edificator sepiū: auertēs semitas i
quietem. Si auerteris a sabbato pedē
tuū facere voluntatē tuā in die sancto
meo: et vocaueris sabbatū delicatum
et sanctū domini gloriosum: et glori-
ficaueris eū dum nō facis vias tuas
et non inueniē volūtas tua ut loqua-
ris sermonē: tunc delectaberis sup do-
mino· et sustollam te sup altitudines
terre: et cibabo te hereditate iacob pr̄is
tui. Os enī dn̄i locutū est. lix

Ecce non est abbreuiata manus
domini ut saluare nequeat: neqꝫ
aggrauata est auris eius ut nō exau-
diat: sed iniquitates vestre diuiserunt
inter vos et deū vestrū: et peccata vr̄a
abscōderūt faciē eius a vobis ne exau-
diret. Manus enī vestre pollute sunt
sanguine: et digiti vr̄i iniquitate. La-
bia vr̄a locuti sunt mēdaciū: ⁊ lingua
vestra iniquitatem fatur. Non est qui
inuocet iusticiā· neqꝫ est qui iudicet ve-
re: sed confidūt in nichili: ⁊ loquūtur
vanitates. Conceperūt laborē: et pepe-
rerūt iniquitatē. Qua aspidū ruperūt:
et telas aranee texuerūt. Qui comederit
de ouis eorꝫ morietur: ⁊ qd̄ confotum
est erumpet in regulū. Tele eorꝫ nō erūt
in vestimentū: neqꝫ operient̄ operibus
suis. Opera eorꝫ opera inutilia: ⁊ op⁹
iniquitatis in manibꝫ eorꝫ. Pedes eorꝫ
in malū currūt: et festināt ut effundāt
sanguinē innocentem. Cogitationes
eorꝫ cogitationes inutiles. Vastitas ⁊
contritio in vijs eorꝫ: viam pacis nesci-
erunt: et nō est iudiciū in gressibus eo-
rum. Semite eorꝫ incuruate sunt eis:
om̄is qui calcat in eis ignorat pacē.
Propter hoc elōgatū est iudiciū a vo-
bis: et nō apprehendet vos iusticia. Ex-
pectauimus lucē ⁊ ecce tenebre: splendo-
rem: et in tenebris ambulauim⁹. Pal-
pauim⁹ sicut ceci parietē: ⁊ quasi absqꝫ
oculis attrectauimus. Impegimus
meridie quasi in tenebris: in caligosis
quasi mortui. Rugiemus quasi ursi o-
mnes: ⁊ quasi colūbe meditātes geme-
mus. Expectauim⁹ iudiciū ⁊ nō est: sa-
lutē ⁊ elōgata ē a nobis. Multiplica-
te sūt enī iniquitates nr̄e corā te: et pec-
cata nr̄a respōderūt nobis. Quia scele-
ra nostra nobiscū: et iniquitates nr̄as
cognouimus· peccare et mentiri cōtra
dominū: ⁊ auersi sum⁹ ne iremus post
tergū dei nr̄i ut loq̄remur calūniam
et transgressionē. Concepim⁹ et locuti
sumus de corde verba mēdacij: ⁊ con-
uersum ē retrorsum iudiciū: et iusticia
longe stetit. Quia corruit in platea ve-
ritas: et equitas nō potuit ingredi. Et
facta est veritas in obliuione: et qui re-
cessit a malo prede patuit. Et vidit do-
minus et malū apparuit in oculis ei⁹:
quia nō est iudiciū. Et vidit de⁹ quia
non est vir: et aporiatus est quia nō
est qui occurrat. Et saluabit sibi bra-
chiū suū: et iusticia ei⁹ ipsa cōfirmabit
eum. Indutus est iusticia ut lorica: et
galea salutis in capite eius. Indutus
est vestimētis vltionis: et opertus est
quasi pallio zeli sicut ad vindictam:
quasi ad retributionē indignationis

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0138
powered by DWork • Heidelberg University Library

hostibus suis. et vicissitudinē inimicis suis. Insulis vicem reddet. Et timebūt qui ab occidente. nomen dñi: et qui ab ortu solis gloriam eius. Cum venerit quasi fluuius violentus quē spiritus dñi cogit: et venerit syon redemptor: et eis qui redeunt ab iniquitate in iacob dicit dñs. Hoc fedus meū cū eis dicit dñs. Spiritꝰ meꝰ qui ē in te ⁊ verba mea. que posui in ore tuo. nō recedent de ore tuo. ⁊ de ore seminis tui dicit dñs: amodo ⁊ usq; in sempiternum. lx

Surge illuminare iherusalē quia venit lumē tuū: et gloria dñi super te orta ē. Quia ecce tenebre operiēt terrā. et caligo ꝓplos: sup te autē oriet dominus: et gloria eius in te videbit. Et ambulabūt gentes ī lumine tuo: et reges in splendore ortus tui. Leua ī circuitu oculos tuos et vide: omnes isti congregati sunt: venerūt tibi. Filij tui de lōge veniēt et filie tue de latere surgent. Tūc videbis ⁊ afflues ⁊ mirabit ⁊ dilatabit cor tuū: quādo cōuersa fuerit ad te multitudo maris: fortitudo gentiū venerit tibi. Inundatio camelorꝫ operiet te: dromedarij madian et effa. Omnes de saba veniēt aurū et thus deferentes: et laudem dño annūciantes. Omne pecus cedar cōgregabit tibi: arietes nabaioth ministrabūt tibi. Offerentur sup placabili altari meo: ⁊ domū maiestatis mee glorificabo. Qui sunt isti qui ut nubes volāt: et quasi colūbe ad fenestras suas? Me enī insule expectabūt ⁊ naues maris ī principio: ut adducā filios tuos de longe. Argentū eorꝫ et aurū eorꝫ cum eis nomini dñi dei tui et sancto israhel: quia glorificauit te. Et edificabūt filij peregrinorꝫ muros tuos: et reges eorꝫ ministrabūt tibi. In indignatione enim mea ꝑcussi te: et in recōciliatione mea misertus sum tui. Et aperientur porte tue iugiter: die ac nocte nō claudētur: ut afferat ad te fortitudo gentiū et reges earꝫ adducātur. Gens enim et regnū qd nō seruierit tibi peribit: et gentes solitudine vastabuntur. Gloria libani ad te veniet: abies et buxus et pinus simul ad ornādū locū sanctificationis mee: et locū pedū meorꝫ glorificabo. Et veniēt ad te curui filij eorꝫ qui humiliauerūt te: et adorabūt vestigia pedū tuorꝫ omnes qui detrahebant tibi: et vocabūt te ciuitatem dñi syon sancti israhel. Pro eo qꝫ fuisti derelicta ⁊ odio habita et non erat q̄ per te transiret: ponā te in supbiā seculorū: gaudiū in generationē ⁊ generationē. Et suges lac gentiū: et mamilla regū lactaberis. Et scies quia ego dominus saluās te: et redemptor tuus fortis iacob. Pro ere afferā aurꝫ. et pro ferro afferam argentū: et pro lignis es: ⁊ pro lapidibus ferrum. Et ponam visitationem tuā pacem: ⁊ ꝓpositos tuos iusticiam. Non audietur vltra iniquitas in terra tua. vastitas et contritio in terminis tuis: et occupabit salus muros tuos: et portas tuas laudatio. Nō erit tibi amplius sol ad lucendū ꝑ diē: nec splēdor lune illuminabit: sed erit tibi dñs in lucem sempiternam: et deus tuus in gloriam tuā. Non occidet vltra sol tuus et luna tua non minuetur: quia dominus erit tibi in lucem sempiternā: et cōplebuntur dies luctus tui. Populus autem tuꝰ omnes iusti in perpetuū hereditabunt terrā: germen plātationis mee: opus manus mee ad glorificandū. Minimꝰ erit in mille: et paruulꝰ ī gētē fortissimā. Ego dñs: in tpe eiꝰ. subito faciā istud. lxi



Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0139
powered by DWork • Heidelberg University Library

Spiritus domini super me: eo q̄ unxerit me. Ad annūciandum mansuetis misit me: ut mederet cōtritis corde et p̄dicarem captiuis indulgentiam et clausis apertionē: ut p̄dicarē annū placabilē dño et diē vltionis deo nostro: ut cōsolarer omēs lugentes: ut ponerem fortitudinē lugentibus syon: ⁊ darem eis coronā pro cinere: oleum gaudij pro luctu: palliū laudis pro spiritu meroris. Et vocabūtur in ea fortes iusticie: plātatio dñi ad glorificandū. Et edificabūt deserta a seculo: et ruinas ātiquas erigēt: ⁊ instaurabūt ciuitates desertas ⁊ dissipatas in generationē et generationē. Et stabunt alieni ⁊ pascent pecora vestra: et filij peregrinoꝝ agricole et vinitores vestri erūt. Vos aūt sacerdotes dñi vocabimini: ministri dei nostri dicet̄ vobis. Fortitudinē gentiū comedetis: et in gloria eoꝝ sup̄bietis. Pro cōfusione vestra duplici ⁊ rubore: laudabunt partem eoꝝ. Propter hoc in terra sua duplicia possidebūt: leticia sempiterna erit eis. Quia ego dñs diligens iudiciū: et odio habens rapinā in olocaustū. Et dabo opus eoꝝ in veritate: et fedus p̄petuū feriā eis. Et scietur in gentibꝫ semen eoꝝ: et germē eoꝝ in medio p̄ꝑsorū. Omnes qui viderint eos cognoscent illos: quia isti sunt semen cui benedixit dñs. Gaudens gaudebo in dño: ⁊ exultabit anima mea in deo meo. Quia induit me vestimentis salutis: ⁊ indumento iusticie circundedit me: q̄si sponsum decoratū corona et quasi spōsam ornatā monilibꝫ suis. Sicut enim terra p̄fert germē suū: et sicut ortus semen suum germinat: sic dominus deꝰ germinabit iusticiam et laudē corā vniuersis gētibus. lxii

Propter syon non tacebo et p̄pter ihesusalē nō quiescā: donec egrediatur ut splendor iustus eius: et saluator eius ut lampas accendatur. Et videbūt gentes iustū tuū: et cūcti reges inclitū tuū. Et vocabitur tibi nomen nouū: qd̄ os dñi nominauit. Et eris corona glorie in manu dñi: et dyadema regni in manu dei tui. Non vocaberis vltra derelicta: et terra tua nō vocabit̄ amplius desolata. Sed vocaberis voluntas mea in ea: et terra tua inhabitabit̄. Quia cōplacuit dño in te: et terra tua inhabitabit̄. Habitabit enī iuuenis cū virgine: et habitabūt in te filij tui. Et gaudebit spōsus sup̄ sponsam: et gaudebit sup̄ te deꝰ tuus. Super muros tuos ihesusalē constitui custodes: tota die ⁊ tota nocte in p̄petuū non tacebunt. Qui reminiscimini dñi ne taceatis: ⁊ ne detis silentium ei: donec stabiliat et donec ponat ihesusalē laudē in terra. Iurauit dñs in dextera sua: et in brachio fortitudinis sue. Si dedero triticū tuū vltra cibū inimicis tuis: et si biberint filij alieni vinū tuū in quo tu laborasti. Quia qui congregabūt illud comedēt et laudabūt dominū: et q̄ cōportāt illud bibēt ī atriis sanctis meis. Trāsite trāsite p̄ portas: p̄parate viā p̄ꝑso. Planū facite iter: et eligite lapides: ⁊ eleuate signū ad p̄ꝑsos. Ecce dñs auditū fecit in extremis terre. Dicite filie syon ecce saluator tuꝰ venit: ecce merces eiꝰ cū eo et opus eiꝰ corā illo et vocabunt eos populus sanctus redempti a dño. Tu autem vocaberis quesita ciuitas ⁊ nō derelicta. lxiii

Quis est iste q̄ venit de edom tinctis vestibꝫ de bosra? Iste formosus in stola sua: gradiens in multitudine fortitudinis sue. Ego q̄ loquor

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0140
powered by DWork • Heidelberg University Library

iusticiā: et ꝓpugnator sū ad saluandum. Quare ergo rubrū est indumentum tuū: et vestimenta tua sicut calcātium ī torculari? Torcular calcaui solus: et de gentibꝫ nō est vir mecū. Calcaui eos in furore mea: et conculcaui eos in ira mea. Et aspsus est sanguis eorꝫ sup vestimenta mea: et omnia indumenta mea inquinaui. Dies enim vltionis in corde meo: annꝰ retributionis mee venit. Circūspexi et nō erat auxiliator: quesiui: et non fuit qui adiuuaret. Et saluauit michi brachium meū: et indignatō mea ipa auxiliata est michi. Et conculcaui ꝑsos in furore meo: ⁊ inebriaui eos indignatione mea: et detraxi in terrā virtutem eorum. Miserationū dñi recordabor: laudē dñi sup omībꝫ q̄ reddidit nobis dñs: et sup multitudinē bonorꝫ domꝰ isrl' que largitus est eis scdm indulgentiam suā et scdm multitudinē misericordiarꝫ suarꝫ. Et dixit. Verūtamē ꝑsus meus est: filij non negantes. Et factꝰ est eis saluator: in omni tribulatione eorꝫ non ē tribulatꝰ: et āgelus faciei eius saluauit eos. In dilectione sua et ī indulgentia sua ipse redemit eos: et portauit eos ⁊ eleuauit eos cunctis diebus seculi. Ipsi aūt ad iracundiam prouocauerūt: et afflixerūt spiritū sancti eius. Et cōuersus ē eis in inimicū: et ipe debellauit eos. Et recordatꝰ est dierꝫ seculi: moysi et ꝑsi sui. Vbi ē qui eduxit eos de mari cū pastoribus gregis sui? Vbi est q̄ posuit ī medio eius spiritū sancti sui? Qui eduxit ad dexteram moysen brachio maiestatis sue: qui scidit aquas ante eos: ut faceret sibi nomē sempiternū. Qui eduxit eos per abissos quasi equū in deserto nō impingentē: quasi animal in campo descendens. Spiritus dñi ductor eius fuit. Sic adduxisti ꝑsm tuū: ut faceres tibi nomē glorie. Attende de celo: et vide de habitaculo sancto tuo: et glorie tue. Vbi est zelus tuꝰ et fortitudo tua? Multitudo viscerū tuorū et miserationum tuarꝫ sup me cōtinuerunt se. Tu enim pater noster: et abraham nesciuit nos: et isrl' ignorauit nos. Tu dñe pater noster: redemptor noster: a seculo nomē tuū. Quare errare nos fecisti domine de vijs tuis: indurasti cor nostrum ne timeremꝰ te? Cōuertere ꝓpter seruos tuos: tribꝫ hereditatis tue. Quasi nichilū possiderūt ꝑsm sanctū tuū hostes nostri: conculcauerūt sanctificationē tuā. Facti sumꝰ quasi in principio cū nō dñareris nr̄i: neqꝫ inuocaretur nomē tuū sup nos. lxiiij

Vtinam dirūperes celos et descenderes. A facie tua mōtes defluerent: sicut exustio ignis tabescerent atqꝫ arderent igni: ut notū fieret nomen tuū inimicis tuis: a facie tua gentes turbarentur. Cum feceris mirabilia nō sustinebimꝰ. Descendisti: et a facie tua mōtes defluxerūt. A seculo nō audierūt: neqꝫ auribus ꝑceperūt. Oculus non vidit deus absqꝫ te: que ꝑparasti expectantibus te. Occurristi letanti et facienti iusticiā: in vijs tuis recordabūtur tui. Ecce tu iratus es ⁊ peccauimꝰ: in ipis fuimꝰ semꝑ: ⁊ saluabimur. Et facti sumꝰ ut immūdi omnes nos: et quasi pannꝰ menstruate vniuerse iusticie nr̄e. Et cecidimꝰ quasi foliū vniuersi: et iniquitates nostre q̄si ventus abstulerūt nos. Non est qui inuocet nomē tuū: qui consurgat et teneat te. Abscondisti faciē tuā a nobis: et allisisti nos in manu iniquitatis nostre. Et nūc domine pater noster es tu: nos

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0141
powered by DWork • Heidelberg University Library

vero lutum: et fictor noster tu: et opera
manuū tuarū omnes nos. Ne irasca-
ris dñe satis: ⁊ ne vltra memineris in-
iquitatis nostre. Ecce respice: ppls tu⁹
omēs nos. Ciuitas sancti tui facta ē
deserta: syon deserta facta est. Iherusa-
lem desolata: dom⁹ sanctificationis
nostre ⁊ glorie nostre vbi laudauerūt
te patres nostri facta est in exustionē i-
gnis: et omnia desiderabilia nostra
versa sunt in ruinas. Nūquid super
hijs continebis te dñe: tacebis et affli-
ges nos vehementer? Quesierunt me
qui ante non interrogabant: inuene-
runt qui non quesierunt me. lxv

Dixi. Ecce ego: ecce ego ad gentem
que non minorabat nomē me-
um. Expādi man⁹ meas tota die ad
ppl'm incredulū: qui graditur in via
nō bona post cogitationes suas. Po-
pulus qui ad iracundiā ꝓuocat me
ante faciem meā semp: qui immolant
in ortis et sacrificāt sup lateres. qui ha-
bitant in sepulcris et in delubris ydo-
lorū dormiūt: qui comedūt carnē suil-
lam. ⁊ ius ꝓfanū in vasis eorū: qui di-
cunt recede a me nō appropīquas mi-
chi q̄a immūdus es: isti fum⁹ erūt ī fu-
rore meo: ignis ardēs tota die. Ecce
scriptū est corā me. Nō tacebo: sed red-
dam et retribuā in sinu eorū iniquita-
tes vestras et iniquitates patrū vestro-
rum simul dicit dñs. q̄ sacrificauerūt
sup mōtes ⁊ sup colles exprobrauerūt
michi: et remetiar opus eorū primū in
sinu eorū. Hec dicit dñs. Quomō si in-
ueniat̄ granū in botro et dicat̄ ne dis-
sipes illud quoniā benedictio est: sic fa-
ciam ꝓpter seruos meos ut non disp-
dam totū. Et educam de iacob semē:
et de iuda possidentem montes meos.
Et hereditabunt eam electi mei: et serui
mei habitabūt ibi. Et erunt cāpestria
in caulas gregū: et vallis achor in cu-
bile armentorū ppl'o meo qui requisie-
runt me. Et vos q̄ dereliquistis dñm
qui obliti estis montē sanctū meū qui
ponitis fortune mensam et libatis su-
per eā. numerabo vos in gladio. et o-
mnes ī cede corruetis: pro eo qd̄ voca-
ui et nō respōdistis michi. locut⁹ sum
et nō audistis: et faciebatis malū in o-
culis meis. ⁊ que nolui elegistis. Pro-
pter hoc hec dicit dñs de⁹. Ecce serui mei
comedent: et vos esurietis. Ecce serui
mei bibent: ⁊ vos sitietis. Ecce serui mei
letabūtur: ⁊ vos confundemini. Ecce
serui mei laudabunt pre exultatione
cordis: et vos clamabitis pre dolo-
re cordis et pre cōtritione spiritus vlu-
labitis: et dimitteris nomē vestrū ī iu-
ramentū electis meis. Et interficiet te
dñs deus: et seruos suos vocabit no-
mine alio. In quo qui benedictus est
sup terrā: benedicetur ī dño amen. Et
qui iurat in terra: iurabit in deo amē.
Quia obliuioni tradite sunt āgustie
priores: et quia abscondite sunt ab o-
culis nr̄is. Ecce enī ego creo celos no-
uos: et terrā nouā: ⁊ nō erūt in memo-
ria priora et non ascendēt sup cor: sed
gaudebitis et exultabitis usq; ī sempi-
ternū in hijs que ego creo. Quia ecce e-
go creo iherusalē exultationē et ppl'm e-
ius gaudiū: et exultabo in iherusalē et
gaudebo in ppl'o meo: et nō audietur
in eo vltra vox fletus et vox clamoris.
Non erit ibi amplius infans dierū et
senex qui nō impleat dies suos: quo-
niam puer centū annorū morietur: et
peccator centū annorū maledictus erit.
Et edificabūt domos ⁊ habitabunt: et
plantabūt vineas ⁊ comedent fruct⁹
earū. Nō edificabūt et ali⁹ habitabit:

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0142
powered by DWork • Heidelberg University Library

nō plantabūt et aliꝰ comedet. Scd̄m
enim dies ligni erunt dies ꝓpli mei: et
opera manuū eoꝝ inueterabūt. Electi
mei nō laborabunt frustra: neqꝫ gene-
rabūt in conturbatione: quia semen
benedictoꝝ dn̄i est et nepotes eoꝝ cum
eis. Eritqꝫ anteq̄ clament ego exaudi-
am: adhuc illis loquentibꝫ ego audi-
am. Lupus ⁊ agnus pascentur simul:
et leo et bos comedent paleas: et ser-
penti puluis panis eius. Non noce-
bunt neqꝫ occident: in omni monte
sancto meo dicit dominus. lxvi

Hec dicit dn̄s. Celū sedes mea est:
et terra scabellū pedū meoꝝ. Que
est ista domꝰ quā edificabitis michi:
et quis iste locus requietionis mee?
Omnia hec manus mea fecit: et facta
sunt uniuersa ista dicit dn̄s. Ad quē
aūt respiciā: nisi ad pauperculū et con-
tritū spiritu et trementem sermones me-
os? Qui immolāt bouem: quasi qui
interficiat virum. Qui mactat pecus:
quasi qui excerebret canē. Qui offert
oblationem: quasi qui sanguinē suil-
lum offerat. Qui recordatur thuris:
quasi qui benedicat ydolo. Hec om̄ia
elegerūt in vijs suis: et in abominati-
onibus suis anima eoꝝ delectata est.
Unde et ego eligam illusiones eorū.
et que timebant adducā eis: quia vo-
caui et non erat qui respōderet: locutꝰ
sum et nō audierūt. Fecerūtqꝫ malum
in oculis meis: ⁊ que nolui elegerunt.
Audite verbū dn̄i: qui tremitis ad ver-
bum eius. Dixerūt fratres vestri odiē-
tes vos: et abicientes ꝓpter nomē meū.
Glorificet̄ dn̄s: et videbimꝰ in leticia
vestra: ipi aūt cōfundent̄. Vox ꝓpli de
ciuitate: vox de templo: vox domini
reddentis retributionem inimicis su-
is. Anteq̄ parturiret peperit: anteq̄
veniret partus eiꝰ peperit masculum.
Quis audiuit unq̄ tale: ⁊ quis vidit
huic simile? Aūquid parturiet terra
in die una aut parietur gens simul:
quia parturiuit et peperit syon filios
suos? Aūquid ego qui alios parere
facio: ipe nō pariā dicit dn̄s? Si ego
qui generationē ceteris tribuo sterilis
ero: ait dn̄s deus tuus? Letamini cū
iherusalē: et exultate in ea omnes qui
diligitis eam. Gaudete cū ea gaudio
uniuersi qui lugetis sup eā: ut sugatis
et repleamini ab ubere cōsolationis e-
ius: ut mulgeatis et delicijs affluatis
ab omnimoda gloria eius. Quia hec
dicit dn̄s. Ecce ego declinabo sup eam
quasi fluuiū pacis: ⁊ quasi torrentem
inundātem gloriā gentiū quā sugetis.
Ad ubera portabimini: ⁊ sup genua
blandient̄ vobis. Quomō si cui ma-
ter blandiatur ita ego cōsolabor vos:
et in iherusalē consolabimini. Videbi-
tis et gaudebit cor vestrū: et ossa vr̄a
q̄si herba germinabunt. Et cognoscet̄
manꝰ dn̄i seruis eiꝰ: et indignabit̄ ini-
micis suis. Quia ecce dn̄s i igne veni-
et: et quasi turbo quadriga eiꝰ. reddere
in indignatione furorem suū: et incre-
pationē suā in flāma ignis. Quia in
igne dn̄s diiudicabit: et i gladio suo
ad omnē carnē: ⁊ multiplicabūtur in-
terfecti a dn̄o. Qui sanctificabātur et
mundos se putabūt i ortis post ianu-
am intrinsecus: qui comedebāt carnē
suillā et abominationē et murem: si-
mul consumētur dicit dn̄s. Ego autē
opera eoꝝ et cogitatōnes eoꝝ inuenio
ut cōgregē cū om̄ibꝫ gentibꝫ et liguis:
et veniēt ⁊ videbūt gloriā meā. Et po-
nam in eis signū: et mittā ex eis q̄ sal-
uati fuerint ad gentes in mare i affri-
cam in lidiam. tenentes sagittam in



Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0143
powered by DWork • Heidelberg University Library

italiam ⁊ greciā ad insulas lōge: ad
eos qui non audierunt de me et non
viderūt gloriā meā. Et annūciabūt
gloriā meā gentibꝫ: et adducēt omēs
fratres vestros de cunctis gentibꝫ do-
num dño in equis et in quadrigis et
in lecticis ⁊ in mulis et in carrucis ad
mōtem sanctū meū iherusalē dicit do-
minus: quomō si inferant filij israhel
munus in vase mundo in domū do-
mini. Et assumā ex eis ī sacerdotes ⁊
leuitas dicit dñs: quia sicut celi noui
et terra noua que ego facio stare corā
me dicit dñs: deus sic stabit semen ve-
strum ⁊ nomē vestrū. Et erit mensis ex
mense: et sabbatū ex sabbato. Veniet
omnis caro: ut adoret corā facie mea
dicit dñs. Et egredientur: et videbūt ca-
dauera virorꝫ qui p̄uaricati sunt ī me.
Vermis eorꝫ nō morietur: et ignis eorꝫ
non extinguetur: et erūt usqꝫ ad satie-
tatē visionis omī carni. Incipit
prologus in libro iheremie

Iheremias ꝓpheta cui hic ꝓlogus scri-
bitur: sermone quidē apud hebreos ysaia
et osee ⁊ quibusdā alijs ꝓphetis videtur
esse rusticior: sed sensibꝫ par est: quippe
qui eodem spiritu ꝓphetauerit. Porro
simplicitas eloquij de loco ei in quo
natus est accidit. Fuit enim anatho-
tites q̄ est usqꝫ hodie viculꝰ tribꝫ ab ihe-
rosolimis distās milibus: sacerdos ex
sacerdotibus ⁊ in matris vtero sancti-
ficatus: virginitate sua euangelicum
virū cristi ecclesie dedicās. Hic vatici-
nare exorsus ē puer: ⁊ captiuitatē vrbis
atqꝫ iudee non solū spiritu · sed et ocu-
lis carnis intuitus est. Iam decem tri-
bus israhel assyrij ī medos trāstulerāt:
iam terras earꝫ coloni gentiū posside-
bant. Vnde ī iuda tantū et ī beniamin
propheta uit: et ciuitatis sue ruinas
q̄druplici plāxit alphabeto: qd̄ nos
mensure metri versibusqꝫ reddidimus.
Preterea ordinē visionum qui apud
grecos et latinos omnino cōfusus est
ad pristinā fidē correximꝰ. Librū aūt
baruch notarij eius · qui apud hebre-
os nec legitur nec habetur p̄termisimꝰ:
pro hijs omnibꝫ maledicta ab emulis
p̄stolantes: quibus me necesse est per
singula opuscula respōdere. Et hoc pa-
tior: quia vos cogitis. Ceterū ad com-
pendiū mali rectius fuerat modū furo-
ri eorū silentio meo ponere: q̄ quoti-
die noui aliquid scriptitantem inui-
dorꝫ insaniam prouocare. Explicit
ꝓlogus Incipit liber iheremie ·i·

Verba iheremie ꝓphete filij
helchie de sacerdotibꝫ q̄ fu-
erūt in anathoth in terra
beniamin. Quod factū ē
verbū dñi ad eū ī diebꝫ iosie filij amos
regis iuda in terciodecimo āno regni
eius: et factum est in diebus ioachim
filij iosie regis iuda usqꝫ ad consūma-
tionē vndecimi āni sedechie filij iosie
regis iuda usqꝫ ad trāsmigrationem
iherusalem in mense quinto. Et factū
est verbū dñi ad me dicēs. Prius q̄ te
formarē ī vtero noui te: ⁊ anteq̄ exires
de vulua sanctificaui te: et propherā
in gentibꝫ dedi te. Et dixi. A a a dñe
deus. Ecce nescio loqui: q̄a puer ego sū.
Et dixit dñs ad me. Noli dicere quia
puer sū: quoniā ad omnia q̄ mittam
te ibis: et vniuersa quecūqꝫ mādauero
tibi loqueris. Ne timeas a facie eorꝫ:
quia ego tecū sum ut eruā te dicit dñs.
Et misit dñs manū suā: et tetigit os
meum: et dixit ad me. Ecce dedi verba
mea in ore tuo: ecce constitui te hodie
sup gentes et sup regna ut euellas et
destruas ⁊ dispdas ⁊ dissipes: ⁊ edifices

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0144
powered by DWork • Heidelberg University Library

et plātes. Et factū ē verbū dñi ad me
dicens. Quid tu vides iheremia? Et
dixi. Virgā vigilātem ego video. Et
dixit dñs ad me. Bene vidisti: quia vi-
gilabo ego sup verbū meū ut faciam
illud. Et factum est verbū dñi scdo ad
me dicens. Quid tu vides? Et dixi. Ol-
lam succensam ego video: et faciem
eius a facie aquilonis. Et dixit dñs
ad me. Ab aquilone pandetur omē
malum sup omnes habitatores terre.
Quia ecce ego cōuocabo omēs cogna-
tiones regnoꝝ aquilonis dicit dñs: ⁊
venient ⁊ ponent vnusquisq; solium
suū ī introitu portaꝝ ihcrusalē et sup
omnes muros eius in circuitu et sup
vniuersas vrbes iuda. Et loquar iu-
dicia mea cū eis sup omnē maliciam
eoꝝ qui dereliquerūt me et libauerunt
dijs alienis: ⁊ adorauerūt opus ma-
nuū suaꝝ. Tu ergo accinge lūbos tuos
et surge: ⁊ loquere ad eos omnia que
ego p̄cipio tibi. Ne formides a facie e-
orū: nec enim timere te faciā vultū eoꝝ.
Ego quippe dedi te hodie in ciuitatem
munitam et ī columnā ferreā · et ī mu-
rum ereū sup omnē terrā regibus iuda
principibus eius ⁊ sacerdotibꝫ · ⁊ omī
populo terre: et bellabunt aduersum
te et non preualebunt: quia ego te-
cum sum ait dominꝰ ut liberē te. ¶
Et factum est verbū dñi ad me di-
cens. Vade ⁊ clama in auribus
ihcrusalē dicens. Hec dicit dñs. Recor-
datus sum tui miserās adolescentiā
tuam et caritatem despōsationis tue
quādo secuta es me in deserto: ī terra
que nō seminat̄. Sanctꝰ israhel dño:
primitie frugū eius. Omnes qui deuo-
rant eū delinquēt: mala venient sup
eos dicit dñs. Audite verbū dñi do-
mus iacob: et omnes cognationes
domus israhel. Hec dicit dñs. Quid
inuenerūt patres vestri in me iniquita-
tis quia elōgauerūt a me et ābulaue-
runt post vanitatē et vani facti sūt?
Et nō dixerūt vbi ē dñs qui ascende-
re nos fecit de terra egipti: qui tradu-
xit nos per desertū per terrā inhabita-
bilē et inuiā · p terrā sitis et ymaginē
in ortis: per terrā in qua nō ambula-
uit vir neq; habitauit hmo. Et indu-
xi vos in terrā carmeli: ut comederetis
fructū eiꝰ et optima illius. Et ingressi
contaminastis terrā meā: et hereditatē
meā: posuistis in abominationē. Sa-
cerdotes nō dixerūt vbi est dñs: ⁊ tenē-
tes legem nescierūt me: et pastores pre-
uaricati sunt in me. Et ꝓphete ꝓpheta-
uerūt in baal: ⁊ ydola secuti sunt. Pro-
pterea adhuc iudicio contendā vobis-
cum ait dñs: et cum filijs vestris disce-
ptabo. Trāsite ad insulas cethim et vi-
dete: et ī cedar mittite et cōsiderate vehe-
menter: ⁊ videte si factū ē huiuscemodi.
si mutauit gens deos suos: ⁊ certe ipsi
nō sūt dij. Populus vero meꝰ muta-
uit gloriā suā ī ydolū. Obstupescite ce-
li sup hoc: et porte eiꝰ desolamini ve-
hementer dicit dñs. Duo enī mala fe-
cit ꝓpl̄s meus. Me dereliquerūt fontē
aque viue: et foderūt sibi cisternas dis-
sipatas que cōtinere nō valent aquas.
Nunquid seruus est israhel aut verna-
culus? Quare ergo factꝰ est ī p̄dam?
Sup eū rugierūt leones et dederūt vo-
cem suā: posuerūt terrā eius ī solitudi-
nem. Ciuitates eius exuste sunt: et nō
est qui habitet in eis. Filij q̄; nempheos
et daphneos constuprauerūt te us-
q; ad verticē. Nūquid nō istud factū ē
tibi: quia dereliquisti dñm deum tuū eo
tempore quo ducebat te p viam? Et
nunc q̄d tibi vis ī via egipti: ut bibas



Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0145
powered by DWork • Heidelberg University Library

aquā turbidā? Et q̄d tibi cū via assiri-
orꝫ: et ut bibas aquā fluminis? Argu-
et te malicia tua: ⁊ aūsio tua īcrepabit
te. Scito ⁊ vide q̄a malū et amarꝫ ē re-
liquisse te dn̄m deum tuū: et nō esse ti-
morem eius apud te dicit dn̄s deus
exercituū. A seculo confregisti iugum
meū: rupisti vincula mea et dixisti. Nō
seruiā. In om̄i enī colle sublimi ⁊ sub
om̄i ligno frōdoso tu prosternabaris
meretrix. Ego aūt plātaui te vineā ele-
ctam: om̄e semē verꝫ. Quomō ergo con-
uersa es ī prauū vinea aliena? Si la-
ueris te nitro ⁊ multiplicaueris tibi her-
bamborith: maculata es ī iniquitate tu-
a corā me dicit dn̄s deꝰ. Quomō di-
cis nō sum polluta: post baalim nō
ambulaui? Vide vias tuas in cōual-
le: scito quid feceris. Cursor leuis expli-
cans vias tuas: onager assuetus ī so-
litudine: in desiderio anime sue attra-
xit ventū amoris sui. Nullus auertet
eam. Omnes qui querūt eā nō defici-
ent: in menstruis eius inuenient eam
Prohibe pedē tuū a nuditate: ⁊ guttur
tuū a siti. Et dixisti. Desperaui: nequa-
q̄ faciā. Adamaui quippe alienos: ⁊
post eos ambulabo. Quomō cōfun-
ditur fur quādo dep̄henditur sic con-
fusi sunt domus israhel: ipi ⁊ reges e-
orū principes et sacerdotes et ꝓphete
eorū: dicentes ligno pater meꝰ es tu:
et lapidi tu me genuisti. Verterūt ad
me tergū et non faciē: et in tēpore affli-
ctionis sue dicent: surge et libera nos.
Vbi sūt dij tui quos fecisti tibi? Sur-
gant et liberent te: in tempore afflictio-
nis tue. Secundū numerū quippe ciui-
tatum tuarꝫ erant dij tui iuda. Quid
vultis mecū iudicio cōtendere? Om̄es
dereliquistis me dicit dominus. Fru-
stra percussi filios vr̄os: disciplinam
non receperunt. Deuorauit gladius
vester ꝓphetas vestros: q̄si leo vastatur
generatio vestra. Videte verbum dn̄i.
Nunquid solitudo factꝰ sum israheli:
aut terra serotina? Quare ergo dixit
ꝑplus meus: recessimus. non veniemꝰ
vltra ad te? Nūquid obliuiscetur vir-
go ornamenti sui: aut spōsa fascie pe-
ctoralis sue? Populus vero meus ob-
litus est mei diebꝫ innumeris. Quid
niteris bonā ostendere viam tuā: ad
querendā dilectionē? Que insup ⁊ ma-
licias tuas docuisti vias tuas: et in a-
lis tuis inuentꝰ est sanguis animarꝫ
pauperū ⁊ innocentū. Non ī fossis in-
ueni eos: sed in omnibus q̄ supra me-
moraui. Et dixisti. Absq; peccato et
innocens ego sum: et ꝓpterea auertat̄
furor tuus a me. Ecce ego iudicio con-
tendā tecum: eo q̄ dixeris non peccaui.
Quā vilis facta es nimis: iterans vi-
as tuas. Et ab egipto confunderis: si-
cut cōfusa es ab assur. Nam ⁊ ab ista
egredieris et manꝰ tue erūt sup caput
tuū: quoniā obtriuit dominꝰ cōfiden-
tiā tuā: ⁊ nichil habebis ꝓsperū. iij

Vulgo dicit̄. Si dimiserit vir vxo-
rem suā et recedēs ab eo duxerit
virū alterꝫ: nunq̄d reuertet̄ ad eā vltra?
Nūquid nō polluta erit ⁊ contamina-
ta mulier illa? Tu aūt fornicata es cū
amatoribus multis: tamen reuertere
ad me dicit dn̄s. Leua oculos tuos ī
directū: et vide vbi nō ꝓstrata sis. In
vijs sedebas expectās eos quasi latro
insidiās ī solitudine: ⁊ polluisti terrā
in fornicatōnibus tuis et in malicijs
tuis. Quāobrem prohibite sunt stille
pluuiarꝫ: et serotinus ymber non fuit.
Frons mulieris meretricis facta ē tibi:
noluisti erubescere. Ergo saltī amodo
voca me pater meꝰ: dux virginitatis

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0146
powered by DWork • Heidelberg University Library

mee tu es. ℣Nunquid iracundieris in perpetuū: aut ꝑseuerabis in finem? ℣Ecce locuta es et fecisti mala: et ꝓtuisti. ℣Et dixit dominꝰ ad me ī diebus iosie regis. ℣Nunq̄d vidisti que fecerit auersatrix israhel? ℣Abiit sibimet super omnem montem excelsum et sub omni ligno frondoso: et fornicata est ibi. ℣Et dixi cum fecisset hec omnia. ad me reuertere: et nō est reuersa. ℣Et vidit ꝓuaricatrix soror eiꝰ iuda q̄a pro eo ꝙ mechata esset auersatrix israhel dimisissem eam et dedissem ei libellū repudij: et nō timuit ꝓuaricatrix iuda soror eiꝰ. sed abiit et fornicata est etiā ipa: et facilitate fornicationis sue cōtaminauit terram: et mechata ē cum lapide et ligno. ℣Et in omnibꝫ hijs non est reuersa ad me. ꝓuaricatrix soror eius iuda ī toto corde suo: sed ī mendacio ait dñs. ℣Et dixit dñs ad me. Justificauit aiam suā auersatrix israhel cōparatione ꝓuaricatricis iude. ℣Vade et clama hmones istos contra aquilonē et dices. ℣Reuertere auersatrix israhel ait dñs et non auertam faciē meā a vobis: q̄a sanctꝰ ego sum dicit dñs: et non iracundar in ppetuū. ℣Verūtamen scito iniquitatem tuā: quia in dñm deū tuū ꝓuaricata es. ℣Et dispersisti vias tuas alienis sub omni ligno frondoso: et vocem meā non audisti ait dñs. ℣Conuertimini filij reuertentes dicit dñs: quia ego vir vester. ℣Et assumā vos. vnū de ciuitate et duos de cognatione: et introducā vos in syon. ℣Et dabo vobis pastores iuxta cor meū: et pascent vos scientia et doctrina. ℣Cumq̄ multiplicati fueritis et creueritis in terra in diebꝫ illis ait dominus nō dicent vltra archa testamēti dñi: neq̄ ascendet sup cor neq̄ recordabūtur illiꝰ: nec visitabitur nec fiet vltra. ℣In tempore illo vocabūt ihrusalē solium dñi: et cōgregabūtur ad eā omnes gentes in nomine dñi in ihrusalē: et nō ambulabūt post prauitatem cordis sui pessimi. ℣In diebus illis ibit domus iuda ad domū israhel: et venient simul de terra aquilonis ad terrā quā dedi patribꝫ vestris. ℣Ego aūt dixi. ℣Quomō ponā te in filios: et tribuā tibi terrā desiderabilē hereditatē ꝓlarā exercituū gentiū? ℣Et dixi. Patrē vocabis me: et post me ingredi nō cessabis. ℣Sed quomō si cōtemnat mulier amatorē suū: sic contempsit me domꝰ israhel dicit dñs. ℣Vox in vijs audita est ploratus et vlulatus filiorꝫ israhel: quoniam nunq̄ fecerūt viam suā: obliti sunt dominī dei sui. ℣Conuertimini filij reuertētes: et sanabo auersiones vras. ℣Ecce nos venimus ad te. Tu enī es dñs deus noster. ℣Vere mendaces erāt colles et multitudo mōtiū. ℣Vere in domino deo nostro salus israhel. ℣Confusio comedit laborē patrū vestrorꝫ ab adolescentia nra: greges eorꝫ et armēta eorꝫ: filios eorꝫ et filias eorꝫ. ℣Dormiem⁹ in confusione nra et operiet nos ignominia nostra: quoniā dño deo nro peccauimus nos et patres nostri ab adolescentia nostra usq̄ ad diem hanc: et non audiuim⁹ vocē dñi dei nostri. ℣Si reuertaris ad me israhel ait dominus: ad me cōuertere. ℣Si abstuleris offendicula tua a facie mea nō commoueberis. ℣Et iurabis viuit dominus in veritate et in iudicio et in iustitia: et benedicent ei gētes ipm⁹q̄ laudabūt. ℣Hec enī dicit dñs viro iude et habitatori ihrlm. ℣Nouate vobis nouale: et nolite serere sup spinas. ℣Circūcidimini dño: et auferte ꝓputia cordiū vrorum viri iuda et habitatores ihrusalē:

ne forte egrediat ut ignis indignatio
mea et succendatur et nō sit qui extin-
guat. Oīa autem hec mala venient
propter malicia cogitationū vestrarū.
Annūtiate in iuda et in ihrlm
auditum facite: loquimini et canite tu-
ba in terra: clamate fortiter et dicite. Con-
gregamini et ingrediamur ciuitates
munitas: leuate signum in syon. Con-
fortamini nolite stare: quia malum
ego adduca ab aquilone et contritio-
nem magnam. Ascendit leo de cubili
suo: et predo gentiū se leuauit. Egres-
sus est de loco suo: ut ponat terrā tuā
in desolationem. Ciuitates tue vasta-
buntur: remanentes absq; habitatore.
Super hoc accingite vos cilicijs: plan-
gite et ululate: quia nō est auersa ira
furoris dñi a vobis. Et erit in die illa
dicit dñs peribit cor regis et cor prin-
cipum: et obstupescēt sacerdotes: et pro-
phete cōsternabūtur. Et dixi. Heu heu
heu dñe deus. Ergo ne decepisti popu-
lum istū et ihrlm dicēs: pax erit vo-
bis: Et ecce puenit gladi⁹ usq; ad ani-
mam. In tempore illo dicet pplo huic
et ihrlm uentus urens in uijs q̄ sūt
in deserto: uie filie pplī mei nō ad ven-
tilandū et ad purgandū. Spīrit⁹ ple-
nus ex hijs veniet michi. Et nūc ego:
sed loquar iudicia mea cum eis. Ecce
quasi nubes ascendet: et quasi tempe-
stas currus eius. Velociores aquilis
equi illius. Ve nobis: quoniā vastati
sumus. Laua a malicia cor tuū ihru-
salem: ut salua fias usquequo mora-
būtur in te cogitationes noxie? Vox
enī annūtiātis a dan: et nouū facietis
ydolū de mōte ephraim. Dicite gēib⁹.
Ecce auditū est in ihrlm: custodes veni-
re de terra longinqua: et dare super ciui-
tates iude vocem suā. Quasi custodes
agroꝝ facti sunt super eam i gyro: quia
me ad iracūdiā prouocauit dicit do-
minus. Vie tue et cogitationes tue fece-
runt hec tibi. Ista malicia tua quia a-
mara: quia tetigit cor tuū. Venter me-
um ventrem meū doleo: sensus cordis
mei turbati sunt in me. Non tacebo:
quoniā vocē buccine audiuit anima
mea: clamorē prelij. Contritio super con-
tritionem vocata ē: et vastata ē oīs
terra. Repente vastata sunt tabernacu-
la mea: subito pelles mee. Usquequo
videbo fugientem: audiā vocē buccine?
Quia stultus pplus meus me non co-
gnouit: filij insipientes sunt et vecordes.
Sapientes sunt ut faciāt mala: bene
autē facere nescierūt. Aspexi terrā et ecce
vacua erat et nichil: et celos et nō erat
lux in eis. Vidi mōtes et ecce mouebān-
tur: et oēs colles cōturbati sunt. In-
tuitus sum et nō erat homo: et oīe vo-
latile celi recessit. Aspexi et ecce carmel⁹
desert⁹: et oēs urbes eius destructe sūt a
facie dñi et a facie ire furoris eius. Hec
enī dicit dñs. Deserta erit oīs terra:
sed tamen cōsumationē nō faciā. Lugē-
bit terra: et merebūt celi desup: eo q̄ lo-
cutus sum. Cogitaui et non penituit
me: nec auersus sum ab eo. A voce e-
quitis et mittētis sagittā fugit oīs
ciuitas. Ingressi sunt arduā: et ascen-
derunt rupes. Vniuerse urbes derelicte
sunt: et non habitat in eis homo. Tu
autē vastata quid facies? Cum vestie-
ris te coccino: cū ornatu fueris monili
aureo et pingeris stibio oculos tuos:
frustra componetis. Contempserūt me
amatores tui: animā tuam querunt.
Vocem enim quasi parturientis au-
diui: et angustias ut puerpere. Vox
filie syon inter morientes expandentes
manus suas. Ve michi: qa defecit

Biblioteca Apostolica Vaticana © RESERVED
Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0148
powered by DWork • Heidelberg University Library

anima mea propter interfectos. V
Circuite vias ierusalē et aspicite:
et cōsiderate et querite in plateis
eius. an inueniatis virū facientem iu-
diciū. et querentem fidem: et propitius e-
ro ei. Quod si etiā viuit dns dixerint:
et hoc falso iurabunt. Domine oculi
tui respiciūt fidē. Percussisti eos et nō
doluerūt: attriuisti eos et renuerunt
accipere disciplinā. Indurauerūt facies
suas supra petrā: et noluerūt reuerti.
Ego aūt dixi. Forsitan pauperes sunt
et stulti: ignorātes viā dñi et iudiciū
dei sui. Ibo ergo ad optimates et lo-
quar eis. Ipsi enim cognouerūt viam
dñi: iudiciū dei sui. Et ecce magis hi
simul cōtregerūt iugū: ruperūt vincula.
Idcirco percussit eos leo de silua: lup⁹
ad vesperā vastauit eos: pard⁹ vigilās
sup ciuitates eorū. Omnis qui ingredi-
tur fuerit ex eis capietur: quia multe
sunt preuaricationes eorū: confortate sūt
auersiones eorū. Super quo propitius
esse potero? Filii tui dereliquerūt me: et
iurant in his qui nō sunt dii. Saturaui
eos et mechati sunt: et in domo me-
retricis luxuriabātur. Equi amatores
in feminas: et emissarii facti sūt: unus-
quisq; ad uxorē proximi sui hinniebat.
Nūquid super his non visitabo dicit
dns: et in gente tali nō vlciscetur ani-
ma mea? Ascendite muros eius et dis-
sipate: consummationē aūt nolite face-
re. Auferte pagines eorū: quia non
sunt dni. Preuaricatione enim preuaricata
est in me dom⁹ israhel et dom⁹ iuda
ait dns. Negauerūt dnm: et dixerunt.
Non est ipse: neq; veniet super nos ma-
lum: gladiū et famē non videbimus.
Prophete fuerūt in ventū locuti: et re-
spōsum nō fuit in eis. Hec ergo eueni-
ent illis. Hec dicit dns deus exercituū.
Quia locuti estis verbū istud: ecce ego
do verba mea in ore tuo in ignem et
populum istū in ligna: et vorabit eos. Ecce
ego adducā super vos gentem de lōgin-
quo domus israhel ait dns: gentē ro-
bustā gentem antiquā gentem cuius
ignorabis linguā: nec intelliges quid
loquat. Pharetra eius quasi sepulcrum
patens: uniuersi fortes. Et comedet se-
getes tuas et panē tuū deuorabit: filios
tuos et filias tuas comedet: gregē
tuū et armēta tua: et comedet vineam
tuā et ficū tuā: et conteret vrbes muni-
tas tuas in quibus tu habes fiduciā
gladio. Verūtamē in diebs illis ait do-
minus nō faciam vos in consūmatio-
nem. Quod si dixeritis quare fecit do-
minus deus noster nobis hec omnia:
dices ad eos. Sicut dereliquistis me et
seruistis deo alieno in terra vestra: sic
seruietis dijs alienis in terra nō vestra.
Annūciate hec domui iacob: et audi-
tum facite in iuda dicentes. Audi po-
pule stulte qui nō habes cor: qui haben-
tes oculos nō videtis: et aures et non
audietis. Me ergo non timebitis ait
dns: a facie mea nō dolebitis? Qui
posui arenam terminū mari: preceptū
sempiternū quo nō preteribit: et cōmoue-
buntur et nō poterunt: et intumescent
fluctus eius et nō transibūt illud. Po-
pulo aūt huic factū est cor incredulū et
exasperās. Recesserūt et abierunt: et nō
dixerunt in corde suo. Metuamus dnm
deū nostrū qui dat nobis pluuiā tem-
poraneā et serotinā in tempore suo:
plenitudinē anne messis custodiemē
nobis. Iniquitates nre declinauerūt
hec: et peccata nostra prohibuerūt bonū
a nobis: qa inuenti sunt in populo meo
impij insidiātes quasi aucupes: laqueos
ponētes et pdicas ad capiēdos viros.

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0149
powered by DWork • Heidelberg University Library

sicut decipula plena auibꝫ: sic domus eorꝫ plene dolo. Ideo magnificati sũt et ditati: incrassati sunt et impinguati: et pterierũt sermones meos pessime. Causam vidue nõ iudicauerunt: causam pupilli nõ direxerũt: et iudicium pauperũ nõ iudicauerũt. Nũquid super hijs nõ visitabo dicit dñs: aut super gentem huiusmodi nõ vlciscetur anima mea? Stupor et mirabilia facta sunt in terra. Prophete phetabãt mendaciũ: et sacerdotes applaudebãt manibꝫ suis: et pplꝰ meꝰ dilexit talia. Quid igit fiet in nouissimo eiꝰ?

VI

Confortamini filij beniamin in medio iherusalẽ: et in thecua clangite buccina: et super bethacarem leuate vexillũ: quia malũ visum est ab aquilone et contricio magna. Speciosę et delicate assimilaui filiã syon: ad eam venient pastores et greges eorꝫ. Fixerũt in ea tentoria in circuitu: pascet vnusquisqꝫ eos q̃ sũ manu sua sunt. Sanctificate super eã bellũ: cõsurgite et ascendamus in meridie. Ve nobis quia declinauit dies: quia lõgiores facte sũt vmbre vesperi. Surgite et ascendamꝰ in nocte: et dissipemus domus eius: quia hec dicit dñs exercituũ. Cedite lignum eius: et fundite circa iherusalem aggerem. Hec est ciuitas visitatõnis: omnis calũnia in medio eius. Sicut frigidã facit cisterna aquã suã: sic frigidam fecit malitiã suã. Iniquitas et vastitas audietur in ea corã me semp: infirmitas et plaga. Erudire iherusalem ne forte recedat anima mea a te: ne forte ponã te desertam: terrã inhabitabilem. Hec dicit dñs exercituum. Vsqꝫ ad racemũ colligent: ẽsti vinea reliquias israhel. Conuerte manum tuã quasi vindemiator ad cartallum. Cui loquar: et quẽ contestabor ut audiat? Ecce incircũcise aures eorꝫ: et audire nõ possũt. Ecce verbũ dñi factũ ẽ eis in obprobriũ: et nõ suscipiẽt illud. Ideirco furore dñi plenus sum: laboraui sustinens. Effunde sup paruulũ furorem et sup cõcilium iuuenũ simul. Vir enim cũ muliere capietur: senex cũ pleno dieꝫ. Et transibũt domus eorũ ad alteros agrꝰ et vxores pariter: quia extendam manũ meã sup habitantes terrã dicit dñs. A minore quippe usqꝫ ad maiorem omnes auaritiã studẽt: et a pphẽta usqꝫ ad sacerdotem cuncti faciũt dolũ. Et curabãt cõtritionẽ filie pplꝰ mei cum ignominia dicentes pax pax: et nõ erat pax. Confusi sunt qꝫ abominationẽ fecerunt: quin potius confusione non sunt cõfusi: et erubescere nescierũt. Quãobrem cadent inter ruentes: in tempore visitatõnis sue corruent dicit dominus. Hec dicit dominus. State super vias et videte et interrogate de semitis antiquis que sit via bona et ambulate in ea: et inuenietis refrigerium animabus vestris. Et dixerũt. Nõ ambulabim9. Et constitui super vos speculatores. Et dixi. Audite vocem tubę. Et dixerũt. Non audiemus. Ideo audite gentes et cognoscite cognatio: quãta ego faciã eis. Audi terra. Ecce ego adduco mala super pplm istũ fructũ cogitationũ eius: quia verba mea nõ audierunt: et legẽ meã proiecerunt. Vt quid michi thus de saba affertis: et calamũ suaue olentem de terra longinqua? Holocaustomata vestra nõ sũt accepta: et victime vestre nõ placuerũt michi. Propterea hec dicit dñs. Ecce ego dabo in pplm istũ ruinas: et ruent in eis patres et filij simul: vicinus et pximus peribunt.

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0150
powered by DWork • Heidelberg University Library

hec dicit dominus. Ecce venit ꝓlus de terra aquilonis: ⁊ gens magna cōsurget a finibꝫ terre: sagittā ⁊ gladiū arripiet: crudelis est et nō miserebit. Vox eius quasi mare sonabit: et sup equos ascendent: ꝑparati quasi vir ad prelium aduersum te filia syon. Audiuim⁹ famam eius: dissolute sunt manus nostre. Tribulatio apprehendit nos: dolores ut parturientem. Nolite exire ad agros: et in vineā ne ābuletis: quoniā gladius inimici pauor in circuitu. Filia ꝓpli mei accingere cilicio: et cōspergere cinere: luctū unigeniti fac tibi plānctum amarū: quia repente veniet vastator sup vos. Probatorē dedi te in populo meo robustū: et scies et probabis vias eoꝝ. Omnes isti principes declinātes: ābulantes fraudulenter. Es et ferrū: omnes ei corrupti sunt. Defecit sufflatorium in igne: cōsumptū ē plumbum. Frustra conflauit cōflator: malicie enim eorum non sunt cōsumpte. Argentum reprobū vocate eos: quia dominus proiecit illos.

VII

Verbū quod factū est ad ieremiā a domino dicens. Sta in porta domus dñi: et ꝑdica ibi verbū istud ⁊ dic. Audite verbū dñi omnis iuda: qui ingredimini ꝑ portas has: ut adoretis dñm. Hec dicit dñs exercituū deus israhel. Bonas facite vias vestras et studia vra: et habitabo vobiscū in loco isto. Nolite confidere i verbis mendacij: dicentes templū dñi: templū dñi: templū dñi est. Quoniā si bene direxeritis vias vras et studia vra: si feceritis iudicium inter virū et ꝓximū eius: aduenam et pupillo et vidue non feceritis calumniā: nec sanguinē innocentē effuderitis in loco hoc: et post deos alienos nō ābulaueritis i malū vobismetipsis: habitabo vobiscū in loco isto in terra quā dedi patribus vris a seculo ⁊ usqꝫ in seculū. Ecce vos cōfiditis vobis in sermonibꝫ mēdacij qui nō proderunt vobis: furari: occidere: adulterare: iurare: mēdaciter libare baalim: et ire post deos alienos quos ignoratis. Et venistis ⁊ stetistis coram me i domo hac in qua inuocatū est nomē meum: et dixistis liberati sum⁹ eo ꝙ fecerimus omnes abominationes istas. Ergo spelunca latronū facta est domus ista: i qua inuocatū est nomē meū in oculis vestris? Ego ego sū: ego vidi dicit dominus. Ite ad locū meū in silo ubi habitauit nomē meū a principio: et videte que fecerim ei ꝓpter malitiā ꝓpli mei israhel. Et nūc quia fecistis omnia opera hec dicit dñs: ⁊ locut⁹ sum ad vos mane consurgens et loquens et non audistis: et vocaui vos ⁊ nō respōdistis: faciā domui huic in qua inuocatum est nomē meū ⁊ in qua vos habetis fiduciā ⁊ loco quē dedi vobis et patribꝫ vestris sicut feci silo: ⁊ ꝓiciā vos a facie mea sicut ꝓieci omnes fratres vestros vniuersum semen ephraim. Tu ergo noli orare pro ꝓplo hoc: nec assumas pro eis laudem ⁊ orationē: et nō obsistas michi: quia nō exaudiam te. Nōne vides quid isti faciūt i ciuitatibus iuda: et in plateis ierusalē? Filij colligunt ligna: et patres succendunt ignē: et mulieres cōspergunt adipem ut faciāt placentas regine celi et libēt diis alienis: et me ad iracundiā ꝓuocent. Numquid me ad iracundiā prouocant dicit dñs? Nōne semetipos i confusione vultus sui? Ideo hec dicit dñs deus. Ecce furor meus ⁊ indignatio mea conflatur sup locū istū sup viros et sup iumenta et sup lignum

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0151
powered by DWork • Heidelberg University Library

regionis et sup fruges terre: et succen-
detur ⁊ nō extinguetur. Hec dicit dn̄s
exercituū deus israhel. Olocaustoma-
ta vestra addite victimis vr̄is et com-
edite carnes: quia non sum locut⁹ cū
patribꝫ vestris et non p̄cepi eis in die
qua eduxi eos de terra egipti de verbo
olocaustomatū ⁊ victimarū: sed hoc
verbū p̄cepi eis dicens. Audite vocem
meā ⁊ ero vobis deus ⁊ vos eritis mi-
chi ꝓpl̄s: ⁊ ambulate in om̄i via quā
mādaui vobis: ut bene sit vobis. Et
non audierūt nec inclinauerunt aurē
suā: sed abierūt in voluptatibus et in
prauitate cordis sui mali: factiqꝫ sūt
retrorsum et non in ante a die qua e-
gressi sūt patres eorꝫ de terra egipti usqꝫ
ad diem hanc. Et misi ad eos omnes
seruos meos ꝓpheras per diem. cōsur-
gens diluculo. ⁊ mittens: et nō audie-
runt me nec inclinauerunt aurem suā
sed indurauerūt ceruicem suā: ⁊ peius
operati sunt q̄ꝫ patres eorꝫ. Et loqueris
ad eos omnia verba hec et non audi-
ent te: et vocabis eos et non respōde-
bunt tibi. Et dices ad eos. Hec ē gens
q̄ non audiuit vocem dn̄i dei sui: nec
recepit disciplinā. Periit fides: et abla-
ta est de ore eorꝫ. Tonde capillū tuū et
proice. et sume in directū planctū: q̄a
proiecit dn̄s et reliquit generationem
furoris sui: quia fecerūt filij iuda ma-
lum in oculis meis dicit dn̄s. Posue-
runt offendicula sua in domo in qua
inuocatū est nomē meū ut polluerent
eam: et edificauerūt excelsa thophet q̄
est in valle filij ennon: ut incenderent
filios suos et filias suas igni. que nō
p̄cepi nec cogitaui in corde meo. Ideo
ecce dies venient dicit dn̄s: et nō dicet̄
amplius tophet et vallis filij ennon
sed vallis interfectionis: et sepelient̄ i
thophet eo q̄ nō sit locus. Et erit mor-
ticinū ꝓpl̄i huiꝰ in cibos volucribꝫ celi
et bestijs terre: et non erit qui abigat.
Et quiescere faciam de vrbibus iuda
et de plateis ihrl̄m vocē gaudij ⁊ vocē
leticie: vocem sponsi ⁊ vocē spōse. In
desolatione enim erit terra. viij

In tempore illo ait dn̄s. eicient ossa re-
gis iuda et ossa principū eius et ossa
sacerdotū et ossa ꝓpherarꝫ et ossa eorū
qui habitauerūt iherusalē de sepulcris
suis: et expandent ea ad solē et lunā ⁊
omnē militiā celi que dilexerunt ⁊ qui-
bus seruierūt et post que ambulauerūt:
et que quesierūt et adorauerūt. Nō col-
ligent̄ et non sepelientur: in sterquili-
niū sup faciem terre erūt. Et eligēt ma-
gis mortē q̄ꝫ vitā omnes q̄ residui fu-
erint de cognatione hac pessima: in
vniuersis locis que derelicta sunt ad
que eieci eos dicit dn̄s exercituū. Et di-
ces ad eos. Hec dicit dn̄s. Nunquid
qui cadit nō resurget: ⁊ qui auersus ē
non reuertetur? Quare ergo auersus
est ꝓpl̄s iste in iherusalē auersione con-
tentiosa? Apprehenderunt mendaciū:
et noluerūt reuerti. Attendi et ausculta-
ui: nemo quod bonū est loquit̄. Nul-
lus est qui agat penitentiā sup peccato
suo dicens. Quid feci? Omnes cōuersi
sunt ad cursum suū: quasi equus im-
petu vadens in p̄liū. Miluus in celo
cognouit tempus suū: turtur ⁊ hirun-
do ⁊ ciconia custodierunt tempus ad-
uentus sui: ꝓpl̄us aūt meꝰ nō cogno-
uit iudiciū dn̄i. Quomō dicitis sapiē-
tes nos sumus: ⁊ lex dn̄i nobiscū est?
Vere mendaciū operatꝰ est stilus men-
dax scribarꝫ. Confusi sunt sapientes:
pterriti et capti sūt. Verbū enī dn̄i pro-
iecerūt: ⁊ sapientia nulla est ī eis. Pro-
pterea dabo msieres eorꝫ exteris: agros

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0152
powered by DWork • Heidelberg University Library

eorꝫ heredibꝫ. Quia a minimo usqꝫ ad
maximū omnes auariciā secuntur: a
propheta usqꝫ ad sacerdotem cūcti fa-
ciunt mendaciū. Et sanabāt contriti-
ones filie ꝑpli mei ad ignominiā dicē-
tes pax pax: cum non esset pax. Cōfu-
si sunt quia abominationē fecerunt:
quin ymmo confusione nō sunt cōfu-
si: ⁊ erubescere nescierunt. Idcirco cadēt
inter corruentes: in tempore visitatio-
nis sue corruent dicit dominus. Con-
gregans congregabo eos ait dominꝰ.
Nō ē vua in vitibꝫ ⁊ non sunt ficus in
ficulnea: foliū defluxit: ⁊ dedi eis q̄ ꝑter-
gressa sunt. Quare sedemꝰ? Cōuenite
et ingrediamur ciuitatem munitam.
et sileamꝰ ibi: quia dn̄s deus noster si-
lere nos fecit: et potum dedit nobis a-
quam fellis. Peccauimus enim domi-
no. Expectauimus pacem et non erat
bonum: tempus medele et ecce formi-
do. A dan auditus est fremitus equo-
rum eius: a voce hinnituum pugna-
torꝫ eiꝰ cōmota est omnis terra. Et ve-
nerūt et deuorauerūt terrā ⁊ plenitudi-
nem eius: vrbem et habitatores eius.
Quia ecce ego mittam vobis serpētes
regulos quibus non est incantatio:
et mordebūt vos ait dn̄s. Dolor me-
us sup̄ dolorem: in me cor meū merens.
Ecce vox clamoris filie ꝑpli mei de ter-
ra longinqua. Nūquid dn̄s non est
in syon. aut rex eiꝰ nō ē in ea? Quare
ergo me ad iracundiā concitauerūt ī
sculptilibꝫ suis: ⁊ in vanitatibus alie-
nis? Transijt messis: finita est estas: ⁊
nos saluati non sumus. Sup̄ contri-
tione filie ꝑpli mei contritꝰ sum ⁊ con-
tristatꝰ: stupor obtinuit me. Nūquid
resina nō est in galaad. aut medicus
non est ibi? Quare ergo non ē obdu-
cta cicatrix filie populi mei? ix

Quis dabit capiti meo aquam: ⁊
in oculis meis fontē lacrimarꝫ?
Et plorabo die et nocte interfectos fi-
lie ꝑpli mei. Quis dabit me in solitu-
dinem diuersorꝫ viatorꝫ? Et derelinq̄ꝫ
ꝑplm meū ⁊ recedā ab eis: quoniam o-
mnes adulteri sunt ⁊ cetus p̄uaricato-
rum: et extenderunt linguā suā quasi
arcum mendacij et nō veritatis. Con-
fortati sunt in terra: quia de malo ad
malū egressi sunt: ⁊ me non cognoue-
runt dicit dn̄s. Vnusquisqꝫ se a ꝓxi-
mo suo custodiat: ⁊ in om̄i fratre suo
non habeat fiduciā: quia om̄is frater
supplantans supplantabit: et om̄is a-
micus fraudulenter incedet: et vir fra-
trem suū deridebit ⁊ veritatem non lo-
quent̄. Docuerūt enim linguā suā lo-
qui mendaciū: ut inique agerent labo-
rauerūt. Habitatio tua in medio doli:
in dolo renuerunt scire me dicit dn̄s.
Propterea hec dicit dn̄s exercituū. Ec-
ce ego conflabo et probabo eos. Quid
enim aliud faciā a facie filie ꝑpli mei?
Sagitta vulnerans lingua eorꝫ: dolū
locuta est. In ore suo pacem cū amico
suo loquit̄. ⁊ occulte ponit ei insidias.
Nūquid sup̄ hijs nō visitabo dicit do-
minus: aut in gente huiuscemodi nō
vlciscetur anima mea? Sup̄ montes
assumā fletū ac lamentū et sup̄ specio-
sa deserti planctū: quoniā incensa sūt
eo q̄ nō sit vir ꝑtransiens: ⁊ nō audie-
runt vocem possidentis. A volucre celi
usqꝫ ad pecora transmigrauerūt et re-
cesserūt. Et dabo iherusalē in aceruos
arene et cubilia draconū. et ciuitates
iuda dabo in desolationē eo q̄ nō sit
habitator. Quis est vir sapiens qui
intelligat hoc et ad quē verbū oris do-
mini fiat: ut annunciet istud: quare
perierit terra et exusta sit q̄si desertū eo

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0153
powered by DWork • Heidelberg University Library

q̄ non sit qui ꝑtrāseat? Et dixit dn̄s.
Quia dereliquerūt legem meā quam
dedi eis. ⁊ non audierūt vocem meā. ⁊
non ambulauerunt in ea: et abierunt
post prauitatē cordis sui. et post ba-
alim quod didicerunt a patribꝫ suis:
idcirco hec dicit dn̄s exercituū deꝰ isrl.
Ecce ego cibabo ꝓplm istū absinthio ⁊
potū dabo eis aquā fellis: et dispgā
eos in gentibus quas non nouerunt
ipsi ⁊ patres eorꝫ: et mittā post eos gla-
dium donec cōsumant̄. Hec dicit do-
minus exercituū. Cōtemplamini ⁊ vo-
cate lamentatrices ut veniāt: et ad eas
que sapientes sunt mittite et ꝓperent:
festinēt et assumāt sup nos lamentū.
deducāt oculi nr̄i lacrimas: et palpebre
nostre defluāt aquis: quia vox lamē-
tationis audita est de syon. Quomō
vastati sumus: ⁊ cōfusi vehementer?
Quia dereliquimꝰ terrā: quoniā deser-
ta sunt tabernacula nostra. Audite
ergo misieres verbū dn̄i. et assumat au-
ris vestra sermonē oris eius: ⁊ docete
filias vestras lamentum et vnaqueqꝫ
proximā suā planctū: quia ascendit
mors per fenestras nr̄as. ingressa est
domos nr̄as: dispdere paruulos defo-
ris. iuuenes de plateis. Loquere. Hec
dicit dn̄s. Et cadet morticinū hominis
quasi stercus sup faciē regionis: et q̄si
fenū post tergū metentis: et nō est qui
colligat. Hec dicit dn̄s. Non glorietur
sapiens in sapientia sua. et nō glorie-
tur fortis in fortitudine sua. et nō glo-
rietur diues in diuiciis suis: sed ī hoc
glorietur qui gloriatur. scire et nosse
me: quia ego sum dn̄s qui facio mise-
ricordiam et iudiciū et iusticiā in terra.
Hec enim placent michi ait dominus.
Ecce dies venient dicit dn̄s. ⁊ visitabo
sup omnē q̄ incircūcisū habet ꝓpuciū.
sup egiptū et sup iudā et sup edom. et
sup filios ammon et sup moab: et su-
per om̄es q̄ attonsi sūt ī comam habi-
tantes in deserto: quia omnes gentes
habent ꝓpucium: omnis aūt domus
israhel incircumcisi sunt corde. x
Audite verbū qd̄ locutus est dn̄s
sup nos domus israhel. Hec di-
cit dn̄s. Iuxta vias gentiū nolite dis-
cere: et a signis celi nolite metuere que
timent gentes: quia leges ꝓplorū va-
ne sunt. Quia lignū de saltu p̄cidit:
opus manus artificis in ascia. Argē-
to et auro decorauit illud: clauis et
malleis cōpegit ut nō dissoluatur. In
similitudinē plasme fabricate sunt. et
nō loquent̄: portata tollent̄: quia ince-
dere nō valent. Nolite ergo timere ea:
quia nec male possunt facere nec bene.
Non est similis tui dn̄e: magnus es
tu: ⁊ magnū nomen tuū ī fortitudine.
Quis non timebit te o rex gentiū? Tu-
um est enim decus. Inter cunctos sapi-
entes gentiū. ⁊ in vniuersis regnis eo-
rum. nullus est similis tui: pariter in-
sipientes et fatui ꝓbabuntur. Doctri-
na vanitatis eorꝫ lignū est. Argentū
inuolutū de tharsis affertur: et aurū
de ophir opus artificis ⁊ manus era-
rij: iacinctus et purpura indumentū
eorꝫ. Opus artificū vniuersa hec: dn̄s
aūt deus verus est. Ipse est deꝰ viuēs:
et rex sempiternus. Ab indignatōne
eius cōmouebit̄ terra: ⁊ nō sustinebūt
gentes cōminationē eiꝰ. Sic ergo di-
cetis eis. Dij qui celos ⁊ terrā non fece-
runt. pereant de terra: et de hijs q̄ sub
celo sunt. Qui facit terrā ī fortitudine
sua preparat orbē in sapientia sua et
prudentia sua extendit celos: ad vocē
suā dat multitudinem aquarꝫ in celo
et eleuat nebulas ab extremitatibus

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0154
powered by DWork • Heidelberg University Library

tere. Fulgura in pluuiã facit: et eduxit uẽtũ de thesauris suis. Stultꝰ factus ẽ oñis homo a sciẽtia sua: confusus est artifex omnis in sculptili: quoniã falsum est qđ cõflauit et non ẽ spiritꝰ in eis. Vana sunt: et opus ridiculi dignum. In tẽpore uisitationis sue peribunt. Non est hijs similis pars iacob. Qui enim formauit omnia ipse est: Et israhel uirga hereditatis eius. Dominus exercituũ nomẽ illi. Cõgrega de terra cõtritionẽ tuã que habitas in obsidione: quia hec dicit dñs. Ecce ego longe proiiciã habitatores terre in hac uice: et tribulabo eos ita ut nõ inueniant. Ve mihi sup cõtritione mea: pessima plaga mea. Ego autẽ dixi. Plane hec infirmitas mea ẽ: et portabo illã. Tabernaculũ meũ uastatũ est: omnes funiculi mei dirupti sunt. Filij mei exierunt a me: et non subsistunt. Non est qui extendat ultra tentoriũ meũ et erigat pelles meas: quia stulte egerũt pastores et dominũ nõ quesierunt: propterea nõ intellexerũt: et oñis grex eorũ dispersus est. Vox auditõnis ecce uenit: et cõmotio magna de terra aquilonis: ut ponat ciuitates iuda solitudinẽ et habitacula draconũ. Scio dñe quia non est hominis uia eius: nec uiri est ut ambulet et dirigat gressus suos. Corripe me dñe: uerũtamen in iudicio et non in furore tuo: ne forte ad nichilũ redigas me. Effunde indignationẽ tuã sup gentes: que non cognouerũt te: et sup prouincias q̃ nomẽ tuũ nõ inuocauerũt: quia comederũt iacob: et deuorauerũt eũ et consumpserunt illũ: et decꝰ eiꝰ dissipauerũt. Verbũ qđ factũ est ad ieremiã a dño dicens. Audite uerba pacti huius: et loquimini ad uiros iuda et ad habitatores ierusalẽ: et dicetis ad eos. Hec dicit dñs deus israhel. Maledictus uir qui non audierit uerba pacti huius: qđ precepi patribus uestris in die qua eduxi eos de terra egipti de fornace ferrea dicens. Audite uocem meam et facite omnia que precepi uobis: et eritis michi in populũ et ego ero uobis in deũ: ut suscitem iuramentũ qđ iurani patribus uris daturũ me eis terrã fluentem lacte et melle sicut est dies hec. Et respondi et dixi. Amẽ dñe. Et dixit dominus ad me. Proclama omnia uerba hec in ciuitatibus iuda et foris ierusalẽ dicens. Audite uerba pacti huiꝰ et facite illa: quia cõtestans cõtestatus sum patres uestros in die qua eduxi uos de terra egipti usq; ad diem hanc. Mane consurgens contestatus sum et dixi audite uocem meã: et nõ audierunt nec inclinauerũt aurem suã: sed abierũt unusquisq; in prauitate cordis sui mali. Et induxi sup eos oñia uerba pacti huiꝰ: quod precepi ut facerent et non fecerunt. Et dixit dominꝰ ad me. Inuenta est cõiuratio in uiris iuda et in habitatoribus ierusalẽ. Reuersi sunt ad iniquitates patrum suorum priores: qui noluerunt audire uerba mea. Et hij ergo abierunt post deos alienos ut seruirent eis. Irritũ fecerunt domus israhel et domus iuda pactum meũ: qđ pepigi cum patribus eorũ. Quamobrem hec dicit dñs. Ecce ego inducã sup eos mala de quibus exire nõ poterunt: et clamabunt ad me et nõ exaudiã eos. Et ibũt ciuitates iuda et habitatores ierusalem et clamabũt ad eos quibus libant: et non saluabũt eos in tempore afflictionis eorũ. Secundũ enim numerũ ciuitatum tuarũ erãt dij tui iuda: et secundũ



Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0155
powered by DWork • Heidelberg University Library

numerū viaꝝ iherusalē posuisti aras
confusionis: aras ad libandum baa-
lim. Tu ergo noli orare pro ꝓpso hoc:
et ne assumas pro eis laudem et ora-
tionē: quia non exaudiā in tempore
clamoris eoꝝ ad me: in tempore affli-
ctionis eoꝝ. Quid est q̄ dilectus meus
ī domo mea facit scelera multa? Nun-
quid carnes sancte auferent a te mali-
cias tuas: in quibꝫ gloriata es? Oli-
uam uberem pulcram fructiferā speci-
osam vocauit dn̄s nomen tuū. Ad
vocem loquele grandis exarsit ignis
in ea: ⁊ combusta sunt frutecta ei⁹. Et
domin⁹ exercituū qui plātauit te locu-
tus est sup te malū: pro malis dom⁹
israhel et domus iuda que fecerūt si-
bi ad irritandū me libantes baalim.
Tu aūt dn̄e demonstrasti michi et co-
gnoui: tu ostendisti michi studia eo-
rum: et ego quasi agnus mansuetus
qui portatur ad victimā. Et non co-
gnoui quia cogitauerūt sup me cōsi-
lia dicentes: mittamus lignū in panē
eius. ⁊ eradamus eum de terra viuen-
tiū: et nomen eius nō memoretur am-
plius. Tu aūt dn̄e sabaoth qui iudi-
cas iuste ⁊ probas renes ⁊ corda: vide-
am vltionē tuam ex eis. Tibi enī reue-
laui causam meā. Propterea hec dicit
domin⁹ ad viros anachot: qui que-
runt animā tuā ⁊ dicunt. Non ꝓphe-
tabis in nomine dn̄i: et non morieris
in manibus nr̄is. Propterea hec dicit
domin⁹ exercituū. Ecce ego visitabo
sup eos. Iuuenes moriētur ī gladio:
filij eorū et filie eorū morientur in fa-
me: et reliquie non erunt ex eis. Indu-
cam enim malum super viros ana-
thot: annū visitationis eorum. xij

Iustus quidem tu es dn̄e si disputē tecū
verūtamē iusta loquar ad te. Quare
via impioꝝ ꝓsperatur: bene est omni-
bus q̄a p̄uaricantur. et inique agūt?
Plantasti eos ⁊ radicem miserūt: pro-
ficiūt et faciūt fructū. Prope es tu ori
eoꝝ: et longe a renibus eoꝝ. Et tu dn̄e
nosti me: vidisti me ⁊ probasti cor me-
um tecum. Cōgrega eos quasi gregē
ad victimā: et sanctifica eos in die oc-
cisionis. Vsq; quo lugebit terra: et her-
ba om̄is regionis siccabitur ꝓpter ma-
liciā habitantiū in ea? Consumptū ē
animal ⁊ volucre: quoniā dixerūt nō
videbit nouissima nostra. Si cū pedi-
tibus currens laborasti: quomō con-
tendere poteris cum equis? Cum aūt
in terra pacis secura fueris: quid facies
in supbia iordanis? Nam et fratres
tui ⁊ domus patris tui. etiā ipi pugna-
uerūt aduersum te: ⁊ clamauerūt post
te plena voce. Ne credas eis: cū locuti
fuerint tibi bona. Reliqui domū meā:
dimisi hereditatem meā. Dedi dilectā
animā meā in manū inimicoꝝ eius:
facta est michi hereditas mea q̄si leo ī
silua. Dedit contra me vocem: ideo o-
diui eam. Nūquid auis discolor here-
ditas mea michi? Nunquid auis tin-
cta p totū? Venite cōgregamini om̄es
bestie terre: properate ad deuorandum.
Pastores multi demoliti sunt vineā
meā: conculcauerūt partem meā. De-
derūt porcionē meā desiderabilem in
desertū solitudinis: posuerūt eam in
dissipationē: luxitq; sup me. Desolati-
one desolata est om̄is terra: quia nul-
lus ē qui recogitet corde. Sup om̄es
vias deserti venerūt om̄es vastatores:
quia gladius dn̄i deuorauit ab extre-
mo terre usq; ad extremū eius. Nō est
pax vniuerse carni. Seminauerūt tri-
ticum ⁊ spinas messuerūt: hereditatem
acceperunt: ⁊ nō ꝓderit. Cōfundemini

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0156
powered by DWork • Heidelberg University Library

fructibus vestris: ꝓpter iram furoris
dñi. Hec dicit dñs aduersum omnes
vicinos meos pessimos: qui tangũt
hereditatẽ quã distribui ꝑpso meo isrl.
Ecce ego euellã eos de terra eorꝫ: et do-
mum iuda euellam de medio eorꝫ. Et
cum euulsero eos cõuertar et miserebor
eorꝫ: et reducã eos virũ ad hereditatem
suã: et virũ in terram suã. Et erit: si eru-
diti didicerint vias ꝑpli mei ut iurent
in nomine meo viuit dñs. sicut docu-
erunt ꝑplm meũ iurare in baal: edifica-
buntur in medio ꝑpli mei. Quod si nõ
audierint: euellã gentẽ illã euulsione
et perditione ait dominus. xiij

Hec dicit dñs ad me. Vade et possi-
de tibi lumbare lineũ: et pones
illud sup lumbos tuos: et ĩ aquã nõ
inferes illud. Et possedi lũbare iuxta
verbũ dñi: ⁊ posui circa lumbos meos.
Et factus est sermo dñi ad me secũdo
dicens. Tolle lũbare qđ possedisti qđ
est circa lũbos tuos: et surgens vade
ad eufraten: ⁊ absconde ibi illud in fo-
ramine ꝑtre. Et abij et abscondi illud
in eufraten: sicut ꝑceperat michi dñs.
Et factũ est post dies plurimos: dixit
dominꝰ ad me. Surge et vade ad eu-
fraten: ⁊ tolle inde lũbare qđ ꝑcepi tibi
ut absconderes illud ibi. Et abij ad eu-
fraten: et fodi et tuli lumbare de loco
vbi absconderã illud. Et ecce compu-
truerat lumbare: ita ut nulli vsui aptũ
esset. Et factũ est verbum dñi ad me di-
cens. Hec dicit dñs. Sic putrescere fa-
ciam sup̄biã iuda. ⁊ sup̄biã iherusalẽ
multã: ꝑplm istũ pessimũ. qui nolunt
audire verba mea. et ambulãt ĩ pra-
uitate cordis sui: abierũtqꝫ post deos
alienos ut seruirẽt eis ⁊ adorarẽt eos.
Et erunt sicut lumbare istud: qđ nulli
vsui aptũ est. Sicut enĩ adheret lũbare
ad lũbos viri sic agglutinaui michi
omnẽ domũ israhel et omnẽ domũ
iuda dicit dñs ut essent michi in ꝑplm
et in nomen ⁊ in laudẽ ⁊ in gloriã: et
non audierũt. Dices ergo ad eos ser-
monẽ istũ. Hec dicit dñs deus israhel.
Omnis laguncula implebitur vino. Et
dicent ad te. Aũquid ignoramꝰ qã o-
mnis laguncula implebitur vino? Et
dices ad eos. Hec dicit dñs. Ecce ego
implebo omnes habitatores terre huiꝰ
et reges qui sedent de stirpe dauid su-
per thronũ eiꝰ. et sacerdotes et ꝓphetas
et omnes habitatores iherusalẽ ebrieta-
te: et dispgam eos virũ a fratre suo: et
patres ⁊ filios pariter ait dñs. Non
parcã ⁊ non concedã: neqꝫ miserebor
ut non dispdam eos. Audite et auri-
bus ꝑcipite: nolite eleuari: quia dñs
locutus est. Date dño deo vestro glo-
riã ãteqꝫ cõtenebrescat: et anteqꝫ offen-
dant pedes vestri ad montes caligio-
sos. Expectabitis lucem: et ponet eam
in vmbrã mortis. ⁊ in caliginẽ. Qđ si
hoc nõ audieritis: in abscondito plo-
rabit anima mea a facie sup̄bie. Plo-
rans plorabit et deducet oculus meꝰ
lacrimã: quia captus ẽ grex domini.
Dic regi et dñatrici. Humiliamini: se-
dete in terra quoniã descendet de capi-
te vestro corona glorie vestre. Ciuita-
tes austri clause sunt: ⁊ non ẽ qui ape-
riat. Trãslata est omnis iuda transmi-
gratione ꝑfecta. Leuate oculos vr̃os
et videte: q̃ venitis ab aquilone. Vbi ẽ
grex qui datus est tibi: pecus inclitũ
tuũ? Quid dices cum visitauerit te?
Tu enim docuisti eos aduersum te: et
erudisti in caput tuũ. Aunquid non
dolores app̄henderũt te quasi misierẽ
parturientẽ? Quod si dixeris ĩ corde
tuo quare venerunt michi hec: ꝓpter



Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0157
powered by DWork • Heidelberg University Library

multitudinē iniquitatis tue reuelata
sunt verecūdiora tua: pollute sunt plā-
te tue. Si mutare potest ethiops pellē
suam aut pardus varietates suas: et
vos poteritis benefacere cū didiceritis
malū. Et disseminabo eos q̄si stipulā
que vento raptat̄ in deserto. Hec sors
tua parsq; mensure tue a me dicit do-
minus: quia oblita es mei et confisa
es in mēdacio. Unde et ego nudaui
femora tua cōtra faciē tuā: ⁊ apparuit
ignominia tua: adulteria tua et hin-
nitus tuus et scelus fornicationis tue.
Sup̄ colles in agro vidi abominatio-
nes tuas. Ve tibi ihrl'm. Nō mūdabe-
ris post me. Vsq; quo adhuc? xiiij

Verbū dn̄i qd̄ factū est ad iheremi-
am de sermonibꝫ siccitatis. Iu-
xit iudea: et porte eius corruerūt et ob-
scurate sunt in terra: et clamor ihrl'm
ascendit. Maiores miserūt minores
suos ad aquā · venerūt ad hauriendū.
Nō inuenerūt aquā: reportauerūt va-
sa sua vacua. Cōfusi sūt et afflicti: et o-
peruerūt capita sua ꝓpter terre vastita-
tem: q̄a nō venit pluuia in terrā. Con-
fusi sūt agricole: operuerūt capita sua.
Nam et cerua in agro peperit et reli-
quit quia nō erat herba: et onagri ste-
terūt in rupibꝫ. Traxerūt ventū quasi
dracones: defecerūt oculi eoꝝ quia nō
erat herba. Si iniquitates nr̄e respon-
derint nobis: dn̄e fac ꝓpter nomē tuū:
quoniā mlt̄e sunt auersiones nr̄e. Ti-
bi peccauim⁹ expectatio isrl' · saluator
noster ī tempore tribulationis. Qua-
re quasi colonus futurus es in terra:
et quasi viator declinans ad manen-
dum? Quare futurus es velut vir va-
gus: et fortis qui non potest saluare?
Tu aūt ī nobis es dn̄e: ⁊ nomē tuū in-
uocatū ē sup̄ nos: ne dereliquas nos.

Hec dicit domin⁹ ꝓplo huic qui dilexit
mouere pedes suos ⁊ non quieuit: et
domino nō placuit. Aūc recordabit̄
iniquitatū eoꝝ: et visitabit peccata eo-
rum. Et dixit dn̄s ad me. Noli orare
pro ꝓplo isto in bonū. Cum ieiunaue-
rint nō exaudiā p̄ces eoꝝ: ⁊ si obtulerit
olocaustomata et victimas nō susci-
piam ea: quoniā gladio et fame ⁊ pe-
ste ego cōsumā eos. Et dixi. A a a do-
mine deus. Prophete dicūt eis. Non
videbitis gladiū et fames non erit in
vobis: sed pacem veram dabit vobis
in loco isto. Et dixit domin⁹ ad me.
Falso prophete vaticinātur in nomi-
ne meo. Non misi eos: et non precepi
eis: neq; locutus sum ad eos. Visionē
mendacē et diuinationē fraudulentā
et seductionē cordis sui prophetant
vobis. Idcirco hec dicit dn̄s de ꝓphe-
tis qui ꝓphetāt in noīe meo quos ego
non misi: dicentes gladius et fames
non erit ī terra hac. In gladio ⁊ fame
cōsumentē prophete illi: et ꝓpli quibus
prophetāt erūt ꝓiecti in vijs iherusalē
pre fame ⁊ gladio: ⁊ nō erit qui sepeli-
at eos ipi ⁊ vxores eoꝝ filij et filie eoꝝ:
et effundā sup̄ eos malū suū. Et dices
ad eos verbum istud. Deducāt oculi
mei lacrimā ꝑ noctē et diē et non tace-
ant: quoniā cōtritione magna cōtri-
ta est virgo filia ꝓpli mei: plaga pessi-
ma vehemēter. Si egressus fuero ad a-
gros ecce occisi gladio: et si introie-
ro ī ciuitatē ecce attenuati fame. Pro-
pheta nāq; ⁊ sacerdos abierūt in terrā
quam ignorabāt. Aunquid ꝓiciens
abiecisti iudā: aut syon abominata ē
anima tua? Quare ergo ꝑcussisti nos
ita: ut nulla sit sanitas? Expectauim⁹
pacem et nō est bonū: et tempus cura-
tionis: et ecce turbatio. Cognouim⁹

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0158
powered by DWork • Heidelberg University Library

domine impietates nr̄as: iniquitates
patrū nostroꝝ quia peccauimus tibi.
Ne des nos in obprobrium ꝓpter no-
men tuū: neq; facias nobis contume-
liā. Solij glorie tue recordare: ne irri-
tum facias fedꝰ tuū nobiscū. Nūquid
sunt ī sculptilibꝫ gētiū q̄ pluāt: aut ce-
li possūt dare ymbres nisi tu volueris?
Nōne tu es dn̄s deꝰ noster quē expe-
ctauimꝰ? Tu enī fecisti om̄ia hec. xv

Et dixit dn̄s ad me. Si steterint
moyses et samuel corā me: nō
est anima mea ad ꝓplm istū. Eice illos
a facie mea: et egrediant̄. Qd̄ si dixerit
ad te quo egrediemur: dices ad eos.
Hec dicit dn̄s. Qui ad mortē ad mor-
tem. et qui ad gladiū ad gladiū: ⁊ qui
ad famem ad famem: et qui ad capti-
uitatem ad captiuitatem. Et visitabo
sup eos quatuor species dicit dominꝰ.
Gladiū ad occisionē. et canes ad la-
terandū: ⁊ volatilia celi ⁊ bestias terre
ad deuorandū ⁊ dissipandū: ⁊ dabo
eos in feruorem vniuersis regnis terre
propter manassen filium ezechie regis
iuda sup om̄ibus que fecit in iherusa-
lem. Quis enim miserebit̄ tui iherusa-
lem? Aut quis cōtristabitur pro te?
Aut quis ibit ad rogandū pro pace
tua? Tu reliquisti me dicit dn̄s: retror-
sum abisti. Et extendā manū meā sup
te: ⁊ interficiā te. Laboraui rogans. Et
dispgam eos ventilabro ī portis terre.
Interfeci ⁊ dispdidi ꝓplm meū: ⁊ tamē
a vijs suis nō sunt reuersi. Multipli-
cate sunt michi vidue eius: sup hare-
nam maris. Induxi eis sup matrem
adolescentis vastatorem meridie: mi-
si sup ciuitates repēte terrorē. Infirma-
ta est q̄ peperit septem: defecit anima e-
ius. Occidit ei sol cum adhuc esset di-
es: confusa est ⁊ erubuit. Et residuos
eius in gladiū dabo in conspectu ini-
micoꝝ eoꝝ ait dominꝰ deus. Ve michi
mater mea. Quare genuisti me virū
rixe: virū discordie in vniuersa terra?
Nō feneraui: nec feneraui michi quis-
q̄ꝫ. Om̄es maledicūt michi dicit dn̄s.
Si nō reliquie tue ī bonū: si nō occur-
rerit tibi in tempore afflictionis: et in
tēpore tribulatōnis aduersum inimi-
cum. Nunquid federabitur ferrū ferro
ab aquilone et es? Diuitias tuas et
thesauros tuos in direptionem dabo
gratis in om̄ibus peccatis tuis: et in
om̄ibus terminis tuis. Et adducam
inimicos tuos de terra quā nescis: q̄a
ignis succensus est in furore meo: ⁊ su-
per vos ardebit. Tu scis domine: recor-
dare mei ⁊ visita me: et tuere me ab hijs
qui ꝑsecunt̄ me. Noli in pacientia tu-
a suscipere me. Scito quoniā sustinui
pro te obprobrium. Inuenti sunt ser-
mones tui: et comedi eos. Et factum
est michi verbū tuū in gaudiū et ī leti-
ciam cordis mei: quoniā inuocatū est
nomen tuū sup me. dominꝰ deꝰ exerci-
tuū. Nō sedi in cōcilio ludentiū: ⁊ glo-
riatꝰ sum a facie manus tue. Solus
sedebam: quoniā cōminatōne replesti
me. Quare factus ē dolor meꝰ ꝑpetuus:
et plaga mea desperabilis? Renuit cu-
rari. Facta est michi quasi mendaciū
aquaꝝ infideliū. Propter hoc hec di-
cit dominꝰ. Si conuerteris cōuertam
te. et ante faciē meā stabis: et si separa-
ueris p̄ciosum a vili. q̄si os meū eris.
Cōuertent̄ ipi ad te: et tu nō conuerte-
ris ad eos. Et dabo te ꝓplo huic ī mu-
rum ereum fortem: et bellabūt aduer-
sum te et non preualebunt: quia ego
tecum sum ut saluem te et eruam te di-
cit dn̄s. Et liberabo te de manu pessi-
moꝝ: ⁊ redimā te de manu fortiū. xvi



Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0159
powered by DWork • Heidelberg University Library

Et factum est verbū dñi ad me dicens. Non accipies uxorem: et non erunt tibi filij et filie in loco isto. Quia hec dicit dominus sup filios et filias qui generant in loco isto: et sup matres eoz que genuerūt eos: et super patres eoz de quoz stirpe sunt nati in terra hac. Morbis egrotationū morientur. Non plangent et nō sepelientur: in sterquilinio sup faciē terre erunt. Et gladio et fame cōsumentur: et erit cadauer eoz in escam volatilibz celi et bestijs terre. Hec enī dicit dñs. Ne ingrediaris domū cōuiuij neq; vadas ad plangendū: neq; consolaberis eos quia abstuli pacem meam a populo isto dicit dñs: misericordiā et miserationes. Et morientur grandes et parui in terra ista: non sepelient neq; plangentur: et non se incident neq; caluicium fiet pro eis. Et nō frangent inter eos lugenti panem ad consolandū sup mortuo: et nō dabūt eis potū ad consolandū sup patre suo et matre. Et domum cōuiuij nō ingrediaris ut sedeas cum eis et comedas et bibas: quia hec dicit dominus exercituū deus isrl. Ecce ego auferā de loco isto in oculis vestris et in diebz vestris vocem gaudij et vocem letitie: vocem sponsi et vocē spōse. Et cū annūciaueris populo huic omnia verba hec et dixerūt tibi · quare locut⁹ est dñs sup nos omne malum grāde istud · que nostra iniquitas et quod peccatū nostrū qđ peccauimus domino deo nro: dices ad eos. Quia dereliquerūt me patres vestri ait dñs: et abierunt post deos alienos et seruierunt eis · et adorauerūt eos: et me dereliquerūt et legem meā nō custodierunt. Sed et vos peius operati estis ꝙ patres vestri. Ecce enī ābulat unusquisq; post pauitatē cordis sui mali: ut me non audiat. Et eiciā vos de terra hac in terrā quā ignoratis vos et patres vestri: et seruietis ibi dīs alienis die ac nocte q̄ nō dabūt vobis requiē. Propterea ecce dies venient dicit dominus: et nō dicetur ultra viuit dominus qui eduxit filios isrl de terra egipti · sed viuit dominus qui eduxit filios isrl de terra aquilonis · et de uniuersis terris ad quas eieci illos: et reducam eos in terrā suā quā dedi patribus eoz. Ecce ego mittā piscatores multos dicit dominus: et piscabūtur eos. Et post hec mittam eis multos venatores et venabuntur eos de omni mōte et de omni colle et de cauernis petraz: quia oculi mei sup oēs vias eoz. Non sūt abscondite a facie mea: et non fuit occultata iniquitas eoz ab oculis meis. Et reddā primū duplices iniquitates et peccata eoz: quia cōtaminauerūt terram meā in morticinis ydoloz suoz: et abominationibz suis implerunt hereditatem meā. Dominе fortitudo mea et robur meū: et refugiū meū in die tribulationis. Ad te gentes venient ab extremis terre et dicent. Vere mendacium possederūt patres nostri: vanitatem q̄ eis nō pfuit. Numquid faciet sibi homo deos: Et ipi nō sunt dii. Idcirco ecce ego ostendā eis per vicem hanc: ostendā eis manū meā et virtutē meā: et sciēt quia nomē michi dñs. xvij

Peccatū iuda scriptū est stilo ferreo in ungue adamantino: exaratū sup latitudinē cordis eoz: et in cornibus aratri eoz. Cum recordati fuerint filij eoz araz suaz et lucoz suoz lignorumq; frondentiū in montibus excelsis sacrificantes in agro: fortitudinē tuā et oēs thesauros tuos in direptionē

dabo: excelsa tua ꝓpter peccata in uni-
uersis finibus tuis. Et relinqueris so-
la ab hereditate tua quā dedi tibi: et
seruire te faciā inimicis tuis ī terra quā
ignoras. Quoniā ignē succendisti in
furore meo: usq; in eternū ardebit. Hec
dicit dn̄s. maledictus hmo q̄ cōfidit
in homine: et ponit carnē brachium
suū: et a dn̄o recedit cor ei⁹. Erit enim
quasi mirice in deserto: ⁊ non videbit
cum venerit bonū: sed habitabit ī sic-
citate in deserto in terra salsuginis et
inhabitabili. Benedictus vir q̄ con-
fidit in dn̄o: et erit dominus fiducia
eius. et erit quasi lignū qd̄ transplan-
tatur sup aquas: qd̄ ad humorē mit-
tit radices suas: ⁊ nō timebit cū vene-
rit estus. Et erit foliū eius viride: et in
tempore siccitatis non erit sollicitum:
nec aliquando desinet facere fructum.
Prauū est cor hominis et inscrutabi-
le. Quis cognoscet illud? Ego domin⁹
scrutans cor ⁊ probans renes: qui do
unicuiq; iuxta viā suā: et iuxta fructū
adinuētionū suaꝝ. Perdix fouit q̄ nō
peperit. Fecit diuitias ⁊ nō in iudicio.
In dimidio dierꝝ suoꝝ dereliquet eas:
et in nouissimo suo erit insipiēs. Bo-
liū glorie altitudinis a principio: lo-
cus sanctificationis nostre expectatio
israhel. Domine om̄es qui te derelin-
quunt cōfundent̄: recedētes a te in ter-
ra scribent̄: quoniā dereliquerūt venā
aquaꝝ viuentiū dn̄m. Sana me dn̄e
et sanabor: saluū me fac ⁊ saluus ero:
quoniā laus mea tu es. Ecce ipi dicūt
ad me. Vbi est verbū dn̄i? Veniat. Et
ego non sum turbatus te pastorem se-
quens: et diē hominis nō desideraui.
Tu scis q̄ egressum est de labijs meis:
rectum in conspectu tuo fuit. Non sis
michi tu formidini: spes mea tu in die

afflictionis. Cōfundātur qui me per-
secunt̄ et non confundar ego: paueāt
illi: ⁊ non paueam ego. Induc sup eos
diē afflictionis: ⁊ duplici contritione
contere eos. Hec dicit domin⁹ ad me.
Vade ⁊ sta in porta filioꝝ ꝓpli tui per
quā ingrediūtur reges iuda. et egredi-
untur: et in cūctis portis iherusalem: ⁊
dices ad eos. Audite verbū dn̄i reges
iuda. et om̄is iudea cunctiq; habitato-
res iherusalē: q̄ ingredimini ꝑ portas
istas. Hec dicit domin⁹. Custodite a-
nimas vr̄as: ⁊ nolite portare pōdera
in die sabbati. nec inferatis ꝑ portas
iherusalē: ⁊ nolite eicere onera de domi-
bus vr̄is in die sabbati et om̄e opus
nō facietis. Sanctificate diē sabbati
sicut p̄cepi patribus vr̄is. Et nō audi-
erūt nec inclinauerūt aurem suā: sed
induraueruīt ceruicem suā ne audirent
me: ⁊ ne acciperent disciplinā. Et erit
si audieritis me dicit domin⁹. ut nō
inferatis onera per portas ciuitatis
hui⁹ in die sabbati ⁊ si sanctificaueritis
diē sabbati ne faciatis in ea om̄e op⁹:
ingredient̄ ꝑ portas ciuitatis hui⁹ re-
ges ⁊ principes sedentes sup soliū da-
uid. ⁊ ascendentes in curribus et equis
ipi et principes eoꝝ viri iuda ⁊ habita-
tores iherusalē: ⁊ habitabitur ciuitas
hec in sempiternū. Et veniēt de ciuita-
tibus iuda in circuitu iherusalem et de
terra beniamin et de campestribus et
de montuosis et ab austro portantes
olocaustum et victimam et sacrificiū
et thus: et inferent oblationem in do-
mum domini. Si autem non audi-
eritis me ut sanctificetis diē sabbati et
ne portetis onus et ne inferatis per
portas iherusalē in die sabbati: succen-
dam ignē ī portis ei⁹ et deuorabit do-
mos ihrlm: ⁊ nō extinguet̄. xviii



Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0161
powered by DWork • Heidelberg University Library

Verbū qđ factū est ad iheremiā a
dño dicens. Surge ⁊ descende
in domum figuli: et ibi audies verba
mea. Et descendi ī domū figuli: ⁊ ecce
ipse faciebat opus sup̄ rotā: et dissipa-
tum est vas qđ ip̄e faciebat e luto ma-
nibus suis. Cōuersusq; fecit illud vas
alterū: sicut placuerat in oculis eiꝰ ut
faceret. Et factum est verbū dñi ad me
dicens. Nūquid sicut figulus iste nō
potero vobis facere domꝰ israhel ait
dominꝰ? Ecce sicut lutū in manibus
figuli: sic vos domꝰ isrl̄ in manu mea.
Repente loquar aduersum gentem et
aduersus regnū: ut eradicē ⁊ destruā ⁊
dispdam illud. Si penitentiam egerit
gens illa a malo suo qđ locutus sum
aduersus eam. agā et ego penitentiā
sup̄ malo qđ cogitaui ut facerem ei: et
subito loquar de gēte ⁊ regno: ut edifi-
cem et plantem illud. Si fecerit malū
in oculis meis ut non audiat vocem
meā: penitentiā agam sup̄ bono qđ
locutus sum ut facerem ei. Nunc ergo
dic viro iuda et habitatori iherusalē
dicens. Hec dicit dñs. Ecce ego fingo
contra vos malū: ⁊ cogito cōtra vos
cogitationē. Reuertat̄ vnusquisq; a
via sua mala: ⁊ dirigite vias vestras
et studia vestra. Qui dixerūt. Dispera-
uimus. Post cogitationes enī nr̄as
ibimꝰ: ⁊ vnusquisq; prauitatē cordis
sui mali faciemꝰ. Ideo hec dicit dñs.
Interrogate gēres. Quis audiuit talia
horribilia: q̄ fecit nimis virgo israhel
Nūquid deficiet de petra agri nix liba-
ni: aut cuelli possūt aque erūpentes fri-
gide et defluētes? Quia oblitꝰ ē mei po-
pulus meus. frustra libātes et impin-
gentes in vijs suis. et in semitis seculi:
ut ambularent p̄ eas in itinere nō tri-
to: ut fieret terra eorū in desolationem
et in sibulū sempiternū. Omīs q̄ p̄terie-
rit per eam obstupescet: et mouebit ca-
put suū. Sicut ventus vrens dispgā
eos corā inimicis: dorsum et nō faciē
ostendā eis in die p̄ditionis eorū. Et
dixerūt. Venite et cogitemꝰ contra ihe-
remiā cogitationes. Non enī peribit
lex a sacerdote: neq; consiliū a sapiēte:
nec sermo a p̄pheta. Venite et p̄cutia-
mus eū lingua: ⁊ nō attendamus ad
vniuersos sermones eius. Attende do-
mine ad me: ⁊ audi vocem aduersari-
orū meoꝝ. Nunquid redditur p̄ bo-
no malū: quia foderūt foueā anime
mee? Recordare q̄ steterim in cōspectu
tuo ut loquerer pro eis bonū: ⁊ auerte-
rem indignatōnē tuā ab eis. Propter-
ea da filios eoꝝ ī famē: et deduc eos in
manꝰ gladij. Fiant vxores eoꝝ absq;
liberis et vidue: et viri eaꝝ interficiā-
tur morte. Iuuenes eoꝝ confodiātur
gladio in p̄lio: audiatur clamor de
domibus eoꝝ. Adduces enim sup̄ eos
latronē repente: quia foderūt foueam
ut caperēt me: ⁊ laqueos absconderūt
pedibus meis. Tu aūt dñe scis omne
consiliū eoꝝ aduersum me in mortem.
Ne propicieris iniquitati eorū: et pec-
catum eorū a facie tua non deleatur.
Fiant corruentes in conspectu tuo: in
tēpore furoris tui abutere eis. xix

Hec dicit dñs. Vade ⁊ accipe lagū-
culā figuli testē a senioribꝫ p̄pli ⁊
a senioribꝫ sacerdotū: et egredere ad val-
lem filiorū ennon que ē iuxta introitū
porte fictilis: ⁊ p̄dicabis ibi verba que
ego loquor ad te et dices. Audite ver-
bum dñi reges iuda: et habitatores
iherusalē. Hec dicit dominꝰ exercituū
deus israhel. Ecce ego inducā afflicti-
onem sup̄ locū istū. ita ut omnis qui
audierit illā tinniant aures eiꝰ eo q̄

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0162
powered by DWork • Heidelberg University Library

dereliquerint me · et alienū fecerīt locū
istū : et libauerūt in eo dijs alienis q̄s
nescierūt ipi ⁊ patres eoꝝ et reges iuda:
et repleuerūt locū istū sanguine inno-
centū: ⁊ edificauerūt excelsa baalim ad
comburendos filios suos igni ī olo-
caustū que non p̄cepi: nec locut⁹ sum
nec ascenderūt in cor meū. Propterea
ecce dies venient dicit dn̄s : ⁊ non vo-
cabitur amplius locus iste thophet ⁊
vallis filij ennon: sed vallis occisionis.
Et dissipabo cōsiliū iuda et iherusalē
in loco isto: et subuertā eos gladio in
conspectu inimicoꝝ suorū et in manu
querentiū animas eoꝝ: et dabo cada-
uera eoꝝ escas volatilibꝫ celi ⁊ bestijs
terre · ⁊ ponā ciuitatem hanc in stupo-
rem ⁊ in sibilū. Om̄is qui p̄terierit per
eam obstupescet: et sibilabit sup̄ uniu-
sa plaga eius. Et cibabo eos carnibꝫ
filioꝝ suoꝝ ⁊ carnibus filiaꝝ suaꝝ : et
unusquisq; carnē amici sui comedet ī
obsidione et in angustia in qua con-
cludent eos inimici eoꝝ: et qui querūt
animas eoꝝ. Et conteres lagunculā
in oculis viroꝝ qui ibūt tecū : ⁊ dices
ad eos. Hec dicit dn̄s exercituū. Sic
conterā ꝓpl̄m istū ⁊ ciuitatem istā sicut
conterit̄ vas figuli q̄d nō potest ultra
instaurari. Et in thophet sepelientur:
eo q̄ nō sit alius locus ad sepeliendū.
Sic faciā loco huic ait dn̄s ⁊ habita-
toribus ei⁹ : ut ponā ciuitatem istam
sicut thophet. Et erūt dom⁹ iherusalē
et dom⁹ regū iuda sicut loc⁹ thophet
immūde: omnes dom⁹ in quaꝝ do-
matibus sacrificauerūt omni militie
celi: ⁊ libauerūt libamina dijs alienis.
Venit aūt iheremias de thophet quo
miserat eum dn̄s ad ꝓphetandū: ⁊ ste-
tit in atrio dom⁹ dn̄i: ⁊ dixit ad omnē
ꝓpl̄m. Hec dicit dn̄s exercituū de⁹ isrl.

Ecce ego inducam sup̄ ciuitatem hanc
et sup̄ omnes urbes ei⁹ uniuersa ma-
la que locutus sum aduersum eam:
quoniam indurauerunt ceruicem suā
ut nō audirēt s̄mones meos. xx

Et audiuit phassur filius emmer
sacerdos qui cōstitut⁹ erat prin-
ceps in domo dn̄i iheremiā ꝓphetan-
tem sermones istos: ⁊ p̄cussit phassur
iheremiā ꝓphetā : et misit eū in neruū
q̄d erat in porta beniamin superiori
in domo dn̄i. Cūq; illuxisset ī crastinū
eduxit phassur iheremiam de neruo:
et dixit ad eū iheremias. Nō phassur
vocauit domin⁹ nomē tuū sed pauo-
rem undiq; : quia hec dicit dominus.
Ecce ego dabo te in pauorem et om̄es
amicos tuos ⁊ corruent gladio inimi-
coꝝ suoꝝ: ⁊ oculi tui videbūt. Et omnē
iudā dabo in manu regis babilonis:
⁊ traducet eos ī babilonē: et p̄cutiet eos
gladio. Et dabo uniuersam substan-
tiam ciuitatis hui⁹ · ⁊ omnē laborem
ei⁹ omneq; p̄ciū et cunctos thesauros
regū iuda dabo in manu inimicorū
eoꝝ : et diripient eos et tollent: et ducēt
in babilonē. Tu aūt phassur et om̄es
habitatores dom⁹ tue ibitis in capti-
uitatem: et ī babilonē venies ⁊ ibi mo-
rieris : ibiq; sepelieris tu et om̄es ami-
ci tui quibus ꝓphetasti mendaciū. Se-
duxisti me dn̄e ⁊ seductus sum: fortior
me fuisti et inualuisti. Factus sum in
derisum tota die. Omnes subsanna-
bant me quia iam olim loquor voci-
ferās : iniquitatē et vastitatē clamito.
Et fact⁹ ē michi s̄mo dn̄i ī obprobriū
et ī derisū tota die. Et dixi. Nō recorda-
bor eius : neq; loquar ultra ī nomine
illius. Et factus est ī corde meo quasi
ignis exestuans · claususq; in ossibus
meis · ⁊ defeci ferre nō sustinēs. Audiui



Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0163
powered by DWork • Heidelberg University Library

enim cōtumelias multorꝫ et terrorem
in circuitu ꝑsequimini ⁊ ꝑsequamur
eum: ab omnibus viris qui erāt pacifi-
ci mei ⁊ custodientes latus meum. Si
quo modo decipiatur ⁊ ꝑualeamꝰ ad-
uersus eū: et consequamur vltionem
ex eo. Dominꝰ aūt mecū est quasi bel-
lator fortis: idcirco qui ꝑsequūtur me
cadent et infirmi erunt et confundentur
vehementer: quia non intellexerūt ob-
probriū sempiternū qd̄ nunqꝫ delebitur.
Et tu dn̄e exercituū ꝓbator iusti qui vi-
des renes ⁊ cor: videā queso vltionem
tuā ex eis. Tibi enim reuelaui causam
meā. Cantate dn̄o laudate dn̄m: q̄a
liberauit animā pauperis de manu
malorꝫ. Maledicta dies in qua natꝰ
sum: dies i qua peperit me mater mea
non sit benedicta. Maledictus vir q̄
annūciauit patri meo dicens natus
est tibi puer masculus: ⁊ quasi gaudi-
o letificauit eū. Sit homo ille ut sunt
ciuitates quas subuertit dn̄s: et non
penituit eum. Audiat clamorem ma-
ne et vlulatū i tempore meridiano: q̄a
non me interfecit a vulua ut fieret mi-
chi mater mea sepulcrū: et vulua eius
cōceptꝰ eternꝰ. Quare de vulua egressus
sum ut viderē laborē ⁊ dolorē: et consu-
metentur i cōfusione dies mei. xxi

Verbū qd̄ factū est ad iheremiam
a dn̄o: quādo misit ad eū rex se-
dechias phassur filiū helchie ⁊ sopho-
niam filiū maasie sacerdotem dicens.
Interroga pro nobis dominū: quia
nabuchodonosor rex babilonis pre-
liatur aduersum nos: si forte faciat
dominus nobiscū scd̄m omnia mira-
bilia sua et recedat a nobis. Et dixit
iheremias ad eos. Sic dicetis sedechie.
Hec dicit dn̄s deꝰ israhel. Ecce ego con-
uertā vasa belli que in manibus vr̄is
sunt et quibus vos pugnatis aduer-
sum regem babilonis et caldeos qui
obsident vos i circuitu murorꝫ: ⁊ con-
gregabo ea in medio ciuitatis huiꝰ.
et debellabo ego vos in manu extenta
et in brachio forti ⁊ in furore ⁊ in indi-
gnatione ⁊ in ira grandi: et ꝑcutiam
habitatores ciuitatis huiꝰ. Homines
et bestie pestilentia magna morientur.
Et post hec ait dn̄s. dabo sedechiam
regem iuda ⁊ seruos eius ⁊ ꝓplm eius
et qui derelicti sunt i hac ciuitate a peste
et gladio et fame in manu nabucho-
donosor regis babilonis et in manu
inimicorꝫ eorꝫ et in manu querentiū a-
nimā eorꝫ: ⁊ ꝑcutiet eos in ore gladij:
et non mouebitur neqꝫ parcet nec mise-
rebitur. Et ad ꝓplm hunc dices. Hec
dicit dominꝰ. Ecce ego do corā vobis
viā vite et viam mortis. Qui habita-
uerit in vrbe hac morietur gladio et
fame et peste: qui aūt egressus fuerit et
transfugerit ad caldeos qui obsident
vos viuet: et erit ei anima sua quasi
spoliū. Posui enim faciē meā sup ciui-
tatem hanc in malū et non in bonū
ait dn̄s. In manu regis babilonis da-
bitur: ⁊ exuret eam igni et domū regis
iuda. Audite verbū dn̄i domꝰ dauid.
Hec dicit dn̄s. Iudicate mane iudiciū
et eruite vi oppressum de manu calu-
mniantis: ne forte egrediatur ut ignis
indignatio mea et succendatur et nō sit
qui extinguat: ꝓpter maliciā studiorꝫ
vestrorū. Ecce ego ad te habitatricem
vallis solide atqꝫ campestris ait domi-
nus: qui dicitis quis percutiet nos
et quis ingredietur domus nostras:
et visitabo super vos iuxta fructum
studiorū vestrorū dicit dominꝰ: et suc-
cendam ignem in saltu eius et deuo-
rabit omnia in circuitu eius. xxii

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0164
powered by DWork • Heidelberg University Library

Hec dicit dominꝰ. Descende ī domum regis iude: et loquere ibi verbum hoc ⁊ dices. Audi verbū dñi rex iuda qui sedes sup soliū dauid: tu et serui tui ⁊ pplus tuus qui ingredimini per portas istas. Hec dicit dominꝰ. Facite iudiciū et iustitiā et liberate vi oppressum de manu calumniatoris: et aduenā et pupillū et viduā nolite contristare neq; opprimatis inique: ⁊ sanguinē innocentem ne effundatis in loco isto. Si enim facientes feceritis verbū istud: ingredientur per portas domus huiꝰ regis sedentes de genere dauid sup̄ thronū eius: et ascendentes currus et equos: ipse et serui et pplus eorū. Nō si nō audieritis verbū hec: in memetipso iurauī dicit dñs: quia in solitudinē erit domus hec. Quia hec dicit dñs sup̄ domū regis iuda. Galaad tu michi caput libani. Si non posuero te solitudinē: urbes inhabitabiles. Et sanctificabo sup̄ te interficientem virū et arma eius: et succident electas cedros tuas et ꝯcipitabūt in ignem: et pertransibūt gentes multe per ciuitatem hāc et dicet unusquisq; pximo suo. Quare sic fecit dominꝰ ciuitati huic grandi? Et respōdebūt. Eo qꝺ reliquerint pactū dñi dei sui: ⁊ adorauerint deos alienos: et seruierint illis. Nolite flere mortuū: neq; lugeatis super eū fletu. Plangite eū qui egreditur: quia non reuertetur ultra: nec uidebit terram natiuitatis sue. Quia hec dicit dñs ad sellū filiū iosie regē iuda ꝙ regnauit pro iosia patre suo ꝙ egressus est de loco isto. Nō reuertetur huc amplius: sed in loco ad quē transtulerūt eū ibi morietur: ⁊ terrā istam nō uidebit amplius. Ve qui edificat domū suā ī iniustitia: ⁊ cenacula sua nō ī iudicio. Amicū suū opprimet frustra: et mercedem non reddet ei. Qui dicit edificabo michi domū latam et cenacula spaciosa: qui aperit sibi fenestras et facit laquearia cedrina: pingitq; sinopide. Numquid regnabis: quoniā conferis te cedro? Pater tuꝰ nūquid nō comedit et bibit et fecit iudiciū et iustitiā: tūc cū bene erat ei? Iudicauit causam pauperis et egeni ī bonū suū. Nunquid non ideo: quia cognouit me dicit dñs? Tui vero oculi ⁊ cor ad auaritiam et ad sanguinē innocentē fundendum et ad calūniā: et ad cursū mali operis. Propterea hec dicit dñs ad ioachim filiū iosie regem iuda. Nō plāgent eū ve frater et ve soror: nō concrepabūt ei ve dñe et ve inclite. Sepultura asini sepelietur: putrefact⁹ ⁊ proiect⁹ extra portas ierusalē. Ascende libanum et clama: et in basan da vocem tuā ⁊ clama ad transeuntes: quia contriti sunt omnes amatores tui. Locutꝰ sum ad te in abundantia tua: dixisti non audiam. Hec erit uia mea ab adolescentia tua: quia non audisti vocem meam. Omnes pastores tuos pascet ventus: ⁊ amatores tui in captiuitatē ibunt. Et tunc cōfunderis ⁊ erubesces ab omni malicia tua: que sedes in libano et nidificas in cedris. Quomō cōgemuisti cum uenissent tibi dolores quasi dolores parturientis? Viuo ego dicit dñs: quia si fuerit iechonias filius ioakim regis iuda anulus in manu dextera mea inde euellam eum. Et dabo te ī manu querentiū animā tuā et in manu quoꝝ tu formidas faciem: et in manu nabuchodonosor regis babilonis: et ī manus caldeoꝝ. Et mittam te et matrē tuā que genuit te in terrā alienā in qua nati nō estis:

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0165
powered by DWork • Heidelberg University Library

ibiq; moriemini. Et in terram ad quā ipsi leuāt animā suā ut reūtant illuc: nō reuertent. Numquid vas fictile aut; contritū vir iste iechonias? Aut quid vas ablq; omni voluptate? Quare abiecti sunt ipse et semen eius: et proiecti in terrā quā ignorauerūt? Terra terra terra audi sermonem dñi. Hec dicit dñs. Scribe virū istū sterilem: virū qui in diebz suis nō prosperabit. Nec enī erit de semine eius vir q̄ sedeat sup solīū dauid: et potestatē habeat ultra in iuda.

xxiii

Ve pastoribz: qui disperdunt et dilacerant gregem pascue mee dicit dñs. Ideo hec dicit dñs deus israhel ad pastores qui pascunt ꝓplm meum. Vos dispersistis gregem meū et eiecistis eos: et non visitastis eos. Ecce ego visitabo sup vos malitiā studiorū vestrorū ait dñs. Et ego congregabo reliquias gregis mei de oīibus terris ad quas eiecero eos illuc: et cōuertā eos ad ruras suas et crescēt et multiplicabūtur: et suscitabo sup eos pastores et pascēt eos. Nō formidabūt vltra et nō pauebūt: et nullus loquetur ex numero dicit dñs. Ecce dies veniūt dicit dñs: et suscitabo dauid germen iustū et regnabit rex et sapiens erit: et faciet iudiciū et iustitiā in terra. In diebus illis saluabitur iuda: et israhel habitabit confidenter. Et hoc est nomē q̄d vocabūt eū: dominus iustus noster. Propter hoc ecce dies veniūt dicit dñs: et non dicent vltra viuit dominus q̄ eduxit filios israhel de terra egipti. Sed viuit dominus q̄ eduxit et adduxit semē domus israhel de terra aquilonis et de ūctis terris ad q̄s eiecerā eos illuc: et habitabunt in terra sua. Ad ꝓphetas. Contritū est cor meū in medio mei: cōtremuerunt omnia ossa mea. Factus sum quasi vir ebrius: et quasi homo madidus a vino a facie domini et a facie verborum sanctoz eius: quia adulteriis repleta est terra: quia a facie maledictionis luxit terra: arefacta sunt arua deserti. Factus est cursus eoz malus: et fortitudo eorū dissimilis. Prophetā nanq; et sacerdos polluti sunt: et in domo mea inuenī malū eoz ait dominus. Idcirco via eorū erit quasi lubricū in tenebris: impellent enim et corruent in ea. Afferam enī sup eos mala: annū visitationis eoz ait dñs. Et in ꝓphetis samarie vidi fatuitatem: et ꝓphetabant in baal: et decipiebāt ꝓplm meū israhel. Et in ꝓphetis ihrusalē vidi similitudinem adulterantiū et iter mendacij: et confortauerūt manus pessimorum: ut non cōuerteretur vnusquisq; a malicia sua. Facti sunt michi omnes ut sodoma: et habitatores eius q̄si gomorra. Propterea hec dicit dñs exercituū ad ꝓphetas. Ecce ego cibabo eos absinthio: et potabo eos felle. A ꝓphetis enī ihrusalem egressa est pollutio sup omnē terram. Hec dicit dominus exercituū. Nolite audire verba ꝓphetarum qui prophetāt vobis et decipiūt vos. Visionē cordis sui locunt: non de ore domini. Dicūt his q̄ blasphemant me locutus est dominus. pax erit vobis: et omni qui ambulat in prauitate cordis sui dixerunt: non veniet sup vos malū. Quis enī astitit in consilio dñi: et vidit et audiuit sermonem eius? Quis cōsiderauit verbū illius et audiuit? Ecce turbo dominice indignationis egredietur: et tempestas erupiēs sup caput impioz veniet. Non reuertetur furor dñi usq; dum faciat: et usq; dū cōpleat cogitationē cordis sui. In nouissimis diebus intelligetis cōsiliū

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0166
powered by DWork • Heidelberg University Library

eius. Non mittebā ꝓphetas et ipi cur-
rebant: non loquebar ad eos. et ipsi
prophetabāt. Si stetissent in consilio
meo et nota fecissent verba mea ꝑplo
meo: auertissem vtiq; eos a via sua
mala ⁊ cogitationibus suis pessimis.
Putasne deus e vicino ego sum dicit
dn̄s: et non deus de longe? Si occul-
tabitur vir in abscōditis? Et ego nō
videbo eū dicit dn̄s? Nūquid nō celū
et terrā ego implebo ait dn̄s? Audiui
que dixerūt ꝓphete: ꝓphetantes in no-
mine meo mendaciū atq; dicētes. So-
mniaui: somniaui. Vsq; quo istud ē i
corde ꝓphetarū vaticināciū mēdaciū: ⁊
prophetāciū seductiones cordis sui?
Qui volūt facere ut obliuiscat̄ ꝑplus
meꝰ nois mei. ꝓpter somnia eorū que
narrāt vnusquisq; ad ꝓximū suū: si-
cut obliti sunt patres eorū nois mei
propter baal. Propheta qui habet
somniū narret somniū: et qui habet
sermonē meū loquat̄ sermonē meum
vere. Quid paleis ad triticū dicit dn̄s?
Nūquid non verba mea sunt quasi i-
gnis ait dn̄s: et quasi malleus conte-
rens petrā? Propterea ecce ego ad pro-
phetas ait dn̄s: q̄ furant̄ verba mea
vnusquisq; a ꝓximo suo. Ecce ego ad
prophetas ait dn̄s qui assumūt lin-
guas suas: ⁊ aiūt dicit dn̄s. Ecce ego
ad prophetas somniantes mēdaciū
dicit dn̄s: qui narrauerūt ea et seduxe-
runt ꝑplm meū in mendacio suo et in
miraculis suis cū ego nō misissē eos.
nec mandassem eis: q̄ nichil ꝓfuerūt
ꝑplo huic dicit dn̄s. Si igitur interro-
gauerit te ꝑplus iste vel ꝓpheta aut sa-
cerdos dicens. qd̄ est onus dn̄i: dices
ad eos. Vt quid vobis onꝰ? Proiciā
quippe vos dicit dominꝰ: et ꝓphetā et
sacerdos et ꝑplus qui dicit onus dn̄i:
visitabo sup virū illū et sup domū eiꝰ.
Hec dicetis vnusquisq; ad ꝓximum ⁊
ad fratrem suū. Quid respōdit dn̄s?
Et quid locutꝰ est dominꝰ? Et onus
domini vltra non memorabitur: q̄a
onus erit vnicuiq; sermo suus. Et ꝑuer-
tistis verba dei viuentis: domini exer-
cituum dei nostri. Hec dices ad ꝓphe-
tam. Quid respōdit tibi dominꝰ: ⁊ q̄d
locutus est dominꝰ? Si aūt onus do-
mini dixeritis: ꝓpter hoc hec dicit do-
minus. Quia dixistis sermonē istū o-
nus domini: ⁊ misi ad vos dicēs. no-
lite dicere onus domini: ꝓpterea ecce e-
go tollā vos portans. ⁊ derelinquam
vos ⁊ ciuitatē quā dedi vobis ⁊ pr̄ibꝫ
vr̄is a facie mea: et dabo vos ī oppro-
briū sempiternū: et ī ignominiā eternā
q̄ nūq̄ obliuione delebit̄. xxiiij

Ascendit michi dominꝰ: ⁊ ecce duo
calathi pleni ficis positi āte tem-
plum dn̄i: postq̄ transtulit nabuch-
donosor rex babilonis iechoniā filiū
ioakim regem iuda ⁊ principes eius ⁊
fabrum ⁊ inclusorem de iherusalē ⁊ ad-
duxit eos in babilonē. Calathus vnꝰ
ficus bonas habebit nimis: ut solent
ficus esse p̄mi tēporis. Et calathus v-
nus ficus habebat malas nimis: que
comedi nō poterāt eo q̄ essēt male. Et
dixit dominꝰ ad me. Quid tu vides ihe-
remia? Et dixi. Ficus bonas. bonas
valde: ⁊ malas. malas valde: q̄ come-
di nō possunt eo q̄ sint male. Et factū
est verbū dn̄i ad me dicens. Hec dicit
dominꝰ deus israhel. Sicut ficus hec bo-
ne sic cognoscā transmigrationē iuda
quā emisi de loco isto in terrā caldeorū
in bonū: et ponā oculos meos sup eos
ad placādū. Et reducā eos in terram
hanc: ⁊ edificabo eos et nō destruā: et
plantabo eos et non euellam: et dabo



Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0167
powered by DWork • Heidelberg University Library

eis cor ut sciant me quia ego sum dominus. Et erūt michi in pplm: et ego ero eis in deū: quia reuertentur ad me in toto corde suo. Et sicut fic? pessime que comedi nō possūt eo q̄ sint male: hec dicit dominꝰ sic dabo sedechiam regem iuda et principes eius et reliq̄s de ierusalē qui remanserūt in urbe hac: et qui habitant in terra egipti. Et dabo eos in vexationē afflictionemq; omnibus regnis terre: in opprobriū et in parabolā et in proverbiū et in maledictionē in vniuersis locis ad quas ejecī eos: et mittā in eis gladiū z famē z pestem donec cōsumātur de terra quā dedi eis et patribus eorum.

Verbū q̄ factū ē ad ieremiā de omni pplo iude in anno quarto ioakim filij iosie regis iuda: ipē ē annus primus nabuchodonosor regis babilonis. Et locutus est ieremias propheta ad omnē pplm iuda et ad vniuersos habitatores ierusalē dicēs. A tertiodecimo āno iosie filij āmon regis iuda usq; ad diem hanc iste est tercius z vicesimꝰ annus: factū est verbum dñi ad me: et locutus sum ad vos de nocte consurgens et loquens et non audistis. Et misit dominꝰ ad vos omnes seruos suos pphetas consurgens diluculo mittensq; z non audistis: neq; inclinastis aures vestras ut audiretis cum diceret. Reuertimini vnusquisq; a via sua mala et a pessimis cogitationibus vestris: et habitabitis i terra quā dedit dñs vobis et patribus vestris a seculo z usq; in seculum. Et nolite ire post deos alienos ut seruiatis eis adorētq; eos: neq; me ad iracūdiam prouocetis in operibus manuū vestrarū: z non affligam vos. Et non audistis me dicit dominꝰ: ut me ad iracūdiam prouocaretis in operibus manuū vestrarū in malū vestrū. Propterea hec dicit dñs exercituū. Pro eo q̄ non audistis verba mea: ecce ego mittam et assumā vniuersas cognationes aquilonis ait dñs z nabuchodonosor regē babilonis seruū meū z adducā eos sup terrā istā et sup habitatores eius et sup omnes nationes que i circuitu eius sunt: et interficiā eos z ponam eos in stuporem et in sibilū et in solitudines sempiternas. Perdamq; ex eis vocem gaudij et vocem letitie: vocem sponsi z vocem sponse: vocem mole z lumē lucerne. Et erit vniuersa terra eius in solitudinē z in stuporem: et seruient omnes gentes iste regi babilonis septuaginta āmis. Cumq; impleti fuerint anni septuaginta visitabo sup regem babilonis z sup gentem illā dicit dñs iniquitatem eoz: et sup terrā caldeoz: et ponā illā in solitudines sempiternas. Et adducā sup terrā illā omnia verba mea que locutꝰ sum cōtra eam: omne q̄ scriptū est i libro isto · quecūq; pphetauit ieremias adversum omnes gentes: quia seruierūt eis cū essent gētes multe z reges magni. Et reddā eis sc̄dm opera eoz: et sc̄dūm facta manuū suaz. Quia sic dicit dñs exercituū deus israhel. Sume calicem vini furoris huiꝰ de manu mea: z potabis de illo cūctis gentibus ad quas ego mittam te et bibent: z turbabunt et insanient a facie gladij quē ego mittam inter eos. Et accepi calicē de manu dñi · z potaui cūctis gentibus ad quas misit me dñs: ierusalē z ciuitatibus iude et regibus eius et principibus eius ut darem eos in solitudinem et in stuporem et in sibilū et in maledictionē sicut ē dies ista: z pharaoni

Biblioteca Apostolica Vaticana © RESERVED
Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0168
powered by DWork • Heidelberg University Library

regi egipti et seruis eius ⁊ pricipibus
eius et omni ꝑplo eiꝰ: et uniuersis ge-
neraliter cunctis regibus terre ausiti-
dis. et cūctis regibꝫ terre philistijm et
ascalonis et gaze et accaroni et reli-
quis azoti: ydumee ⁊ moab et filijs
āmon et cūctis regibus tyri et uniuer-
sis regibus sydonis et regibꝫ tre insu-
larꝫ q̄ sunt trans mare: et dedan et the-
man et buz et uniuersis q̄ attonsi sūt
in comam et cūctis regibus arabie et
cūctis regibus occidētis q̄ habitāt in
deserto: et cūctis regibus zambri ⁊ cun-
ctis regibus elam et cūctis regibꝫ me-
doꝝ et cūctis q̄ꝫ regibus aquilonis de-
prope ⁊ delonge: unicuiqꝫ cōtra fratrē
suū: ⁊ omnibus regnis terre que super
faciē eius sunt. Et rex sesach bibet post
eos. Et dices ad eos. Hec dicit dn̄s ex-
ercituū deus israhel. Bibite et inebria-
mini: et vomite et cadite: neqꝫ surgatis
a facie gladij quē ego mittā inter vos.
Cunqꝫ noluerint accipere calicem de
manu tua ut bibāt: dices ad eos. Hec
dicit dominꝰ exercituū. Bibentes bibe-
tis. Quia ecce in ciuitate in qua inuo-
catū ē nomē meū ego incipio affligere:
et vos quasi innocentes et immu-
nes eritis? Non eritis immunes. Gla-
diū enī ego voco sup omnes habita-
tores terre: dicit dn̄s exercituū. Et tu
propheta bis ad eos om̄ia verba hec:
⁊ dices ad illos. Dominus de excelso
rugiet: et de habitaclo sācto suo dabit
vocem suā. Rugiens rugiet sup deco-
rem suū. Celeuma q̄si calcantiū conci-
netur aduersus omnes habitatores
terre. Peruenit sonitꝰ usqꝫ ad extrema
terre: quia iudiciū dn̄o cū gētibus. Iu-
dicat ipe cū omni carne. Impios tra-
didi gladio dicit dn̄s. Hec dicit dn̄s
exercituū. Ecce afflictio egredietur de gēte
in gentem: et turbo magnus egredie-
tur de sūmitatibus terre: et erunt inter-
fecti dn̄i in die illa a summo terre usqꝫ
ad summū eius. Nō plangent: et nō
colligent neqꝫ sepelient: i sterquilinio
sup faciē terre iacebūt. Vlulate pasto-
res et clamate. et aspgite vos cinere o-
ptimates gregis: quia cōpleti sunt di-
es vestri ut interficiamini: et dissipa-
tiones vestre. ⁊ cadetis quasi vasa p̄ci-
osa. Et peribit fuga a pastoribus: et
salutatio ab optimatibꝫ gregis. Vox
clamoris pastoꝝ ⁊ vlulatus optima-
tum gregis: q̄a vastauit dn̄s pascua
eoꝝ: ⁊ cōticuerūt arua pacis a facie ire
furoris dn̄i. Dereliquit q̄si leo umbra-
culum suū: facta est terra eorum in de-
solationem a facie ire columbe: et a
facie ire furoris domini. xxvi

In pricipio regni ioakim filie iosie re-
gis iuda factū ē verbū istud a dn̄o di-
cens. Hec dicit dn̄s. Sta in atrio do-
mus dn̄i: et loqueris ad omnes ciui-
tates iuda de quibꝫ veniūt ut adorēt
in domo dn̄i uniuersos sermones: q̄s
ego mandaui tibi ut loquaris ad eos.
Noli subtrahere verbū: si forte audiāt
⁊ cōuertant unusquisqꝫ a via sua ma-
la: et peniteat me mali q̄d cogito face-
re eis ꝓpter maliciā studioꝝ eorū. Et
dices ad eos. Hec dicit dn̄s. Si non
audieritis me ut ābuletis in lege mea
quā dedi vobis ut audiatis sermonē
seruoꝝ meoꝝ ꝓphetarū quos ego misi
ad vos de nocte cōsurgens et dirigēs
et nō audistis: dabo domū istā sicut
sylo: et urbē hāc dabo i maledictionē
cūctis gētibus terre. Et audierūt sacer-
dotes et ꝓphete et om̄is ꝑplus iheremi-
am loquentem verba hec in domo do-
mini. Cunqꝫ complesset iheremias lo-
quens omnia que p̄ceperat ei dominꝰ



Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0169
powered by DWork • Heidelberg University Library

ut loqueretur ad uniuersum populum: apprehenderunt eum sacerdotes et prophete et omnis
populus dicens. Morte moriatur. Quare
prophetauit in nomine domini dicens: sicut
sylo erit domus hec. et urbs ista deso-
labitur eo quod non sit habitator? Et con-
gregatus est omnis populus aduersus
iheremiam in domo domini. Et audierunt prin-
cipes iuda verba hec: et ascenderunt de
domo regis in domum domini: et sederunt in
introitu porte domus domini noue. Et lo-
cuti sunt sacerdotes et prophete ad princi-
pes et ad omnem populum dicentes. Iudici-
um mortis est viro huic: quia prophetauit
aduersus ciuitatem istam sicut au-
distis auribus vestris. Et ait iheremias
ad omnes principes et ad uniuersum
populum dicens. Dominus misit me ut prophetarem
ad domum istam et ad ciuitatem hanc
omnia verba que audistis. Nunc ergo
bonas facite vias vestras et studia ve-
stra: et audite vocem domini dei vestri: et
penitebit dominum mali quod locutus est ad-
uersum vos. Ego autem ecce in manibus
vestris sum: facite michi quod bonum et
rectum est in oculis vestris. Verumtamen
scitote et cognoscite: si occideritis me
sanguinem innocentem traderis contra
vosmetipsos: et contra ciuitatem istam et
habitatores eius. In veritate enim mi-
sit me dominus ad vos: ut loquerer in auri-
bus vestris omnia verba hec. Et dixe-
runt principes et omnis populus ad sacer-
dotes et ad prophetas. Non est viro huic
iudicium mortis: quia in nomine domini dei no-
stri locutus est ad nos. Surrexerunt ergo
viri de senioribus terre: et dixerunt ad
omnem cetum populi loquentes. Micheas de
moraschin fuit propheta in diebus ezechie
regis iuda: et ait ad omnem populum iude
dicens. Hec dicit dominus exercituum. Syon
quasi ager arabitur: et iherusalem in
aceruum lapidum erit: et mons domus
in excelsa siluarum. Numquid morte con-
dempnauit eum ezechias rex iuda et omnis
iuda? Numquid non timuerunt dominum
et deprecati sunt faciem domini: et penituit dominum
mali quod locutus fuerat aduersum eos?
Itaque non faciamus malum grande contra
animas nostras. Fuit quoque vir prophetans
in nomine domini vrias filius semei de cari-
athiarim: et prophetauit aduersus ciuita-
tem istam. et aduersus terram hanc iuxta
omnia verba iheremie. Et audiuit rex
ioakim et omnes potentes et principes
eius verba hec: et quesiuit rex interfice-
re eum. Et audiuit vrias et timuit: fugit
que et ingressus est egiptum. Et misit rex
ioakim viros in egiptum helnathan
filium achobor et viros cum eo in egiptum.
Et eduxerunt vriam de egipto: et adduxerunt
eum ad regem ioakim et percussit
eum gladio: et proiecit cadauer eius in
sepulcris vulgi ignobilis. Igitur ma-
nus archan filij saphan fuit cum ihe-
remia ut non traderetur in manus po-
puli et interficerent eum. xxvij

In principio regni ioakim filij iosie re-
gis iuda factum est verbum istud ad ihere-
miam a domino dicens. Hec dicit dominus
ad me. Fac tibi vincula et cathenas et
pones eos in collo tuo: et mittes eas
ad regem edom et ad regem moab et ad
regem filiorum ammon et ad regem tyri et
ad regem sydonis in manu nunciorum qui
venerunt iherusalem ad sedechiam regem
iuda: et precipies eis ut ad dominos suos
loquantur. Hec dicit dominus exercituum deus
israel. Hec dicetis ad dominos vestros. Ego fe-
ci terram et hominem et iumenta que sunt
super faciem terre in fortitudine mea ma-
gna. et in brachio meo extento: et dedi
eam ei qui placuit in oculis meis. Et nunc
itaque ego dedi omnes terras istas in

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0170
powered by DWork • Heidelberg University Library

manu nabuchodonosor regis babilonis seruì mei: insuper et bestias agri dedi ei ut seruiãt illi: et seruiẽt ei oẽs gẽtes et filio ei⁹ z filio filij ei⁹ donec veniat tẽpus terre ei⁹ et ipsi⁹. Et seruiẽt ei gentes multe et reges magni: gens autem z regnũ qđ non seruierit nabuchodonosor regi babilonis et quecunq; nõ curuauerit collũ suum sub iugo regis babilonis in gladio et in fame z in peste visitabo sup gentem illã ait dñs: donec cõsumã eos in manu eius. Vos ergo nolite audire pphetas vr̃os et diuinos z somniatores z augures et maleficos qui dicũt vobis nõ seruietis regi babilonis: quia mendaciũ pphetãt vobis ut longe faciãt vos de terra vestra: et eiciãt vos et pereatis. Porro gens q̃ subiecerit ceruicem suã sub iugo regis babilonis et seruierit ei et dimittã eã in terra sua dicit dñs: et colet eam et habitabit in ea. Et ad sedechiam regem iuda locut⁹ sum secundũ oĩa verba hec dicens. Subicite colla vestra sub iugo regis babilonis: et seruite ei et pl̃o eius: et viuetis. Quare morimini tu z populus tuus gladio fame et peste: sicut locutus est dñs ad gentem que seruire noluerit regi babilonis. Nolite audire verba pphetarũ dicentiũ vobis nõ seruietis regi babilonis: quia mendacium ipsi loquunt vobis. Quia non misi eos ait dñs: et ipsi pphetant in nõe meo mendaciter: ut eiciant vos z pereatis tam vos q̃ pphete qui vaticinant vobis. Et ad sacerdotes et ad pl̃m istũ locut⁹ sum dicens. Hec dicit dñs. Nolite audire verba pphetarũ vestrorũ qui pphetãt vobis dicentes: ecce vasa domini reuertentur de babilone nũc cito. Mendaciũ enim pphetãt vobis. Nolite ergo audire eos: sed seruite regi babilonis ut viuatis. Quare datur hec ciuitas in solitudinẽ? Et si pphete sunt. et est verbũ dñi in eis occurrãt dño exercituũ: ut non veniãt vasa que derelicta fuerant in domo dñi et in domo regis iuda et in iherusalẽ in babilonẽ. Quia hec dicit dñs exercituũ ad columnas z ad mare z ad bases et ad reliqua vasorũ que manserũt in ciuitate hac: que non tulit nabuchodonosor rex babilonis cũ trãsferret iechoniam filiũ ioachim regem iuda de iherusalem in babilonẽ z oẽs optimates iuda z iherusalẽ. Quia hec dicit dñs exercituũ deus isrl̃ ad vasa que derelicta sunt in domo dñi z in domo regis iuda et iherusalẽ. In babilonẽ transferẽtur: et ibi erũt usq; ad diẽ visitationis sue dicit dominus. Et afferri faciam ea et restituã in locum istum. xxvm

Et factũ est in ãno illo i principio regni sedechie regis iuda in ãno quarto in mense quinto: dixit ad me ananias filius azur pphetes de gabaon in domo dñi coram sacerdotibz z omni pl̃o dicens. Hec dicit dñs exercituũ deus israhel. Contriui iugũ regis babilonis. Adhuc duo anni dierũ: et ego referri faciã ad locũ istũ oĩa vasa dñi que tulit nabuchodonosor rex babilonis de loco isto: et transtulit ea in babilonẽ. Et iechoniam filiũ ioakim regem iuda et omnẽ trãsmigrationẽ iude qui ingressi sunt in babilonẽ ego cõuertã ad locũ istũ ait dñs. Conteram enim iugũ regis babilonis. Et dixit iheremias pphetes ad ananiam pphetam i oculis sacerdotũ et i oculis oĩs pl̃i qui stabat in domo dñi: et ait iheremias prophetes. Amen. Sic faciat dñs. Suscitet dñs verba tua que

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0171
powered by DWork • Heidelberg University Library

prophetasti: ut referant vasa ī domū
dñi: et omīs trāsmigratio de babilo-
ne ad locū istū. Verūtamē audi verbū
hoc qd̄ ego loquor in auribus tuis: ⁊
in auribꝫ vniūsi ꝓpli. Prophete q̄ fue-
runt āte me et te ab inicio et ꝓphetaue-
runt sup terras mstas ⁊ sup regna de
p̄lio ⁊ de afflictione et de fame: ꝓpheta
q̄ vaticinatꝰ ē pacem cū venerit verbū
eius: scietur ꝓpheta quē misit dominꝰ
in veritate. Et tulit ananias ꝓpheta
cathenam de collo iheremie ꝓphete: et
cōfregit eam. Et ait ananias in cōspe-
ctu omīs ꝓpli dicens. Hec dicit dominꝰ.
Sic cōfringā iugū nabuchodonosor
regis babilonis post duos annos di-
erū de collo omniū gentium. Et abijt
iheremias ꝓpheta in viam suā. Et fa-
ctum est verbū dñi ad iheremiā postq̄
cōfregit ananias ꝓpheta cathenā de
collo iheremie ꝓphete dicens. Vade: ⁊
dices ananie. Hec dicit dominus. Ca-
thenas ligneas cōtriuisti et facies ꝓ eis
cathenas ferreas: quia hec dicit dñs
exercituū deus israhel. Iugū ferreū po-
sui sup collū cūctarꝫ gentiū istarꝫ ut ser-
uiant nabuchodonosor regi babilo-
nis: et seruient ei: insup et bestias terre
dedi ei. Et dixit iheremias ꝓpheta ad
ananiā ꝓphetam. Audi anania. Nō
misit te dominus: et tu confidere feci-
sti populū istum in mendacio. Idcir-
co hec dicit dominus. Ecce ego mit-
tam te a facie terre. Hoc anno morie-
ris. Aduersum enim dominum locu-
tus es. Et mortuus est ananias pro-
pheta in āno illo mēse septīo. xxix

Et hec sunt verba libri quē misit
iheremias de iherusalem ad reli-
quias seniorꝫ transmigratōnis et ad
sacerdotes et ad ꝓphetas et ad omnē
ꝓplm quē traduxerat nabuchodonosor
de iherusalē in babilonē: postq̄ egres-
sus est iechonias rex ⁊ dña et eunuchi
et principes iuda et iherusalē et faber
et inclusor de iherusalem in manu ela-
sa filij saphan et gamalie filij helchie
quos misit sedechias rex iuda ad na-
buchodonosor regem babilonis in ba-
bilonē: dicens. Hec dicit dñs exercituū
deus israhel omīi trāsmigratōni quā
transtuli de iherusalē ī babilonē. Edi-
ficate domos et habitate: et plantate
ortos et comedite fructū eorꝫ. Accipite
vxores ⁊ generate filios ⁊ filias: ⁊ date
filijs vr̄is vxores et filias vr̄as viris
date. et pariāt filios et filias: et mscipli-
cabimini ibi ⁊ nolite esse pauci nume-
ro: et q̄rite pacē ciuitatis ad quā trans-
migrare vos feci et orate pro ea ad do-
minū: q̄a in pace illiꝰ erit pax vobis.
Hec dicit dñs exercituū deꝰ isrl. Nō vos
seducāt prophete vestri qui sunt in me-
dio vestrū ⁊ diuini vestri: et ne attenda-
tis ad somnia vestra que vos somni-
atis quia falso ipi ꝓphetant vobis in
nomine meo: ⁊ nō misi eos dicit dñs.
Quia hec dicit dñs. Cum ceperint im-
pleri in babilone septuaginta anni vi-
sitabo vos ⁊ suscitabo sup vos verbū
meū bonū: ut reducā vos ad locū istū.
Ego enim scio cogitatōnes q̄s cogito
sup vos ait dñs. cogitatōnes pacis
et nō afflictionis ut dem vobis finē ⁊
patiētiā: ⁊ inuocabitis me ⁊ viuetis. et
orabitis me et ego exaudiā vos: que-
retis me ⁊ inuenietis. Cum quesieritis
me in toto corde vestro: inueniar a vo-
bis ait dñs. Et reducā captiuitatem
vestrā: et cōgregabo vos de vniuersis
gentibꝫ ⁊ de cūctis locis ad que expuli
vos dicit dñs. Et reuerti vos faciā de
loco ad quē transmigrare vos feci: q̄a
dixistis. Suscitauit nobis dominus

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0172
powered by DWork • Heidelberg University Library

prophetas in babilone. Quia hec di-
cit dñs ad regem q̄ sedet sup̄ soliū da-
uid ⁊ ad omnē ꝑplm habitatorem ur-
bis huiꝰ: ad fratres vestros qui non
sunt egressi vobiscū in trāsmigratōnē.
Hec dicit dñs exercituū. Ecce mittā in
eos gladiū et famē et pestem: et ponā
eos quasi ficus malas q̄ comedi non
possunt eo q̄ pessime sunt: et ꝑsequar
eos in gladio et in fame et in pestilen-
tia. Et dabo eos in vexationē uniuer-
sis regnis terre in maledictionem ⁊ in
stuporem ⁊ in sibilū ⁊ in opprobrium
cūctis gentibꝫ ad quas ego eieci eos:
eo q̄ non audierint verba mea dicit
dñs que misi ad eos per seruos meos
prophetas de nocte cōsurgens et mit-
tens: et non audistis dicit dñs. Vos
ergo audite verbū dñi omnis trāsmi-
gratio quā emisi de iherusalē in babi-
lonē. Hec dicit dñs exercituū deus isrl̄
ad ahab filiū chulie ⁊ ad sedechiā fili-
um maasie qui ꝓphetant vobis ī no-
mine meo mendaciter. Ecce ego tradā
eos in manus nabuchodonosor re-
gis babilonis: et ꝑcutiet eos ī oculis
vestris. Et assumetur ex eis maledictō
omni trāsmigratōni iude que est ī ba-
bilone dicētiū. Ponat te dominꝰ sicut
sedechiam ⁊ sicut ahab quos frixit rex
babilonis in igne: pro eo q̄ fecerint
stulticiam in israhel et mechati sunt in
uxores amicorū suorū: et locuti sunt
verbū in nomine meo mendaciter qd̄
non mādaui eis. Ego sum iudex et te-
stis dicit dñs. Et ad semeiā neelami-
ten dices. Hec dicit dñs exercituū deus
israhel. Pro eo q̄ misisti in noīe meo
libros ad omnē ꝑplm qui ē in ihrlm
et ad sophoniā filiū maasie sacerdotē
et ad uniuersos sacerdotes dicens: do-
minus dedit te sacerdotem ꝓ ioiade
sacerdote ut sis dux in domo domini
sup̄ omnē virū arrepticiū ⁊ ꝓphetantē
ut mittas eum in neruū et in carcerem.
Et nūc quare non increpasti iheremi-
am anathotiten qui ꝓphetat vobis?
Quia sup̄ hoc misit in babilonem ad
nos dicens. Longū ē: edificate domos
et habitate: et plātate ortos ⁊ comedi-
te fructus eorꝫ. Legit ergo sophonias
sacerdos librū istū in auribꝫ iheremie
prophete. Et factum est verbū dñi ad
iheremiam dicens. Mitte ad omnem
trāsmigrationē dicens. Hec dicit dñs
ad semeiā neelamiten. Pro eo q̄ pro-
phetauit vobis semeias et ego nō mi-
si eū: ⁊ fecit vos cōfidere in mendacio:
idcirco hec dicit dñs. Ecce ego visita-
bo sup̄ semeiam neelamiten ⁊ super se-
men eius. Nō erit ei vir sedens ī medio
ꝑpli huiꝰ: et non videbit bonū qd̄ ego
faciā ꝑplo meo ait dñs: quia p̄uarica-
tionē locutꝰ ē adūsus dñm. xxx

Hoc verbū qd̄ factū est ad iheremi-
am a dño dicens. Hec dicit do-
minus deus israhel dicens. Scribe tibi
omīa verba que locutus sum ad te in
libro. Ecce enī dies veniūt dicit dñs: ⁊
cōuertā conuersionē ꝑpli mei israhel et
iuda ait dñs: et cōuertā eos ad terrā
quā dedi patribꝫ eorꝫ et possidebūt eā.
Et hec verba que locutꝰ est dñs ad isrl̄
et iudā: quoniā hec dicit dñs. Vocem
terroris audiuimꝰ: formido: ⁊ nō ē pax.
Interrogate ⁊ videte si generat mascu-
lus. Quare ergo vidi omnis viri ma-
nus supra lumbū suū quasi parturiē-
tis? Et cōuerse sunt uniuerse facies in
auruginē. Ve quia magna dies illa
nec est similis eiꝰ: tempusq̄ tribulatōnis
est iacob: et ex ipso saluabitur. Et erit:
in die illa ait dñs exercituū conteram
iugū eius de collo tuo: ⁊ vincula eius



Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0173
powered by DWork • Heidelberg University Library

dirumpā. Et nō dñabunt̄ ei ampli-
us alieni: sed seruient dño deo suo: et
dauid regi suo quē suscitabo. Tu ergo
ne timeas serue meꝰ iacob ait dñs: ne-
q; paucas israhel: q̄a ecce ego saluabo
te de terra longinqua et semē tuū de ter-
ra captiuitatis eoꝝ. Et reuertet̄ iacob
et quiescet: ⁊ cunctis affluet bonis. et
non erit quē formidet: quoniā tecū ego
sū ait dñs ut saluē te. Faciā enī consu-
mationē in cūctis gentibus ī quibus
dispsi te: te aūt non faciā in cōsumati-
onem: sed castigabo te ī iudicio ut nō
tibi videaris innoxius: quia hec dicit
dñs. Insanabilis fractura tua: pessi-
ma plaga tua. Non ē qui iudicet iu-
diciū tuū: ad alligandā curationem
tuā vtilitas non est tibi. Omnes ama-
tores tui obliti sunt tui: teq; non que-
rent. Plaga enī inimici ꝑcussi te: casti-
gatōne crudeli. Propter multitudinē
iniquitatis tue dura facta sunt peccata
tua. Quid clamas sup cōtritōne tua?
Insanabilis est dolor tuus. Propter
mstitudinē iniquitatis tue ⁊ dura pec-
cata tua feci hec tibi. Propterea omnes
qui comedūt te deuorabunt̄: et vniuer-
si hostes tui in captiuitatē ducent̄. Et
omnes qui te vastant vastabūtur: cun-
ctosq; p̄datores tuos dabo in p̄dam.
Obducā enī cicatricem tibi: et a vulne-
ribus tuis sanabo te dicit dñs. Quia
eiectam vocauerūt te syon: hec est que
non habebat requirentem. Hec dicit
dñs. Ecce ego cōuertam cōuersionē ta-
bernaculoꝝ iacob: ⁊ tectis eius misere-
bor. Et edificabit̄ ciuitas ī excelso suo:
et templū iuxta ordinē suū fundabit̄.
Et egredietur de eis laus voxq; luden-
tiū: ⁊ multiplicabo eos ⁊ nō minuent̄:
et glorificabo eos et nō attenuabunt̄:
et erunt filij eiꝰ sicut a principio: ⁊ cetꝰ
eius corā me ꝑmanebit. Et visitabo
aduersum omnes qui tribulant eū: et
erit dux eius ex eo ⁊ princeps de medio
eiꝰ ꝓducetur. Et applicabo eū: et acce-
det ad me. Quis enī iste est qui appli-
cet cor suū: ut appropinquet michi ait
dñs? Et eritis michi in ꝓpsm: ⁊ ego ero
vobis in deū. Ecce turbo dñi furor e-
grediens: ꝓcella ruens in capite impi-
orū cōquiescet. Non auertet irā indi-
gnationis dñs: donec faciat et cōple-
at cogitationē cordis sui. In nouissi-
mo dierum intelligetis ea. xxxi

In tempore illo dicit dñs ero deus vni-
uersis cognationibꝫ isrl: et ipi erūt mi-
chi ī ꝓpsm. Hec dicit dominꝰ. Inuenit
gratiā in deserto ꝓpsus qui remāserat
gladio. Vadet ad requiē suā israhel.
Longe dñs apparuit michi. Et in cari-
tate ꝑpetua dilexi te: ideo attraxi te mi-
serās. Rursumq; edificabo te: ⁊ edifica-
beris virgo israhel. Adhuc ornaberis
tympanis tuis: ⁊ egredieris in choro
ludentiū. Adhuc plātabis vineas in
mōtibus samarie. Plantabūt plan-
tantes: et donec tempus veniat non
vindemiabunt: quia erit dies in qua
clamabūt custodes in mōte ephraim.
Surgite et ascendamꝰ in syon ad do-
minū deū nostrū: quia hec dicit dñs.
Exultate ī leticia iacob: et hinnite con-
tra caput gentiū: ꝑsonate et canite: et
dicite. Salua dñe ꝓpsm tuū reliquias
israhel. Ecce ego adducā eos de terra
aquilonis: ⁊ congregabo eos ab extre-
mis terre: inter quos erūt cetꝰ ⁊ claudꝰ
et pregnās et pariēs simul cetꝰ magnꝰ
reuertentiū huc. In fletu venient: et in
p̄cibus reducā eos. Et adducam eos
per torrentes aquaꝝ in via recta et nō
impingēt in ea: q̄a factus sum israheli
pater: et ephraim primogenitꝰ meꝰ ē.

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0174
powered by DWork • Heidelberg University Library

Audite verbū dñi gēes: ⁊ annūciate
in insulis que ꝓcul sunt: ⁊ dicite. Qui
dispsit israhel cōgregabit eū: ⁊ custodi-
et eum sicut pastor gregē suū. Redimet
enim dñs iacob: ⁊ liberabit eū de ma-
nu potentioris. Et venient ⁊ laudabūt
in mōte syon: ⁊ cōfluent ad bona dñi
sup frumento ⁊ vino ⁊ oleo ⁊ fetu pec-
tum et armentoꝝ: erit q̄ anima eorū ꝙsi
horto irriguus: et ultra non esurient.
Tūc letabit virgo in choro: iuuenes
et senes simul. Et cōuertā luctū eoꝝ in
gaudiū: ⁊ cōsolabor eos: ⁊ letificabo
a dolore suo. Et inebriabo animā sa-
cerdotū pīguedine: ⁊ ꝓplus meus bonis
meis adimplebit ait dñs. Hec dicit
dñs. Vox in excelso audita est lamen-
tationis luctus ⁊ fletus: rachel plorā-
tis filios suos. ⁊ nolētis consolari su-
per eis: quia non sunt. Hec dicit dñs.
Quiescat vox tua a ploratu et oculi tui
a lacrimis: quia est merces operi tuo
ait dñs. Et reuertent de terra inimici:
et est spes nouissimis tuis ait dominꝰ:
et reuertent filij tui ad terminos suos.
Audiens audiui ephraim tāsmigrā-
tem. Castigasti me dñe: et eruditus
sum ꝙsi iuuenculus indomitꝰ. Cōuer-
te me ⁊ reuertar: quia tu dñs deꝰ meus.
Postq̄ enim cōuertisti me egi penitentiā-
am: ⁊ postq̄ ostendisti michi ꝓcussi fe-
mur meū. Cōfusus sum ⁊ erubui: quo-
niam sustinui opprobrium adolescen-
tie mee. Nūquid filius honorabilis michi
ephraim: ꝙ puer delicatꝰ: quia ex quo
locutus sum de eo adhuc recordabor
eius. Idcirco conturbata sunt viscera
mea sup eū: miserās miserabor eius
ait dñs. Statue tibi speculā: pone tibi
amaritudines. Dirige cor tuū in viā
rectā in qua ambulasti. Reuertere vir-
go israhel: reūtere ad ciuitates tuas istas.
Usq̄quo delicijs dissolueris filia va-
ga? Quia creauit dñs nouū sup terrā:
femina circūdabit virū. Hec dicit dñs
exercituū deus israhel. Adhuc dicent ver-
bum istud in terra iuda et in urbibus
eius: cū cōuerterō captiuitatem eoꝝ. Be-
nedicat tibi dominꝰ pulcritudo iustitie
mons sanctus. Et habitabunt in eo
iudas et oēs ciuitates eius simul agri-
cole ⁊ mīnātes greges: quia inebriaui
animā lassam: ⁊ omnē animā esurī-
entem saturaui. Ideo quasi de somno
suscitatus sum ⁊ vidi: et somnus meus
dulcis michi. Ecce dies venient dicit
dñs: ⁊ seminabo domū iuda ⁊ domū
israhel semine hominis et semine iu-
mentorū. Et sicut vigilaui sup eos ut
euellerem et demolirer et dissiparem et
dissiperem et affligerem: sic vigilabo
sup eos ut edificem et plantem ait do-
minus. In diebus illis non dicent ul-
tra. patres comederūt uuam acerbam
et dentes filioꝝ obstupuerūt: sed unus-
quisq; in iniquitate sua morietur. Oēs
homo qui comederit uuam acerbam:
obstupescent dentes eius. Ecce dies ve-
niūt dicit dñs. et feriam domui israhel et
domui iuda fedus nouū. Nō secūdū
pactū qđ pepigi cū patribus eorū in die
qua apprehendi manū eoꝝ ut educerem
eos de terra egipti: pactū qđ irritū fece-
runt ⁊ ego dominatꝰ sum eoꝝ dicit do-
minꝰ: sed hoc erit pactū qđ feriā cū do-
mo israhel. Post dies illos dicit dñs
dabo legem meā in visceribus eoꝝ: ⁊ in
corde eoꝝ scribā eā: et ero eis in deū: et
ipsi erūt michi in ꝓplm. Et nō docebit ul-
tra vir ꝓximū suū. ⁊ vir fratrem suum
dicens: cognosce dñm. Oēs enim co-
gnoscent me a minimo eorū usq; ad
maximū ait dñs: quia ꝓpitiabor ini-
quitati eoꝝ ⁊ peccati eoꝝ nō ero memor

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0175
powered by DWork • Heidelberg University Library

amplius. Hec dicit dñs qui dat solem
in lumine diei. ordinē lune ⁊ stellarū ī
lumine noctis: q̄ turbat mare ⁊ sonāt
fluctus eius: dñs exercituū nomen illi.
Si defecerint leges iste coram me dicit
dñs: tunc ⁊ semen isrl' deficiet ut non
sit gēs corā me cūctis diebꝫ. Hec dicit
dñs. Si mensurari poterint celi sursū
et inuestigari fundamenta terre deor-
sum: ⁊ ego abiciā uniuersum semē isrl'
propter omnia que fecerūt dicit dñs.
Ecce dies venient dicit dñs: ⁊ edifica-
bit̄ ciuitas dño a turre ananehel usq;
ad portam āguli. Et exibit ultra nor-
ma mensure in cōspectu eius sup̄ collē
gareb: ⁊ circuibit goatha ⁊ omnē val-
lem cadauerū ⁊ cineres ⁊ uniuersam re-
gionē mortis. usq; ad torrentē cedron
et usq; ad angulū porte equorū orien-
talis. Sanctū dñi non euellet̄: et non
destruetur ultra in ꝑpetuū. xxxii

Verbū qd̄ factū est ad iheremiam
a dño in anno decimo sedechie
regis iuda: ipe est annus octauus de-
cimus nabuchodonosor. Tunc exerci-
tus regis babilonis obsidebat ihrlm:
et iheremias ꝓpheta erat clausus in a-
trio carceris q̄ erat in domo regis iuda
Clauserat enī eū sedechias rex iuda di-
cens. Quare vaticinaris dicens hec
dicit dominꝰ. ecce ego dabo ciuitatem
istam in manus regis babilonis ⁊ ca-
piet eā. et sedechias rex iuda nō effugi-
et de manu caldeoꝝ sed tradetur ī ma-
nus regis babilonis. ⁊ loquetur os e-
ius cū ore illius ⁊ oculi eius oculos il-
lius videbūt. ⁊ in babilonem ducet se-
dechiam et ibi erit donec visitem eum
ait dñs: si aūt dimicaueritis aduersū
caldeos nichil ꝓsperū habebitis ⁊ Et
dixit iheremias. Factū ē verbū dñi ad
me dicens. Ecce ananehel filius sellū
patruelis tuus veniet ad te dicēs. Eme
tibi agrū meū qui est in anathot. Tibi
enim competit ex ꝓpinquitate ut emas.
Et venit ad me ananehel filiꝰ patrui
mei scd̄m verbū dñi ad vestibulū car-
ceris: ⁊ ait ad me. Posside agrū meū
qui est in anathot in terra beniamin:
quia tibi competit hereditas ⁊ tu ꝓpin-
quus es ut possideas. Intellexi autē
q̄ verbū dñi esset. Et emi agrū ab ana-
nehel filio patrui mei q̄ ē ī anathot. Et
appēdi ei argētū septē stateres. et decē ar-
gēteos: ⁊ scripsi ī libro et signaui: ⁊ ad-
hibui testes. Et appēdi argentū ī state-
ra: ⁊ accepi librū possessionis signatū
et stipulatōnes ⁊ rata ⁊ signa forinse-
cus. Et dedi librū possessionis baruch
filio neri filij maasie ī oclis ananehel
patruelis mei ⁊ in oculis testiū qui scri
pti erāt ī libro emptionis: ⁊ ī oculis o-
mniū iudeoꝝ qui sedebāt in atrio car-
ceris. Et p̄cepi baruch corā eis dicens.
Hec dicit dñs exercituū deus isrl'. Su-
me libros istos: librū emptionis hūc
signatū. ⁊ librū hūc qui apertus est: ⁊
pones illos in vase victili ut ꝑmane-
re possint diebꝫ multis. Hec enī dicit
dñs exercituū deꝰ israhel. Adhuc possi-
debunt̄ domꝰ et agri ⁊ vinee ī terra ista.
Et oraui ad dñm postq̄ tradidi librū
possessionis baruch filio neri dicens.
Heu heu heu dñe deꝰ. Ecce tu fecisti ce-
lum et terrā ī fortitudine tua magna:
et in brachio tuo extento. Nō erit tibi
difficile omne verbū q̄ facis misericor-
diam in nubibꝫ: ⁊ reddis iniquitatem
patrū in sinū filioꝝ eorū post eos for-
tissime magne ⁊ potēs. dñs exercituū
nomen tibi: magnus ī cōsilio et incō-
prehensibilis in cogitatu: cuiꝰ oculi a-
perti sunt sup̄ omēs vias filioꝝ adam.
ut reddas unicuiq; scd̄m vias suas. ⁊

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0176
powered by DWork • Heidelberg University Library

fm fructū adinuentionū eo: qui posuisti signa et portenta in terra egipti usq; ad diem hanc ⁊ in israhel et ī hominibs: et tibi fecisti nomē sicut ē dies hec. Et eduxisti ppm tuū israhel de terra egipti in signis et in portentis et in manu robusta ⁊ in brachio extento et in terrore magno: et dedisti eis terram hanc quā iurasti patribus eoz ut dares eis terrā fluentem lacte ⁊ melle: ⁊ ingressi sunt ⁊ possederūt eā. Et nō obedierūt voci tue et in lege tua non ambulauerūt: omnia que mandasti eis ut facerent non fecerūt: et euenerūt eis omnia mala hec. Ecce munitiones extructe sunt aduersum ciuitatem ut capiatur: ⁊ urbs data est in manus caldeorū qui pliant aduersus eā a facie gladij ⁊ famis ⁊ pestilentie: ⁊ quecūq; locuꝰ es accidērūt ut tu ipse cernis. Et tu dicis mihi dñe deus: eme agrū argento ⁊ adhibe testes: cum urbs data sit in manꝰ caldeoz ⁊ Et factū ē verbū dñi ad ieremiā dicens. Ecce ego dñs deus uniuerse carnis. Numquid mihi difficile erit omne verbū ⁊ Propterea hec dicit dñs. Ecce ego tradā ciuitatē istam in manus caldeoz et in manus regis babilonis ⁊ capiēt eam: et venient caldei pliantes aduersum urbem hanc: ⁊ succendēt eā igni ⁊ comburent eam: ⁊ domꝰ in quaz domatibus sacrificabāt baal ⁊ libabant diis alienis libamina ad irritandū me. Erāt enī filij israhel et filij iuda iugiter facientes malū in oculis meis ab adolescentia sua: filij israhel ꝙ usq; nūc exacerbabāt me in opere manuū suarū dicit dñs: quia ī furore et ī indignatōne mea facta est michi ciuitas hec a die qua edificauerunt eam usq; ad diē istam qua auferā de cōspectu meo ꝓpter malitiā filiozꝫ israhel et filiozꝫ iuda quā fecerūt ad irritandū me ꝓuocātes: ipi ⁊ reges eoz ⁊ principes eoz ⁊ sacerdotes ⁊ ꝓphete eoz viri iuda et habitatores ihrlm. Et verterūt ad me terga et nō facies: cum docerē eos ⁊ erudirem diluculo: ⁊ nolebant audire ut acciperent disciplinam. Et posuerūt ydola sua in domo ī qua inuocatū est nomē meū ut polluerent eam: ⁊ edificauerūt excelsa baal q̄ sunt in valle filij ennon ut inicierent filios suos ⁊ filias suas moloch qđ nō mādaui eis nec ascendit in coz meū ut facerent abominatiōnē hanc: ⁊ in peccatum deducerent iudam. Et nunc ꝓpter ista hec dicit dñs deus israhel ad ciuitatem hanc: de qua vos dicitis ꝙ tradat in manus regis babilonis ī gladio et in fame et in pste. Ecce ego congregabo eos de uniuersis terris ad q̄s eieci eos in furore meo et in ira mea et in indignatione grādi: et reducā eos ad locū istū et habitare eos faciā cōfidēter: et erūt michi ī ppm et ego ero eis in deū. Et dabo eis coz unū ⁊ uiā unā ut timeāt me uniuersis diebs: et bene sit eis et filijs eoz post eos. Et feriam eis pactū sempiternū et nō desinā eis benefacere: ⁊ timorem meum dabo in corde eoz ut non recedāt a me: et letabor sup eis cū bene eis fecero. Et plantabo eos in terra ista in veritate in toto corde meo et in tota anima mea: quia hec dicit dñs. Sicut adduxi sup ppm istū omne malū hoc grande: sic adducā sup eos omne bonū qđ ego loquor ad eos. Et possidebunt agri in terra ista de qua vos dicitis ꝙ deserta sit eo ꝙ nō remāserit homo et iumentū: ⁊ data sit in manus caldeorū. Agri ement pecunia et scribētur in libro et imprimetur signum: et testis



Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0177
powered by DWork • Heidelberg University Library

adhibetur in terra beniamin et ī circu-
itu iherusalē in ciuitatibꝫ iuda et in ci-
uitatibus mōtanis et in ciuitatibus
campestribus et ī ciuitatibus que ad
austrum sunt: quia conuertam capti-
uitatem eorꝫ ait dominus. xxxiii

Et factū est verbū dñi ad iheremiā
scdo: cum adhuc clausus esset ī
atrio carceris dicens. Hec dicit dñs q̄
facturus est ⁊ formaturꝰ illud et para-
turus: dñs nomē eius. Clama ad me
et exaudiā te: et annūciabo tibi grādi-
a et firma que nescis. Quia hec dicit
dñs deꝰ israhel ad domos urbis hu-
ius ⁊ ad domos regis iuda q̄ destru-
cte sunt ⁊ ad munitiones ⁊ gladiū ve-
nientiū ut dimicent cū caldeis ⁊ imple-
ant eas cadaueribus hominū quas
ꝑcussi in furore meo et in indignatio-
ne mea: abscondens faciē meā a ciui-
tate hac ꝓpter omnē maliciā eorꝫ. Ec-
ce ego obducā eis cicatricem ⁊ sanita-
tem: ⁊ curabo eos: ⁊ reuelabo eis dep̄-
cationē pacis ⁊ veritatis. Et cōuertā
cōuersionē iuda et cōuersionē iherusa-
lem. et edificabo eos sicut a principio:
et emūdabo eos ab omni iniquitate
sua in qua peccauerūt michi: ⁊ ꝓpicius
ero cūctis iniquitatibus eorꝫ in quibꝫ
deliquerūt michi ⁊ spreuerūt me. Et e-
runt michi in nomen et in gaudiū et
in laudem ⁊ in exultationē cūctis gen-
tibus terre que audierint om̄ia bona
que ego facturus sum eis: ⁊ pauebūt
et turbabūtur in uniuersis locis et in
om̄i pace quā ego faciā eis. Hec dicit
dominꝰ. Adhuc audietur ī loco isto
quē vos dicitis esse desertū eo q̄ non
sit homo ⁊ iumentū in ciuitatibꝫ iuda
et foris iherusalē q̄ desolate sunt absq;
homine et absq; habitatore et absq;
pecore. vox gaudij et vox leticie vox
sponsi et vox sponse: vox dicentium
cōfitemini dño exercituū quoniā bonꝰ
dñs. quoniā in eternū misericordia e-
ius: et portantiū vota in domo dñi.
Reducam enī conuersionē terre sicut a
principio dicit dñs. Hec dicit dñs ex-
ercituū. Adhuc erit in loco isto deserto
absq; homine ⁊ absq; iumento. et in
cunctis ciuitatibꝫ eius habitaculū pa-
storꝫ accubantiū gregū in ciuitatibus
mōtuosis ⁊ in ciuitatibꝫ cāpestribus:
et ī ciuitatibus que ad austrū sunt et
in terra beniamin et in circuitu ihrlm
et ī ciuitatibus iuda: adhuc trāsibūt
greges ad manū numerantis ait do-
minus. Ecce dies venient dicit domi-
nus: ⁊ suscitabo verbum bonū quod
locutꝰ sum ad domū israhel ⁊ ad do-
mum iuda. In diebꝫ illis ⁊ in tempore
illo germinare faciā dauid germē iu-
sticie: ⁊ faciet iudiciū et iusticiā ī terra.
In diebus illis saluabit̄ iuda: ⁊ isra-
hel habitabit cōfidenter. Et hoc ē no-
men qd̄ vocabūt eū: dñs iustꝰ noster.
Quia hec dicit dñs. Non interibit de
dauid vir qui sedeat sup̄ thronū do-
mus israhel: ⁊ de sacerdotibus ⁊ de le-
uitis non interibit vir a facie mea qui
offerat olocaustomata ⁊ incendat sa-
crificiū ⁊ cedat victimas omnibus di-
ebus. Et factū est verbū dñi ad ihere-
miā dicēs. Hec dicit dñs. Si irritū po-
test fieri pactū meū cū die pactū meū cū
nocte ut nō sit dies et nox in tp̄e suo: ⁊
pactū meū irritū esse poterit cū dauid
seruo meo ut nō sit ex eo filiꝰ q̄ regnet ī
throno eius: et leuite ⁊ sacerdotes mi-
nistri mei. Sicuti enumerari non pos-
sunt stelle celi ⁊ metiri arene maris: sic
multiplicabo semen dauid serui mei:
et leuitas ministros meos. Et factū ē
verbū dñi ad iheremiā dicēs. Nunqd̄

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0178
powered by DWork • Heidelberg University Library

non vidisti quid ꝓplus hic locut⁹ sit
dicens. Due cognationes q̄s elegerat
dn̄s abiecte sunt? Et ꝓplm meū despe-
xerunt: eo q̄ non sit ultra gens coram
eis. Hec dicit dn̄s. Si pactū meū inter
diem et noctē et leges celo et terre non
posui. equidē et semen iacob et dauid
serui mei ꝓiciā: ut nō assumā de semi-
ne ei⁹ principes seminis abraham et
ysaac ⁊ iacob. Reducam enim cōuersi-
onē eoꝝ: ⁊ miserebor eis. xxxiiij

Verbū q̄d factū est ad iheremiam
a dn̄o: quādo nabuchodono-
sor rex babilonis ⁊ om̄is exercitus ei⁹
uniuersaq; regna terre que erant sub
potestate man⁹ ei⁹ et om̄es ꝓpli bella-
bant cōtra ihrlm ⁊ cōtra om̄es urbes
eius dicēs. Hec dicit dn̄s deus israhel.
Vade ⁊ loquere ad sedechiam regem
iuda: ⁊ dices ad eū. Hec dicit dn̄s. Ec-
ce ego tradam ciuitatem hanc in ma-
nus regis babilonis: et succendet eā
igni. Et tu nō effugies de manu eius
sed cōprehensione capieris ⁊ in manu
eius traderis: ⁊ oculi tui oculos regis
babilonis videbunt. ⁊ os eius cū ore
tuo loquetur: et babilonem introibis.
Attamen audi verbum dn̄i sedechia
rex iuda. Hec dicit dn̄s ad te. Nō mo-
rieris in gladio sed in pace morieris:
⁊ scd̄m cōbustiones patrū tuorū regū
prioꝝ qui fuerunt ante te sic cōburent
te. et ve dn̄e plangent te: q̄a verbū hoc
ego locutus sum dicit dn̄s. Et locut⁹
est iheremias ꝓphera ad sedechiam re-
gem iuda uniuersa verba hec in iheru-
salem: ⁊ exercitus regis babilonis pu-
gnabat cōtra iherusalē ⁊ cōtra om̄es
ciuitates iuda que relique erāt contra
lachis et contra azecha. Hee enī supe-
rant de ciuitatibꝫ iuda urbes munite.
Verbū q̄d factū ē ad iheremiā a dn̄o:
postq̄ ꝑcussit rex sedechias fedus cum
omni ꝓplo in iherusalē p̄dicans ut di-
mitteret unusquisq; seruū suū et unus-
quisq; ancillā suā hebreū et hebream
liberos: ⁊ nequaq̄ dominarent̄ eis id
est in iudeo ⁊ in fratre suo. Audierūt
ergo om̄es principes et uniūsus ꝓplus
q̄ inierūt pactū ut dimitteret unusquis-
q; seruū suū et unusquisq; ancillā suā
liberos: et ultra non dominarent̄ eis.
Audierūt igit̄: ⁊ dimiserūt. Et conuer-
si sunt deinceps ⁊ retraxerūt seruos su-
os et ancillas suas quos dimiserunt
liberos: ⁊ subiugauerūt ī famulos et
famulas. Et factū ē verbū ad iheremi-
am a dn̄o dicens. Hec dicit dominus
deus israhel. Ego ꝑcussi fedus cū pa-
tribus vestris: in die qua eduxi eos de
terra egipti de domo seruitutis dicēs.
Cum completi fuerint septem anni di-
mittat unusquisq; fratrem suū hebre-
um qui vendit⁹ est ei: et seruiet tibi sex
annis: ⁊ dimittes eum a te liberum. Et
non audierūt patres vr̄i me: nec incli-
nauerūt aurem suā. Et conuersi estis
vos hodie ⁊ fecistis q̄d rectū est ī oclis
meis ut p̄dicaretis libertatē unusquis-
q; ad amicū suū: ⁊ inistis pactū ī con-
spectu meo in domo in qua inuocatū
est nomē meū sup̄ eā. Et reuersi estis et
cōmaculastis nomē meū: et reduxistis
unusquisq; seruū suū et unusquisq; an-
cillā suā quos dimiseratis ut essent li-
beri et sue potestatis: et subiugastis e-
os ut sint vobis serui et ancille. Pro-
pterea hec dicit dn̄s. Vos nō audistis
me: ut p̄dicaretis libertatem unusquis-
q; fratri suo et unusquisq; amico suo.
Ecce ego p̄dico libertatem ait domin⁹
ad gladiū ad pestem et ad famem: et
dabo vos in commotionē cunctis re-
gnis terre. Et dabo viros q̄ p̄uaricant̄



Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0179
powered by DWork • Heidelberg University Library

fedus meum et nō obſeruauerūt verba
federis quibus aſſenſi ſunt ī cōſpectu
meo · vitulū quē conciderunt in duas
partes ⁊ trāſierūt inter diuiſiones ei⁹.
principes iuda et principes iheruſalē
eunuchi ⁊ ſacerdotes et oēs plus ter-
re qui tranſierūt inter diuiſiones vitu-
li: ⁊ dabo eos in manꝰ inimicoꝝ ſuoꝝ
et ī manꝰ querentiū animā eoꝝ: et erit
morticinū eoꝝ ī eſcam volatilibꝫ celi
et beſtijs terre. Et ſedechiam regem iu-
da et principes eius dabo in manus
inimicoꝝ ſuoꝝ ⁊ in manus querentiū
animas eoꝝ: et in manus exercituū re-
gis babilonis qui receſſerūt a vobis.
Ecce ego p̄cipio dicit dñs: ⁊ reducam
eos in ciuitatem hanc et p̄liabuntur
aduerſum eam: et capiēt eā et incendēt
igni. Et ciuitates iuda dabo ī ſolitudi-
nem: eo ꝙ nō ſit habitator. xxxv

Verbū qđ factū eſt ad iheremiā a
dño in diebus ioakim filij ioſie
regis iuda dicens. Vade ad domū re-
chabitaꝝ ⁊ loquere eis: ⁊ introduces e-
os in domū dñi in vnā exedrā theſau-
roꝝ: ⁊ dabis eis bibere vinū. Et aſſum-
pſi iechoniā filiū iheremie filij abſame
et fratres eius ⁊ omnes filios ei⁹ ⁊ vni-
uerſam domū rechabitaꝝ: ⁊ introdu-
xi eos in domū dñi ad gazophilaciū
filioꝝ anan filij iezedelie hominis dei
qđ erat iuxta gazophilaciū principū
ſup theſauꝝ maaſie filij ſellū: qui erat
cuſtos veſtibuli. Et poſui coram filijs
domus rechabitarum cīphos plenos
vino ⁊ calices: ⁊ dixi ad eos. Bibite vi-
num. Qui reſponderūt. Non bibem⁹
vinū: quia ionadab filius rechab pa-
ter noſter p̄cepit nobis dicens. Nō bi-
betis vinū vos ⁊ filij veſtri uſq; in ſem-
piternū. Et domū non edificabitis et
ſementem non ſeretis et vineas non
plātabitis nec habebitis: ſed in taber-
naculis habitabitis cūctis diebꝫ vīs:
ut viuatis diebus multis ſup faciem
terre in qua vos peregrinamini. Ob-
ediuim⁹ ergo voci ionadab filij rechab
patris noſtri in omnibꝫ que p̄cepit no-
bis: ita ut non biberem⁹ vinū cunctis
diebus nīs nos et mulieres noſtre fi-
lij et filie noſtre et non edificarem⁹ do-
mos ad habitandū: et vineam et a-
grum ⁊ ſementem nō habuim⁹: ſed ha-
bitauim⁹ in tabernaculis: ⁊ obedien-
tes fuim⁹ iuxta omnia que p̄cepit no-
bis ionadab pater noſter. Cum aūt
aſcendiſſet nabuchodonoſor rex babi-
lonis ad terrā noſtrā dixim⁹. Veni-
te et ingrediamur ī iheruſalem a facie
exercitus caldeoꝝ ⁊ a facie exercit⁹ ſyrie:
⁊ manſim⁹ in iheruſalem. Et factū eſt
verbū dñi ad iheremiā dicens. Hec di-
cit dñs exercituū deus iſrahel. Vade ⁊
dic viris iuda ⁊ habitatoribꝫ iheruſa-
lem. Nūquid nō recipietis diſciplinā:
ut obediatis verbis meis dicit dñs?
Prevaluerunt ſermones ionadab filij
rechab qs p̄cepit filijs ſuis ut nō bib-
erent vinū: ⁊ nō biberunt uſq; ad diem
hanc: quia obedierunt p̄cepto patris
ſui. Ego aūt locutus ſum ad vos de
mane cōſurgens ⁊ loquens: ⁊ nō ob-
ediſtis mihi. Miſiq; ad vos omnes
ſeruos meos ꝓphetas cōſurgens dilu-
culo: mittensq; ⁊ dicens. Cōuertimini
unuſquiſq; a via ſua peſſima ⁊ bona
facite ſtudia veſtra: ⁊ nolite ſequi deos
alienos neq; colatis eos: ⁊ habitabitis
in terra quā dedi vobis ⁊ patribus ve-
ſtris. Et nō inclinaſtis aurem veſtrā:
neq; audiſtis me. Firmauerūt ígitur
filij ionadab filij rechab p̄ceptū patris
ſui qđ p̄ceperat eis: ꝓplus autem iſte
nō obediuit mihi. Idcirco hec dicit

dominus exercituū deus israhel. Ecce
ego adducā sup iudam ⁊ sup omnes
habitatores iherusalē uniuersam affli-
ctionem quā locutus sum aduersum
illos: eo q̄ locutus sum ad illos ⁊ nō
audierūt: vocaui illos ⁊ nō responde-
runt michi. Domui aūt rechabitarū
dixit iheremias. Hec dicit dn̄s exercitu-
um deus israhel. Pro eo q̄ obedistis
p̄cepto ionadab patris vestri et custo-
distis omnia mādata eius et fecistis
uniūsa que p̄cepit vobis: ꝓpterea hec
dicit dn̄s exercituū deus isrl̄. Nō defici-
et vir de stirpe ionadab filij rechab stās
ī cōspectu meo cūctis diebꝫ. xxxvi

Et factum ē in anno quarto ioa-
kim filij iosie regis iuda: factū ē
verbū hoc ad iheremiā a dn̄o dicens.
Tolle volumen libri et scribes in eo o-
mnia verba que locutus sum tibi ad-
uersus israhel et iudam et aduersum
omnes gentes a die qua locut⁹ sum
ad te ex diebus iosie usq; ad diē hanc:
si forte audiente domo iuda uniuersa
mala que ego cogito facere eis reuerta-
tur unusquisq; a via sua pessima: et
propitius ero iniquitati ⁊ peccato eorꝫ.
Vocauit ergo iheremias baruch filiū
nerie: ⁊ scripsit baruch ex ore iheremie
omnes sermones dn̄i quos locutus
est ad eū in volumine libri. Et p̄cepit
iheremias baruch dicēs. Ego clausus
sum: nec valeo ingredi in domum do-
mini. Ingredere ergo tu ⁊ lege de volu-
mine in quo scripsisti ex ore meo verba
dn̄i audiente ꝓplo in domo dn̄i in die
ieiunij: insup et audiēte uniuerso iuda
qui veniūt de ciuitatibus suis. Leges
eis: si forte cadat oratio eorꝫ in cōspe-
ctu dn̄i et reuertatur unusquisq; a via
sua pessima: quoniā magnus furor
et indignatio est quā locutus est dn̄s
aduersus ꝓplm̄ hunc. Et fecit baruch
filius nerie iuxta omnia que p̄ceperat
ei iheremias ꝓpheta: legens ex volu-
mine sermones dn̄i ī domo dn̄i. Fa-
ctum est aūt in anno quinto ioakim
filie iosie regis iuda: in mense nono
p̄dicauerūt ieiuniū in cōspectu domini
omni ꝓplo in iherusalē ⁊ uniuerse mul-
titudini que cōfluxerat de ciuitatibus
iuda in iherusalem. Legitq; baruch ex
volumine sermones iheremie ī domo
dn̄i in gazophilacio gamarie filij sa-
phan scribe in vestibulo superiori in
introitu porte noue domus dn̄i: au-
diente omni ꝓplo. Cunq; audisset mi-
cheas filiꝰ gamarie filij saphan omnes
sermones dn̄i ex libro: descendit in do-
mum regis ad gazophilacium scribe.
Et ecce ibi omnes principes sedebāt:
elisama scriba et dalaias filius semeie
et helnathan filiꝰ achobor et gamari-
as filius saphan et sedechias filiꝰ an-
nanie ⁊ uniuersi principes. Et nūcia-
uit eis micheas omnia verba: que au-
diuit legentem baruch ex volumine ī
auribus ꝓpli. Miserunt itaq; omnes
principes ad baruch iudi filiū nacha-
nie filij selemie filij chusi dicētes. Vo-
lumen ex quo legisti audiente ꝓplo su-
me in manu tua ⁊ veni. Tulit ergo ba-
ruch filius nerie volumē ī manu sua:
et venit ad eos. Et dixerūt ad eū. Sede:
et lege hec in auribus nostris. Et legit
baruch in auribus eorꝫ. Igitur cū audis-
sent omnia verba obstupuerūt unus-
quisq; ad ꝓximū suū: ⁊ dixerūt ad ba-
ruch. Nūciare debem⁹ regi omnes ser-
mones istos. Et interrogauerūt eum
dicentes. Indica nobis: quomō scri-
psisti omnes sermones istos ex ore e-
ius. Dixit aūt eis baruch. Ex ore suo
loquebatur q̄si legens ad me omnes

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0181
powered by DWork • Heidelberg University Library

sermones istos: et ego scribebā in volumine atramento. Et dixerūt principes ad baruch. Vade ⁊ abscondere tu et iheremias: et nemo sciat ubi sitis. Et ingressi sunt ad regem ī atriū. Porro volumen cōmendauerunt in gazophilacio elisame scribe: et nūciauerūt audiente rege omnes sermones. Misitq; rex iudi ut sumeret volumen: qui tollens illud de gazophilacio elisame scribe legit audiente rege: ⁊ vniuersis principibus qui stabant circa regem. Rex aūt sedebat in domo hiemali in mense nono: ⁊ posita erat arula corā eo plena prunis. Cunq; legisset iudi tres pagellas uel quatuor scidit illud scalpello scribe et ꝓiecit in ignem qui erat sup arulam: donec consumeret omne volumen igni qui erat in arula. Et non timuerūt neq; sciderūt vestimēta sua rex et omnes serui eius: qui audierūt vniuersos sermones istos. Veruntamē elnathan ⁊ dalaias ⁊ gamarias cōtradixerūt regi ne combureret librū: et nō audiuit eos. Et p̄cepit rex iheremiel filio amalech et saraie filio ezrihel et selemie filio abdehel: ut comprehēderēt baruch scribā ⁊ iheremiā prophetā. Abscōdit aūt eos dn̄s. Et factū ē verbū dn̄i ad iheremiā ꝓphetā: postq̄ cōbusserat rex volumen ⁊ sermones q̄s scripserat baruch ex ore iheremie dicēs. Rursū tolle volumē aliud: ⁊ scribe in eo omēs sermones ꝑores qui erāt in primo volumine qd̄ combussit ioakim rex iuda. Et ad regem ioakim regem iuda dicens. Hec dicit dn̄s. Tu combussisti volumē istud dicēs. Quare scripsisti in eo annūcians. festinis veniet rex babilonis: ⁊ vastabit terrā hanc et cessare faciet ex illa hominem et iumentū? Propterea hec dicit dn̄s deus contra ioakim regem iuda. Nō erit ex eo qui sedeat sup soliū dauid: ⁊ cadauer eius ꝓiciet ad estum ꝑ diē et ad gelu per noctem. Et visitabo contra eum ⁊ contra semen eius et contra seruos eius iniquitates suas: ⁊ adducam sup eos ⁊ sup habitatores ihrlm et sup viros iuda omē malū qd̄ locutus sū ad eos: ⁊ nō audierūt. Iheremias aūt tulit volumen aliud ⁊ dedit illud baruch filio nerie scribe: q̄ scripsit ī eo ex ore iheremie omnes sermones libri quē combusserat ioakim rex iuda igni: ⁊ insup additi sūt sermones multo plures q̄ ātea fuerūt. xxxvij

Et regnauit rex sedechias filiꝰ iosie ꝓ iechonia filio ioakim quē cōstituit regem nabuchodonosor rex babilonis ī terra iuda: ⁊ nō obediuit ipse ⁊ serui eius ⁊ ꝑplus terre verbis dn̄i que locutus est in manu iheremie prophete. Et misit rex sedechias iuchal filium selemie ⁊ sophoniam filiū maasie sacerdotem ad iheremiā ꝓpheram dicens. Ora ꝓ nobis dn̄m deū nr̄m. Iheremias aūt libere ambulabat in medio ꝑpli. Non enim miserat eū in custodiā carceris. Igitur exercitꝰ pharaonis egressus est de egipto: ⁊ audiētes caldei qui obsidebāt ihrlm huiuscemodi nunciū recesserūt ab iherusalē. Et factū est verbū dn̄i ad iheremiam propheram dicens. Hec dicit dominꝰ deus israhel. Sic dicetis regi iuda q̄ misit vos ad me interrogandum. Ecce exercitus pharaonis qui egressus ē vobis in auxiliū reuertetur in terram suā in egiptū: ⁊ redient caldei et bellabunt contra ciuitatem hanc: ⁊ capient eam et succendent igni. Hec dicit dn̄s. Nolite decipere animas vestras dicentes cuntes abibūt et recedent a nobis

eas tibi in filias. sed nō ex pactu tuo:
et suscitabo ego pactum meū tecū. Et
scies quia ego dn̄s. ut recorderis ⁊ cō-
fundaris: ⁊ nō sit vltra aperire os pre
confusione tua: cū placatꝰ tibi fuero



Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0227
powered by DWork • Heidelberg University Library

in omnibus quae fecisti ait dominus deus. xvii

Et factum est verbum domini ad me dicens. Fili hominis: propone enigma et narra parabolam ad domum israhel: et dices. Hec dicit dominus deus. Aquila grandis magnarum alarum longo membrorum ductu plena plumis et varietate venit ad libanum: et tulit medullam cedri. Summitatem frondium eius euellit: et transportauit eam in terram chanaan: in urbem negociatorum posuit illam. Et tulit de semine terre et posuit illud in terra pro semine: ut firmaret radicem super aquas multas. In superficie posuit illud. Cumque germinasset creuit in vineam latiorem humili statura respicientibus ramis eius ad eam: et radices eius sub illa erant. Facta est ergo vinea: et fructificauit in palmites: et emisit propagines. Et facta est aquila altera grandis: magnis alis multisque plumis. Et ecce vinea ista quasi mittens radices suas ad eam: palmites suos extendit ad illam ut irrigaret eam de areolis germinis sui: que in terra bona super aquas multas plantata est ut faciat frondes et portet fructum ut sit in vineam grandem. Dic. Hec dicit dominus deus. Ergone prosperabitur? Nonne radices eius euellet: et fructus eius distringet? Et siccabit omnes palmites germinis eius et arescet: et non in brachio grandi neque in populo multo: ut euelleret eam radicitus. Ecce plantata est. Ergone prosperabitur? Nonne cum tetigerit eam ventus urens siccabitur: et in areis germinis sui arescet? Et factum est verbum domini ad me dicens. Dic ad domum exasperantem. Nescitis quid ista significent? Dic. Ecce venit rex babilonis in iherusalem: et assumet regem et principes eius: et adducet eos ad semetipsum in babilonem. Et tollet de semine regni: ferietque cum eo fedus: et ab eo accipiet iusiurandum. Sed et fortes terre tollet ut sit regnum humile et non eleuetur: sed custodiat pactum eius et seruet illud. Qui recedens ab eo misit nuncios ad egiptum: ut daret sibi equos et populum multum. Numquid prosperabitur uel consequetur salutem qui fecit hec? Et qui dissoluit pactum: numquid effugiet? Viuo ego dicit dominus deus: quoniam in loco regis qui constituit eum regem cuius fecit irritum iuramentum et soluit pactum quod habebat cum eo: in medio babilonis morietur. Et non in exercitu grandi neque in populo multo faciet contra eum pharao pluium in iactu aggeris et in exstructione vallorum: ut interficiat animas multas. Spreuerat enim iuramentum ut solueret fedus: et ecce dedit manum suam: et cum omnia hec fecerit non effugiet. Propterea hec dicit dominus deus. Viuo ego: quoniam iuramentum quod spreuit et fedus quod preuaricatus est ponam in caput eius. Et expandam super eum rethe meum et comprehendetur in sagena mea: et adducam eum in babilonem et iudicabo eum ibi in preuaricatione qua despexit me: et omnes profugi eius cum uniuerso agmine suo gladio cadent. Residui autem in omnem ventum dispergentur: et scietis quia ego dominus locutus sum. Hec dicit dominus deus. Et sumam ego de medulla cedri sublimis: et ponam de vertice ramorum eius. Tenerum dispergam: et plantabo super montem excelsum et eminentem. In monte sublimi israhel plantabo illud: et erumpet in germen et faciet fructum: et erit in cedrum magnam. Et habitabunt sub ea omnes volucres: et uniuersum volatile sub umbra frondium eius nidificabit. Et sciet omnia ligna regionis quia ego dominus humiliaui lignum sublime et exaltaui lignum humile: et siccaui lignum viride: et frondere feci lignum aridum. Ego

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0228
powered by DWork • Heidelberg University Library

ehiel

domin⁹ locutus sum ⁊ feci. xviij

Et factus est sermo dn̄i ad me dicens. Quid ē q̄ inter vos parabolā vertitis in ꝓuerbiū istud in terra isrl̄ dicentes? Patres comederūt vuā acerbā. et dentes filioꝝ obstupescunt? Vnio ego dicit dn̄s deus: si erit vltra vobis parabola hec ī ꝓuerbiū in isrl̄. Ecce omnes anime mee sunt. Vt anima patris: ita et aīa filij mea est. Anima que peccauerit: ipsa morietur. Et vir si fuerit iustus et fecerit iudicium et iusticiā: in mōtibꝫ nō comederit ⁊ oculos suos nō leuauerit ad ydola domus israhel: et vxorem proximi sui non violauerit et ad mulierē menstruatā nō accesserit. ⁊ hominē nō contristauerit: pignus debitori reddiderit. ꝑ vim nichil rapuerit. panē suū esurienti dederit. et nudū operuerit vestimēto: ad vsurā nō cōmodauerit. et āplius nō acceperit: ab iniquitate auerterit manū suam. ⁊ iudiciū verum fecerit inter virū et virū. et in preceptis meis ambulauerit et iudicia mea custodierit ut faciet veritatē: hic iustus est. Vita viuet: ait dn̄s deus. Quod si genuerit filiū latronem effundētem sanguinē. et fecerit vnū de istis. et hec q̄dē om̄ia nō faciētem: sed ī mōtibꝫ comedentē. ⁊ vxorē ꝓximi sui polluentē. egenū et pauperē contristātem. rapientem rapinas. pignus non reddentem. et ad ydola leuātem oculos suos abomīationē faciētem. ad vsurā dantem. ⁊ āplius accipiētem: nūquid viuet? Non viuet. Cum vniuersa hec detestāda fecerit: morte morietur. Sāguis eius ī ipso erit. Quod si genuerit filiū qui videns omnia peccata patris sui q̄ fecit timuerit. et non fecerit simile eis: sup mōtes nō comederit. et oculos suos non leuauerit ad ydola domus israhel: et vxorem ꝓximi sui nō violauerit. ⁊ virꝫ nō ɔtristauerit. pignus nō retinuerit. et rapinā nō rapuerit. panē suū esurienti dederit. et nudū operuerit vestimēto: a pauperis iniuria auerterit manū suā: vsurā et supabūdantiā nō acceperit et iudicia mea fecerit. et in preceptis meis ambulauerit. hic non morietur in iniq̄tate p̄ris sui: sed vita viuet. Pater eius q̄a calumniatus est et vim fecit fratri: ⁊ malum operatus est ī medio ꝓpli sui: ecce mortuus est in iniquitate sua. Et dicitis. Quare nō portabit filius iniquitatē patris? Videlicet q̄a filius iudiciū ⁊ iusticiā operatus est: omnia p̄cepta mea custodiuit et fecit illa: vita viuet. Anima q̄ peccauerit ipsa morietur. Filius nō portabit iniquitatem patris: ⁊ pater non portabit iniquitatem filij. Iusticia iusti sup eum erit: et impietas impij erit super eū. Si aūt impius egerit penitentiā ab om̄ibꝫ peccatis suis que operatus est. ⁊ custodierit omnia p̄cepta mea: ⁊ fecerit iudiciū ⁊ iusticiā: vita viuet et non morietur. Omniū iniquitatū eius quas operatus est nō recordabor. In iusticia sua quā operatus est. viuet. Nūquid volūtatis mee est mors impij dicit dn̄s deus: et non ut ɔuertatur a vijs suis et viuat? Si aūt auerterit se iustus a iusticia sua et fecerit iniquitatem secundū omnes abominationes quas operari solet impius: nūquid viuet? Omnes iusticie eius quas fecerat nō recordabūtur. In p̄uaricatōne qua p̄uaricatus ē: ⁊ in peccato suo q̄d peccauit: in ipsis morietur. Et dixistis. Nō est equa via dn̄i. Audite ergo domus israhel. Nūquid via mea non est equa: ⁊ nō magis vie vestre praue sunt? Cum enim auerterit se iustus a iusticia sua ⁊ fecerit iniquitatē:

113

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0229
powered by DWork • Heidelberg University Library

morietur ī eis. In iniusticia quā operat⁹ ē morietur. Et cū auerterit se impius ab impietate sua quā operatus est ⁊ fecerit iudiciū ⁊ iusticiā: ipe aīam suā viuificabit. Considerās enim et auertens se ab om̄ib3 iniquitatib3 suis quas operat⁹ est: vita viuet et nō morietur. Et dicūt filij israhel. Nō ē equa via dn̄i. Nūquid vie mee nō sūt eque dom⁹ israhel. ⁊ non magis vie vestre praue? Idcirco vnūquēq3 iuxta vias suas iudicabo domus israhel: ait dominus deus. Cōuertimini ⁊ agite penitentiā ab omnib3 iniquitatib3 vr̄is: et nō erit vobis in ruinam iniquitas. Proicite a vobis omnes iniquitates vestras in quibus p̄uaricati estis: ⁊ facite vobis cor nouū ⁊ spiritum nouū. Et quare moriemini dom⁹ israhel? Quia nolo mortē morientis dicit domin⁹ de⁹. Reuertimini ⁊ viuite. xix

Et tu fili hominis assume planctum sup principes israhel: ⁊ dices. Quare mater tua leena īter leones cubauit? In medio leuncl'orū enutriuit catulos suos. Et eduxit vnū de leunculis suis: leo fact⁹ est: ⁊ didicit capere p̄dam hominēq3 comedere. Et audierūt de eo gentes: ⁊ non absq3 vulneribus suis ceperūt eū: ⁊ adduxerūt eū in cathenis ī terra egipti. Que cum vidisset quoniā infirmata est et periit expectatō ei⁹: tulit vnū de leunclis suis: leonē constituit eum. Qui incedebat inter leones ⁊ fact⁹ est leo: ⁊ didicit predam capere et hoīes deuorare: didicit viduas facere ⁊ ciuitates earum in desertum adducere: et desolata est terra et plenitudo eius. A voce rugitus illius. Et conuenerūt aduersus eum gentes vndiq3 de p̄uinciis: ⁊ expāderunt sup eum rethe suū. In vulneribus earū captus est ⁊ miserūt eum ī caueā in cathenis: adduxerūt eū ad regē babilonis miserūtq3 eū ī carcerem: ne audiret̄ vox ei⁹ vltra sup montes israhel. Mater tua q̄si vinea in sanguine tuo. sup aquā plantata est: fructus eius et frondes ei⁹ creuerūt ex aquis mlt̄is: ⁊ facte sunt ei virge solide in sceptra dominātiū: ⁊ exaltata est statura eius inter frondes. Et vidit altitudinē suā in mlt̄itudine palmitū suoꝝ: ⁊ euulsa est in ira in terrāq3 p̄iecta. ⁊ ventus vr̄is siccauit fructū ei⁹: marcuerūt ⁊ arefacte sunt virge roboris ei⁹. Ignis comedit eam. Et nūc trāsplātata est ī desertum ī terra inuia ⁊ sitiēti: ⁊ egressus ē ignis de virga ramoꝝ ei⁹ q̄ fructū ei⁹ cōedit: ⁊ nō fuit ī ea virga fortis sceptrū dn̄antiū. Plāct⁹ est: ⁊ erit in plāctū. xx

Et factū est in āno septimo ī quinto in decima mensis: venerunt viri de senioribz israhel ut interrogarēt dominū: et sederent corā me. Et fact⁹ est sermo dn̄i ad me dicens. Fili hominis loquere senioribz israhel: ⁊ dices ad eos. Hec dicit dn̄s de⁹. Num ad interrogādū me vos venistis? Viuo ego: quia nō respōdebo vobis ait dn̄s de⁹. Si iudicas eos: si iudicas fili hoīs. Abominatōnes patrū eoꝝ ostende eis: et dices ad eos. Hec dicit dn̄s deus. In die qua elegi isrl' ⁊ eleuaui manū meā pro stirpe dom⁹ iacob et apparui eis in terra egipti et eleuaui manū meā p̄ eis dicens ego dn̄s de⁹ vester: in die illa leuaui manū meā p̄ eis ut educerē eos de terra egipti in terrā quam p̄uiderā eis fluentem lacte ⁊ melle: que est egregia inter om̄es terras. Et dixi ad eos. Vnusquisq3 offensiones ocl'orū suoꝝ abiciat: ⁊ in ydolis egipti nolite pollui. Ego dominus deus vester. Et

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0230
powered by DWork • Heidelberg University Library

irritauerũt me: noluerũtq; me audire.
Vnusquisq; abominationes oculorũ
suorũ non proiecit: nec ydola egipti reli-
querũt. Et dixi ut effunderem indigna-
tionẽ meã sup eos: & implerẽ irã meã
in eis i medio terre egipti. Et feci propter
nomẽ meũ: ut nõ violaretur corã gen-
tibus in quaꝝ medio erant: & inter qs
apparui eis ut educerem eos de terra e-
gipti. Eieci ergo eos de terra egipti et
duxi eos in desertũ: & dedi eis pcepta
mea & iudicia mea ostendi eis: q̃ faci-
et homo & viuet in eis. Insup & sabba-
ta mea dedi eis ut esset signũ inter me
et eos: & scirent quia ego dñs sanctifi-
cans eos. Et irritauerũt me dom⁹ isrl'
in deserto: in pceptis meis nõ ambu-
lauerũt & iudicia mea proiecerũt que fa-
ciens homo viuet in eis: et sabbata
mea violauerũt vehemẽter. Dixi ergo
ut effunderem furorẽ meũ sup eos i de-
serto: & consumerem eos. Et feci propter no-
men meũ: ne violaretur corã gentib⁹:
de quibus eieci eos i cõspectu earꝝ. Ego
igitur leuaui manũ meã sup eos i de-
serto ne inducerem eos in terrã quã de-
di eis fluentem lacte & melle precipuã
terrarũ omniũ: quia iudicia mea proi-
cerũt et in pceptis meis nõ ambulaue-
rũt: & sabbata mea violauerũt. Post
ydola enim cor eorꝝ gradiebat. Et pe-
percit oculus meus sup eos ut non in-
terficerem eos: nec cõsumpsi eos in de-
serto. Dixi aũt ad filios eorꝝ in solitu-
dine. In pceptis patrũ vrorꝝ nolite ire-
dere: nec iudicia eorꝝ custodiatis: nec i
ydolis eorꝝ polluamini. Ego dñs deꝰ
vester. In pceptis meis ambulate: & iu-
dicia mea custodite & facite ea et sabba-
ta mea sanctificate ut sit signũ inter me
et vos: et sciatur quia ego dñs deus
vester. Et exacerbauerũt me filij: et in
pceptis meis nõ ambulauerũt & iudicia
mea non custodierũt ut facerent ea q̃
cum fecerit homo viuet in eis: & sabba-
ta mea violauerũt. Et cõminat⁹ sum
ut effunderem furorem meũ sup eos: &
implerem iram meam in eis in deserto.
Auerti aũt manũ meã: & feci propter no-
men meũ: ut nõ violaretur corã gen-
tibus: de quibus eieci eos in oculis earꝝ.
Iterũ leuaui manũ meã in eos in soli-
tudine ut dispergerem illos i nationes
et vẽtilarem i terras: eo q̃ iudicia mea
nõ fecissent: & pcepta mea reprobassent
et sabbata mea violassent: & post ydo-
la patrũ suorũ fuissent oculi eorꝝ. Ergo
et ego dedi eis pcepta non bona et iu-
dicia in quibus non viuẽt: & polluí e-
os in muneribus suis cum offerrent
omne q̃ aperit vuluam propter delicta
sua: & sciẽt quia ego dñs. Quãobrem
loquere ad domũ isrl̃ fili hois: et
dices ad eos. Hec dicit dñs deꝰ. Ad-
huc et in hoc blasphemauerũt me pa-
tres vri cum spreuissent me cõtemnẽtes:
et induxissem eos in terrã: sup quã le-
uaui manũ meã ut darem eis. Viderũt
omnẽ collẽ excelsum: & omne lignum
nemorosũ & immolauerũt ibi victimas
suas: et dederũt ibi irritationẽ oblatiõ-
nis sue: & posuerũt ibi odorẽ suauitatis
sue & libauerũt libationes suas. Et di-
xi ad eos. Quid ẽ excelsum: ad q̃d vos
ingredimini? Et vocatũ ẽ nomẽ ei⁹ ex-
celsũ usq; ad hãc diẽ. Propterea dic ad
domũ isrl̃ hec dicit dñs deꝰ. Certe i via
patrũ vrorũ vos polluimini: et post
offendicula eorꝝ vos fornicamini. Et i
oblatione donorꝝ vrorꝝ cũ traducitis
filios vros p ignem vos polluimini
in omnibus ydolis vris usq; hodie:
et ego respõdebo vobis dom⁹ israhel?
Viuo ego dicit dñs deus: quia non



Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0231
powered by DWork • Heidelberg University Library

respondebo vobis: neq; cogitatō mē-
tis vr̄e fiet dicentiū. Erim⁹ sicut gētes
et sicut cognationes terre: ut colam⁹
ligna ⁊ lapides. Viuo ego dicit dn̄s
deus: quoniā in manu forti et in bra-
chio extento ⁊ in furore effuso regnabo
sup̄ vos. Et educam vos de ꝓplis: et
cōgregabo vos de terris in quibꝫ di-
spsi estis. In manu valida et in bra-
chio extento ⁊ in furore effuso regnabo
sup̄ vos: ⁊ adducā vos ī desertū ꝓplor̄:
et iudicabor vobiscū ibi facie ad faci-
em. Sicut iudicio cōtendi aduersum
patres vestros in deserto terre egipti: sic
iudicabo vos dicit dn̄s. Et subiciam
vos sceptro meo: ⁊ inducā vos ī vin-
culis federis. Et eligam de vobis trās-
gressores ⁊ impios: ⁊ de terra incola-
tus eor̄ educā eos. ⁊ terrā israhel non
ingrediētur: ⁊ scietis quia ego domin⁹.
Et vos dom⁹ israhel: hec dicit dn̄s de⁹.
Singli post ydola vr̄a ambulate: et
seruite eis. Nd̄ si ⁊ in hoc nō audieritis
me: ⁊ nomē meū sanctū pollueritis vl-
tra in muneribꝫ vr̄is ⁊ in ydolis vr̄is:
in mōte sancto meo in monte excelso
israhel ait dn̄s de⁹ ibi seruiet michi o-
mnis dom⁹ israhel: om̄es inq̄ in terra
in qua placebūt michi. Et ibi querā
primitias vr̄as: ⁊ iniciū decimarū ve-
strarū in om̄ibus sanctificatōnibus
vestris. In odorem suauitatis suscipi-
am vos. cum eduxero vos de ꝓplis et
congregauero vos de terris in quas
dispsi estis: ⁊ sanctificabor ī vobis in
oclis nationū. Et scietis quia ego do-
min⁹ cum eduxero vos ad terrā isrl̄: in
terra pro qua leuaui manū meā ut da-
rem eam patribus vr̄is. Et recordabi-
mini ibi viar̄ vr̄arū et omniū scelerū
vestror̄ quibus polluti estis in eis: et
displicebitis vobis ī conspectu vr̄o in
om̄ibus malicijs vestris q̄s fecistis: ⁊
scietis quia ego dn̄s cū benefecero vo-
bis ꝓpter nomē meū: ⁊ nō scd̄m vias
vr̄as malas neq; secundū scelera vr̄a
pessima dom⁹ israhel: ait dn̄s de⁹. Et
factus est sermo dn̄i ad me dicens. Fi-
li hominis: pone faciē tuā contra viā
austri ⁊ stilla ad affricū. Et ꝓpheta ad
saltum agri meridiani: ⁊ dices saltui
meridiano. Audi verbū dn̄i. Hec dicit
dn̄s de⁹. Ecce ego succendā ī ignē: ⁊ cō-
buram in te om̄e lignū viride et om̄e
lignū aridū. Non extinguetur flāma
succensionis. Et comburet̄ in ea om̄is
facies ab austro usq; ad aquilonē: et
videbit vniuersa caro quia ego dn̄s
succendi eam: nec extinguetur. Et dixi.
A a a dn̄e de⁹. Ipi dicūt de me. Nūqd
nō ꝑ parabolas loquit̄ iste? xxi

Et factus est sermo dn̄i ad me di-
cens. Fili hominis pone faciē
tuā ad iherusalē. ⁊ stilla ad sanctuari-
a. et ꝓpheta ɔtra humū isrl̄: ⁊ dices ter-
re isrl̄. Hec dicit dn̄s de⁹. Ecce ego ad
te: et eiciā gladiū meū de vagina sua:
et occidā in te iustū et impiū. Pro eo
aūt q̄ occidi in te iustū ⁊ impiū: idcir-
co egredietur gladius meus de vagi-
na sua ad omnē carnē ab austro usq;
ad aquilonē: ut sciat om̄is caro quia
ego dn̄s eduxi gladiū meū de vagina
sua irreuocabilē. Et tu fili hominis in-
gemisce in cōtritione lumbor̄: et in a-
maritudinibus ingemisce coram eis.
Cunq; dixerint ad te quare tu gemis:
dices. Pro auditu quia venit: ⁊ tabe-
scet om̄e cor: ⁊ dissoluent̄ vniūse ma-
nus: ⁊ infirmabitur om̄is spiritus: ⁊
per cuncta genua fluent aque. Ecce ve-
nit: ⁊ fiet ait dn̄s de⁹. Et fact⁹ est sermo
dn̄i ad me dicēs. Fili hominis. ꝓphe-
ta ⁊ dices. Hec dicit dn̄s de⁹. Loquere.

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0232
powered by DWork • Heidelberg University Library

Gladius gladi⁹ exacutus est ⁊ limat⁹.
Ut cedat victimas exacut⁹ est: ut splē-
deat limat⁹ est. Qui moues sceptrū fi-
lij mei succidisti om̄e lignū. Et dedi e-
um ad leuigandū: ut teneatur manu.
Iste exacut⁹ est gladi⁹: ⁊ iste limat⁹ est
in manu interficientis. Clama ⁊ vlu-
la fili hominis: quia hic factus est in
ꝓplo meo: hic in cunctis ducibus isra-
hel q̄ fugerāt. Gladio traditi sunt cum
ꝓplo meo. Idcirco plaude sup̄ femur
quia probat⁹ est: et hoc cum sceptrum
subuerterit: ⁊ non erit dicit dn̄s deus.
Tu ergo fili hominis ꝓpheta: et ꝑcute
manu ad manū: ⁊ duplicetur gladi⁹
ac triplicetur gladius interfectoꝝ. Hic
est gladius occisionis magne: qui ob-
stupescere eos facit et corde tabescere:
et multiplicat ruinas. In omnibus
portis eorū dedi cōturbationē gladij
acuti ⁊ limati ad fulgendū: amicti ad
cedem. Exacuere: vade ad dexterā siue
ad sinistram: quocūq; faciei tue est ap-
petit⁹. Quin et ego plaudā manu ad
manū: ⁊ implebo indignationē meā.
Ego dn̄s locut⁹ sum. Et factus est ser-
mo dn̄i ad me dicens. Et tu fili hoīs.
pone tibi duas vias: ut veniat gla-
dius regis babilonis. De terra una e-
gredientur ambo. Et manu capiet cō-
iecturam: in capite vie ciuitatis conici-
et. Viam pones: ut veniat gladi⁹ ad
rabbath filioꝝ amon: ⁊ ad iudā in ihe-
rusalē munitissimā. Sterit enī rex ba-
bilonis in biuio in capite duaꝝ viaꝝ
diuinationē querens: ꝯmiscens sagit-
tas. Interrogauit ydola: exta cōsuluit.
Ad dexterā ei⁹ facta est diuinatio sup̄
iherusalē. ut ponat arietes: ut aperiat
os in cede ut eleuet vocem in vlulatu:
ut ponat arietes contra portas. ut
ꝯportet aggerē ut edificet munitōnes.

Eritq; quasi consulens frustra oracu-
lum in oculis eoꝝ: et sabbatoꝝ ociū i-
mitans. Ipe aūt recordabit̄ iniquita-
tis ad capiendū. Idcirco hec dicit do-
min⁹ de⁹. Pro eo q̄ recordati estis ini-
quitatis vestre ⁊ reuelastis p̄uaricatio-
nes vr̄as: ⁊ apparuerūt peccata vestra
in om̄ibus cogitationibꝫ vr̄is. Pro
eo inq̄ꝫ q̄ recordati estis: manu capie-
mini. Tu aūt ꝓphane impie dux isra-
hel cui⁹ venit dies in tempore iniquita-
tis p̄finita: hec dicit dn̄s deus. Aufer
cydarim: tolle coronā. Nōne hec est q̄
humilē subleuauit: ⁊ sublimē humili-
auit? Iniquitatem iniquitatē iniqui-
tatem ponam eam. Et hoc nō factū est
donec veniret cui⁹ est iudiciū: ⁊ tradā
ei. Et tu fili hoīs ꝓpheta ⁊ dic. Hec di-
cit dn̄s deus ad filios amon: ⁊ ad op-
probriū eoꝝ. Et dices. Mucro. mucro.
euagina te ad occidendū: lima te. ut
interficias et fulgeas cum tibi videren-
tur vana ⁊ diuinarent̄ mendacia: ut
dareris sup̄ colla vulneratoꝝ impioꝝ
quoꝝ veniet dies in tempore iniquita-
tis p̄finita. Reuertere ad vaginā tuā ī
locū in quo creat⁹ es. In terra natiui-
tatis tue iudicabo te: et effundā sup̄ te
indignationem meā. In igne furoris
mei sufflabo in te: daboq; te in man⁹
hominū insipientiū et fabricantiū in-
teritū. Igni eris cibus. Sanguis tuus
erit in medio terre: obliuioni traderis:
q̄a ego domin⁹ locut⁹ sum. xxij

Et factum est verbū dn̄i ad me di-
cens. Et tu fili hominis nonne
iudicas ciuitatem sanguinū: et osten-
dis ei om̄es abominatōnes suas? Et
dices. Hec dicit dn̄s de⁹. Ciuitas effun-
dens sanguinē in medio sui ut veniat
tempus ei⁹: ⁊ que fecit ydola contra se-
metip̄am ut polluerēt̄. In sanguine



Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0233
powered by DWork • Heidelberg University Library

tuo qui a te effusus est deliquisti: et in
ydolis tuis que fecisti polluta es. Et
appropinquare fecisti dies tuos: et adduxisti tempus annorū tuorū. Propterea
dedi te opprobriū gentibus: et irrisionē
uniuersis terris que iuxta sunt et que
procul a te. Triūphabūt de te: sordida
nobilis grandis interitu. Ecce principes
israhel singuli in brachio suo fuerunt in te ad effundendū sanguinem:
patrem et matrem cōtumelijs affecerūt
in te. Aduenā calumniati sunt in medio tui: pupillū et viduā afflixerūt
apud te: sanctuaria mea spreuistis et
sabbata mea polluistis. Viri detractores fuerūt in te ad effundēdū sanguinē:
et sup montes cōmederūt in te: scelus operati sunt in medio tui. Verecundiora
patris discooperuerūt in te: immūdiciam menstruate humiliauerūt in te.
Et unusquisq; in uxorem proximi sui operat⁹ est abominationē: et socer nurū
suā polluit nepharie: frater sororem
suā filiā patris sui oppressit in te. Munera acceperūt apud te ad effundendū
sanguinē: usurā et superabūdantiā accepisti et auare proximos tuos calūniabaris: meiq; oblita es dicit dñs deus.
Ecce complosi manū meas super auariciam tuā quā fecisti: et sup sanguinē
qui effusus est in medio tui. Numquid
sustinebit cor tuū: aut prualebūt manus tue in diebus quos ego faciā tibi? Ego
dñs locut⁹ sum: et faciā. Et dispergam
te in nationes: et ventilabo te in terras.
Et deficere faciā immūditiā tuā a te:
et possidebo te in conspectu gentiū: et
scies quia ego dñs. Et factū est verbū
dñi ad me dicens. Fili hominis: versa
est michi domus israhel in scoriā. Omnes
isti es et stānū et ferrū et plumbū in medio fornacis. Scoria argenti facti sunt.
Propterea hec dicit dñs deus. Eo q̄ uersi estis omnes in scoriā: propterea ecce
ego cōgregabo vos in medio hierusalem cōgregatione argenti et eris et stāni
et ferri et plumbi in medio fornacis: ut
succendā in ea ignē ad cōflandū. Sic
cōgregabo in furore meo et in ira mea:
et requiescam. Et conflabo vos et congregabo vos: et succendā vos in igne
furoris mei: et cōflabimini in medio ei⁹
ut conflatur argentū in medio fornacis: sic eritis in medio ei⁹. Et scietis
quia ego dñs: cum effuderim indignationē meā sup vos. Et factū est verbū
dñi ad me dicens. Fili hominis: dic
ei. Tu es terra immūda et nō cōpluta
in die furoris. Coniuratio prophetarū
in medio ei⁹. Sicut leo rugiēs rapiēs
q̄ p̄dam animas deuorauerūt: opes
et p̄cū acceperūt: viduas ei⁹ multiplicauerūt in medio illi⁹. Sacerdotes eius
contempserūt legem meā: et polluerūt
sanctuaria mea. Inter sanctū et prophanū nō habuere distantiā: inter pollutū
et mundū nō intellexerūt et a sabbatis
meis auerterūt oculos suos: et coinquinabar in medio eorū. Principes eius
in medio illius quasi lupi rapientes
predam: ad effundendū sanguinem et
ad prehendas animas et auare sectāda lucra. Prophete aūt ei⁹ linieb̄ant eos
absq; temperamēto videntes vana et
diuinātes ei mendaciū: dicentes hec dicit dñs deus: cum dñs nō sit locutus.
Populi terre calumniabātur calūniam et rapiebāt violenter: egenū et pauperem affligebāt: et aduenā opprimebant calumnia absq; iudicio. Et quesiui de eis virū qui interponeret sepem:
et staret oppositus contra me p̄ terra ne
dissiparem eam: et nō inueni. Et effudi
sup eos indignationē meā: et in igne ire

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0234
powered by DWork • Heidelberg University Library

mee consumpsi eos. Viam eorꝫ in ca-
put eorꝫ reddidi ait dn̄s deꝰ. xxiij

Et factus est sermo dn̄i ad me di-
cens. Fili hominis: due mulieres
filie matris uniꝰ fuerūt: ⁊ fornicate sūt
in egipto. In adolescentia sua fornica-
te sunt. Ibi subacta sunt ubera earꝫ: et
fracte sunt mā̄me pubertatis earꝫ. No-
mina aūt earꝫ oolla maior: ⁊ ooliba
soror eiꝰ minor. Et habui eas: et pepe-
rerūt filios et filias. Porro earꝫ nomi-
na. samaria oolla: ⁊ iherusalē ooliba.
Fornicata est igit̄ sup̄ me oolla: ⁊ in-
saniuit in amatores suos in assyrios
propinquātes. vestitos iacincto. prin-
cipes ⁊ magistratꝰ. iuuenes cupidinis.
uniuersos equites ascensores equorꝫ:
et dedit fornicatōnes suas sup̄ eos e-
lectos filios assyriorꝫ uniuersos: et in
omnibꝫ in q̄s insaniuit ī immūdicijs
eorꝫ polluta est. Insup̄ ⁊ fornicationes
suas quas habuerat in egipto nō re-
liquit. Nam ⁊ illi dormierūt cum ea ī
adolescentia sua: ⁊ illi ↄfregerūt ubera
pubertatis eiꝰ: ⁊ effuderūt fornicatōnē
suā sup̄ eam. Propterea tradidi eam
in manꝰ amatorꝫ suorꝫ: ⁊ in manꝰ fili-
orū assur sup̄ quorū insaniuit libidi-
ne. Ip̄i discooperuerūt ignominiā eiꝰ:
filios ⁊ filias eiꝰ tulerūt: ⁊ ip̄am occi-
derūt gladio. Et facte sūt famose mu-
lieres: ⁊ iudicia ꝑpetrarunt in ea. Qd̄
cum vidisset soror eiꝰ ooliba. plus q̄ꝫ
illa insaniuit libidine: ⁊ fornicationē
suā sup̄ fornicationē sororis sue ad
filios assyriorū p̄buit impudenter: du-
cibus ⁊ magistratibꝫ ad se veniētibus
indutis veste varia: equitibꝫ q̄ vecta-
bantur equis: ⁊ adolescētibus forma
cunctis egregia. Et vidi q̄ polluta es-
set via una ambarꝫ: ⁊ auxit fornicatio-
nes suas. Cūqꝫ vidisset viros depictos
in pariete ymagines chaldeorꝫ expres-
sas coloribus. ⁊ accinctos baltheis re-
nes. ⁊ tyaras tinctas in capitibus eorꝫ
formā ducū om̄iū. similitudinē filiorū
babilonis terreqꝫ chaldeorꝫ in qua or-
ti sunt: insaniuit sup̄ eos cōcupiscen-
tia oculorꝫ suorꝫ: ⁊ misit nūcios ad eos
in chaldeam. Cūqꝫ venissent ad eā fi-
lij babilonis. ad cubile mā̄marū. pollu-
erūt eam in stupris suis: ⁊ polluta est
ab eis. et saturata est anima eiꝰ ab il-
lis. Denudauit quoqꝫ fornicationes
suas: ⁊ discooperuit ignominiā suā.
Et recessit aīa mea ab ea: sicut recesse-
rat anima mea a sorore eiꝰ. Multipli-
cauit enim fornicationes suas recor-
dans dies adolescentie sue quibus for-
nicata est in terra egipti: ⁊ insaniuit li-
bidine sup̄ cōcubitū eorꝫ quorꝫ carnes
sunt ut carnes asinorꝫ: et sicut fluxus
equorꝫ fluxus eorū. Et visitasti scelus
adolescentie tue: quādo subacta sunt
in egipto ubera tua: et confracte sunt
mā̄me pubertatis tue. Propterea oo-
liba hec dicit dn̄s deꝰ. Ecce ego susci-
tabo om̄es amatores tuos contra te
de quibus saturata est anima tua: et
congregabo eos aduersum te in circu-
itu: filios babilonis ⁊ uniuersos chal-
deos. nobiles tyrannosqꝫ ⁊ principes.
om̄es filios assyriorꝫ: iuuenes forma
egregia. duces et mg̃ratꝰ. uniūsos pri-
cipes pricipū: et noīatos ascensores e-
quorꝫ. Et venient sup̄ te instructi curru
et rota: et mstitudo ꝑplorū. Lorica et
clipeo ⁊ galea armabūtur cōtra te un-
diqꝫ. Et dabo corā eis iudiciū: ⁊ iudi-
cabūt te iudicijs suis. Et ponā zelum
meū ī te: quē tecū exercēt ī furore. Nasū
tuū ⁊ aures tuas p̄cident: ⁊ que remā-
serūt gladio concidēt. Ip̄i filios tuos
et filias tuas capiēt: ⁊ nouissimū tuū



Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0235
powered by DWork • Heidelberg University Library

deuorabit ignis. Et denudabūt te ve-
stimentis tuis: ⁊ tollēt vasa glorie tue.
Et requiescere faciā scelus tuū de te: et
fornicationē tuā de terra egipti. Nec
leuabis oculos tuos ad eos: et egipti
non recordaberis amplius: quia hec
dicit dn̄s de⁹. Ecce ego tradam te ī ma-
nus eorꝫ quos odisti: in man⁹ de qui-
bus satiata est anima tua: ⁊ agent te-
cum in odio. Et tollent om̄es labores
tuos: ⁊ dimittent te nudam ⁊ ignomi-
nia plenā: et reuelabitur ignominia
fornicationū tuarꝫ. Scelus tuū et for-
nicationes tue fecerūt hec tibi: quia for-
nicata es post gentes inter quas pol-
luta es in ydolis eorꝫ. In via sororis
tue ambulasti: ⁊ dabo calicem eius in
manu tua. Hec dicit dn̄s de⁹. Calicē
sororis tue bibes profundū ⁊ latum.
Eris in derisum et in subsannationē
que es capacissima: ebrietate ⁊ dolore
repleberis: calice meroris ⁊ tristicie. ca-
lice sororis tue samarie. Et bibes illū
et epotabis usqꝫ ad feces: et fragmen-
ta ei⁹ deuorabis ⁊ vbera tua lacerabis:
q̄a ego locut⁹ sum ait dn̄s de⁹. Pro
pterea hec dicit dn̄s de⁹. Quia oblita
es mei et proiecisti me post corp⁹ tuū:
tu quoqꝫ porta scelus tuū ⁊ fornicatō-
nes tuas. Et ait dn̄s ad me dicēs. Fi-
li hominis: nūquid iudicas oollam
et oolibā ⁊ annūcias eis scelera earū.
quia adulterate sunt. ⁊ sanguis ī ma-
nibus earꝫ. ⁊ cum ydolis suis fornica-
te sunt? Insuꝑ ⁊ filios suos quos ge-
nuerūt michi obtulerūt eis ad deuorā-
dum. Sed ⁊ hoc fecerūt michi. Pollu-
erūt sanctuariū meū in die illa: ⁊ sab-
bata mea ꝓphanauerūt. Cunqꝫ īmo-
larent filios suos ydolis suis. ⁊ ingre-
derentur sanctuariū meū in die illa ut
polluerēt illud: etiā hec fecerūt ī medio
dom⁹ mee. Miserūt ad viros venien-
tes de longe: ad quos nūciū miserāt.
Itaqꝫ ecce venerūt quibus te lauisti et
circūliuisti stibio oculos tuos: ⁊ orna-
ta es mundo mulieri. Sedisti in lecto
pulcerrimo: ⁊ mensa ornata est ante
te. Thimiama meū et vngentū meū po-
suisti suꝑ eam: ⁊ vox multitudinis exul-
tantis erat in ea. Et in viris q̄ de multi-
tudine hominū adducebant̄: et venie-
bant de deserto. posuerūt armillas in
manibus earꝫ: ⁊ coronas speciosas in
capitibus earꝫ. Et dixi ei que attrita ē
in adulterijs. Nūc fornicabitur in for-
nicatione sua. etiā hec. Et ingressi sūt
ad eam: quasi ad mulierem meretricem.
sic ingrediebant̄ ad oollam ⁊ ad ooli-
bam mulieres nepharias. Viri ergo
iusti sunt. Hij iudicabūt eas iudicio
adulterarū et iudicio effundentiū san-
guinem: quia adultere sunt: ⁊ sanguis
in manibus earꝫ. Hec enim dicit dn̄s
deus. Adduc ad eas multitudines et
trade eas in tumultum ⁊ in rapinā: et
lapidentur lapidibꝫ ꝓplorū: et confo-
diant̄ gladijs eorꝫ. Filios ⁊ filias earꝫ
interficient: ⁊ domos earꝫ igne succen-
dent. Et auferam scelus de terra: et di-
scent om̄es mulieres ne faciāt scd̄m sce-
lus earꝫ. Et dabūt scelus vestrū super
vos: ⁊ peccata ydolorꝫ vestrorꝫ portabi-
tis: ⁊ scietis q̄a ego dn̄s de⁹. xxiiij

Et factum est verbū dn̄i ad me in
anno nono: in mense decimo
decima die mensis dicens. Fili homi-
nis: scribe tibi nomē diei hui⁹ in qua
cōfirmatus ē rex babilonis adūsum
iherusalē hodie: ⁊ dices ꝑ ꝓuerbiū ad
domū irritatricem parabolā: ⁊ loque-
ris ad eos. Hec dicit domin⁹ de⁹. Po-
ne ollam: pone inq̄: et mitte in eam
aquam. Congere frusta eius in eam:

omnē partē bonā · ⁊ femur · et armū · e-
lecta : ⁊ ossibus plena. Pinguissimū
pecꝰ assume : compone quoq; strues
ossiū sub ea. Efferbuit coctio eius : et
discocta sunt ossa illius ī medio eius
Propterea hec dicit dn̄s deus. Ve ci-
uitati sanguinū oolle cuiꝰ rubigo in
ea ē : et rubigo eiꝰ nō exiuit de ea. Per
partes ⁊ per partes suas eice eam. Nō
cecidit sup̄ eam sors. Sanguis enim
eius in medio eius est : sup̄ limpidissi-
mā petrā effudit illū. Nō effudit illū
sup̄ terram ut possit operiri puluere:
ut sup̄inducerem indignationē meā
et vindicta vlciscerer. Dedi sanguinē
eius sup̄ petram limpidissimā : ne ope-
riret̄. Propterea hec dicit dn̄s deꝰ. Ve
ciuitati sanguinū : cuiꝰ ego grandē fa-
ciam piram. Cōgerere ossa : que igne
succendā. Consumētur carnes : et co-
quetur vniūsa compositio : et ossa ta-
bescent. Pone quoq; eam sup̄ prunas
vacuam ut incalescat ⁊ liquefiat es e-
ius : et confletur in medio eius inqui-
namentū eius : ⁊ consumatur rubigo
eius. Multo labore sudatū est : et nō
exiuit de ea nimia rubigo eius · neq;
per ignē. Immūdicia tua execrabilis:
quia mūdare te volui : ⁊ non es mū-
data a sordibus tuis. Sed nec mūda-
beris priꝰ : donec quiescere faciā indi-
gnationē meā in te. Ego dn̄s locutꝰ
sum. Veniet ⁊ faciā: non transeā neq;
parcam: nec placabor. Iuxta vias tu-
as et iuxta adinuentiones tuas iudi-
cabo te dicit dn̄s. Et factū est verbum
dn̄i ad me dicens. Fili hominis : ecce
ego tollo a te desiderabile oclorꝫ tuorꝫ
in plaga : ⁊ non planges neq; plora-
bis neq; fluent lacrime tue. Ingemisce
tacens : mortuorū luctum non facies.
Corona tua circumligata sit tibi : et
calciamenta tua erunt in pedibꝫ tuis:
nec amictu ora velabis · nec cibos lu-
gentiū comedes. Locutꝰ sum ergo ad
ꝓplm̄ mane : et mortua est vxor mea
vesperi. Feciq; mane sicut p̄ceperat mi-
chi. Et dixit ad me ꝓplus. Quare non
indicas nobis quid ista significent q̄
tu facis ? Et dixi ad eos. Sermo dn̄i
factus est ad me dicens. Loquere do-
mui israhel. Hec dicit dn̄s deꝰ. Ecce e-
go polluā sanctuariū meū · sup̄biam
imperij vestri · ⁊ desiderabile oculorꝫ ve-
strorū · ⁊ sup̄ quo pauet anima vestra:
et filij vestri et filie vestre quas reliqui-
stis gladio cadent : ⁊ facietis sicut feci.
Ora amictu non velabitis : ⁊ cibos lu-
gentiū non comedetis. Coronas ha-
bebitis in capitibꝫ vestris : ⁊ calciamē-
ta in pedibus. Non plangetis neq;
flebitis : sed tabescetis in iniquitatibꝫ
vestris : ⁊ vnusquisq; gemet ad fratrē
suū. Eritq; ezechiel vobis in portentū.
Iuxta om̄ia que fecit facietis cum ve-
nerit istud : ⁊ scietis quia ego dn̄s deꝰ.
Et tu fili hominis ecce in die qua tol-
lam ab eis fortitudinē eorū · ⁊ gaudiū
dignitatis · ⁊ desideriū oclorꝫ eorꝫ · sup̄
quo requiescūt anime eorū · filios ⁊ fi-
lias eorū : in die illa cum venerit fugi-
ens ad te ut annūciet tibi : ī die inquā
illa aperietur os tuū cum eo qui fugit:
et loqueris ⁊ nō silebis vltra · erisq; eis
ī portētū : ⁊ scietis q̄a ego dn̄s. xxv

Et factus est sermo dn̄i ad me di-
cens. Fili hominis : pone faciē
tuā contra filios ammon et prophe-
tabis de eis : ⁊ dices filijs āmon. Audi-
te verbum dn̄i dei. Hec dicit dn̄s deus.
Pro eo q̄ dixisti euge euge sup̄ sanctu-
ariū meū q̄a pollutū ē · ⁊ sup̄ terrā isra-
hel q̄m̄ desolata est · et sup̄ domū iuda
quoniā ducti sūt ī captiuitatē : id circo



Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0237
powered by DWork • Heidelberg University Library

ego tradam te filijs orientalibz in hereditatem: ⁊ collocabũt caulas suas in te. ⁊ ponent in te tentoria sua. Ipsi comedẽt fructus tuos: ⁊ ipsi bibent lac tuũ. Dabogz rabbath in habitaculũ camelorũ. ⁊ filios ãmon in cubile pecorũ: et scietis quia ego dñs: quia hec dicit dñs deꝰ. Pro eo qꝺ plausisti manu ⁊ percussisti pede ⁊ gavisa es ẽ toto affectu tuo super terram israhel: idcirco ecce ego extendam manũ meã super te. ⁊ tradam te in direptionẽ gentiũ: ⁊ interciam te de populis. ⁊ perdam de terris et conteram: ⁊ scietis quia ego dñs. Hec dicit dñs deꝰ. Pro eo qꝺ dixerũt moab et seyr ecce sicut omnes gentes domꝰ iuda: idcirco ecce ego aperiam humerũ moab de ciuitatibz: de ciuitatibz inquã eiꝰ. ⁊ de finibus eius inclitas terre. bethesimoth ⁊ beelmeon et cariathaim filijs orientis cum filijs ãmon. Et dabo eam in hereditatem: ut non sit vltra memoria filiorũ ammon in gentibus. Et in moab faciam iudicia: ⁊ scient quia ego dominus. Hec dicit dñs deꝰ. Pro eo qꝺ fecit ydumea vltionẽ ut se vindicaret de filijs iuda. peccauitgz delinquens et vindictam reperiuit de eis: idcirco hec dicit dñs deꝰ. Extendã manũ meã super ydumeã: ⁊ auferam de ea hominẽ ⁊ iumentũ: et faciam eam desertam ab austro. Qui sunt i dedan gladio cadent: ⁊ dabo vltionẽ meam super ydumeã p manũ pli mei israhel. Et facient in edom iuxta iram meã ⁊ furorem meũ: ⁊ scient vindictã meã dicit dñs deus. Hec dicit dominꝰ deus. Pro eo qꝺ fecerũt palestini vindictã. ⁊ vlti se sunt toto animo. interficientes et implentes inimicitias veteres: propterea hec dicit dñs deꝰ. Ecce ego extendam manũ meã super palestinos: et interficiã interfectores. Et perdam reliquias maritime regionis: faciamgz in eis vltiones magnas arguens in furore: et scient quia ego dominus cũ dedero vindictã meã super eos.

Et factum est in vndecimo anno prima mensis: factus est sermo dñi ad me dicens. Fili hominis: pro eo qꝺ dixit tyrus de iherusalẽ: euge confracte sunt porte populi: cõuersa est ad me: implebor. deserta est: propterea hec dicit dñs deus. Ecce ego super te tyre: et ascendere faciam ad te gentes multas sicut ascendit mare fluctuans. Et dissipabunt muros tyri: et destruent turres eius. Et radam pulueren eiꝰ de ea: et dabo eam in limpidissimã petram. Sircatio sagenarũ erit in medio maris: quia ego locutus sum ait dominꝰ deꝰ: et erit in direptionẽ gentibus. Filie quogz eius que sunt i agro gladio interficientur: ⁊ scient quia ego dominꝰ: quomã hec dicit dominꝰ deus. Ecce ego adducam ad tyrum nabuchodonosor regem babilonis ab aquilone: regem regum. cum equis ⁊ curribus et equitibus ⁊ cetu populogz magno. Filias tuas que sunt i agro gladio interficiet: ⁊ circũdabit te munitionibus ⁊ comportabit aggerem in gyro. Et eleuabit contra te clipeum: ⁊ vineas ⁊ arietes temperabit i muros tuos: ⁊ turres tuas destruet in armatura sua. Inundatione equorũ eius operiet te pulueris eorũ: a sonitu equitũ ⁊ rotarũ ⁊ curruũ mouebũtur muri tui. Cum ingressus fuerit portas tuas quasi p introitum urbis dissipate. vngulis equorũ suorũ cõculcabit omnes plateas tuas: populum tuũ gladio cedet: ⁊ statue tue nobiles in terram corruent. Vastabũt opes tuas. diripient negotiationes tuas:

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0238
powered by DWork • Heidelberg University Library

et destruent muros tuos. ⁊ domos tu-
as p̄claras subuertēt: ⁊ lapides tuos
et ligna tua ⁊ puluerem tuū in medio
ponent. Et quiescere faciam multitu-
dinem canticorū tuorū: ⁊ sonitus cy-
thararū tuarū nō audietur amplius.
Et dabo te in limpidissimā petrā: sic-
catio sagenarū eris nec edificaberis
vltra: quia ego dominꝰ locutus sum
dicit dn̄s deus. Hec dicit dn̄s deus de
tyro. Aūquid non a sonitu ruiue tue.
et gemitu interfectorū tuorꝫ cū occisi fu-
erint in medio tui. cōmouebūtur insu-
le: et descendent de sedibus suis om̄es
principes maris. et auferent exuuias
suas: ⁊ vestimenta sua varia abiciēti
et induētur stupore? In terra sedebūt:
et attoniti sup̄ repentino casu suo am-
mirabūtur: ⁊ assumentes sup̄ te lamē-
tum dicent tibi. Quomō peristi que ha-
bitas in mari vrbs inclita: que fuisti
fortis in mari cum habitatoribꝫ tuis
quos formidabāt vniuersi? Aūc stu-
pebunt naues in die pauoris tui: et
turbabūtur insule in mari eo q̄ nullꝰ
egrediatur ex te: quia hec dicit dominꝰ
deus. Cum dedero te vrbem desolatā
sicut ciuitates que non habitātur: et
adduxero sup̄ te abissum. ⁊ operuerint
te aque iuste ⁊ detraxero te cum hijs q̄
descendūt in lacum ad p̄ssm sempiter-
nū: et collocauero in terra nouissima
sicut solitudines veteres cum hijs qui
deducūtur in lacum ut non habiteris:
porro cū dedero gloriā in terra viuen-
tiū. in nichilū redigam te: ⁊ non eris.
et requisita non inuenieris vltra ī sem-
piternū dicit dominꝰ deꝰ. xxvij

Et factū est verbum dn̄i ad me di-
cens. Tu ergo fili hominis assu-
me sup̄ tyrum lamentū: ⁊ dices tyro. q̄
habitat ī introitu maris: negociatōni
p̄ssorū ad insulas multas. Hec dicit
dominꝰ deus. O tyre tu dixisti. Perfe-
cti decoris ego sum: ⁊ in corde maris
sita. Finitimi tui qui te edificauerunt
impleuerūt decorem tuū: abietibꝫ de
samir exstruxerūt te cum omnibꝫ tabu-
latis maris. Cedrum de libano tule-
runt ut facerent tibi malū: quercus de
basan dolauerūt ī remos tuos: trāstra
tua fecerūt tibi ex ebore indico: ⁊ preto-
riola de insulis ytalie. Bissus varia
de egipto texta est tibi in velum ut po-
neretur in malo: iacinctus ⁊ purpura
de insulis elisa facta sunt operimentū
tuū. Habitatores sydonis et aradij
fuerunt remiges tui: sapientes tui tyre
facti sunt gubernatores tui: senes bi-
blij et prudentes eius prebuerūt nau-
tas. ad ministeriū varie suppellectilis
tue. Om̄es naues maris et naute earꝫ
fuerūt in p̄ssō negociatōnis tue: perse
⁊ lidij ⁊ libies erant in exercitu tuo viri
bellatores tui: clipeū ⁊ galeam suspen-
derūt in te p̄ ornatu tuo. Filij aradij
cum exercitu suo super muros tuos in
circuitu: sed et pigmei qui erant in tur-
ribus tuis pharetras suas suspende-
runt in muris tuis per gyrum. Ip̄i cō-
pleuerūt pulcritudinē tuā. Carthagi-
nenses negociatores tui. A multitudi-
ne cunctarū diuitiarū argēto ferro stā-
no plumboq; repleuerunt nundinas
tuas. Grecia thubal et mosoch insti-
tores tui. Mācipia ⁊ vasa erea addu-
xerunt p̄ssō tuo de domo thogorma.
equos et equites et mulos adduxerūt
ad forum tuū. Filij dedan negociato-
res tui. Insule multe negociatio ma-
nus tue. Dentes eburneos et hebeni-
nos cōmutauerūt in p̄cio tuo. Syrus
negociator tuus. Propter multitudi-
nem operū tuorū gemmā et purpurā



Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0239
powered by DWork • Heidelberg University Library

et scutulata ⁊ bissū ⁊ sericū ⁊ chodchod
posuerūt in mercatu tuo. Iuda ⁊ terra
isrl' ipi institores tui in frumēto p̄mo:
balsamū et mel ⁊ oleū et resinā ꝓposu-
erūt in nūdinis tuis. Damascen⁹ ne-
gociator tuus in multitudine operū
tuorū: in multitudine diuersarū opū
in vino pingui: in lanis coloris opti-
mi. Dan ⁊ grecia ⁊ mozel in nūdinis
tuis ꝓposuerūt ferrū fabrefactū: stacte
et calamus in negociatōne tua. De-
dan institores tui in tapetibus ad se-
dendum. Arabia ⁊ vniuersi principes
cedar ipsi negociatores manus tue:
cum agnis et arietibus et hedis vene-
runt ad te negociatores tui. Vendito-
res saba ⁊ rema ipi negociatores tui:
cum vniuersis primis aromatibus ⁊
lapide p̄cioso ⁊ auro qd̄ ꝓposuerūt in
mercatu tuo. Arā ⁊ chenne ⁊ eden nego-
ciatores tui. Saba assur ⁊ chelmath
vēditores tui: ipi negociatores tui mſ-
tiphariā īuolucris iacincti ⁊ polimitoꝝ
gazarūq; p̄ciosaꝝ q̄ obuolute et astri-
cte erāt funibꝫ: cedrosq; habebāt ī nego-
ciatōnibus tuis. Nanes maris prin-
cipes tui ī negociatione tua: ⁊ repleta
es: ⁊ glorificata nimis in corde maris.
In aquis maris adduxerunt te remi-
ges tui. Vent⁹ auster contriuit te. In
corde maris diuitie tue: ⁊ thesauri tui
et mſciplex instrumētum tuū. Naute
tui et gubernatores tui q̄ tenebāt sup-
pellectilem tuā ⁊ ꝓpſo tuo preerāt: viri
quoq; bellatores tui qui erant in te cū
vniuersa mſtitudine tua que est ī me-
dio tui: cadent in corde maris in die
ruine tue. A sonitu clamoris guberna-
torū tuorū cōturbabūtur classes: ⁊ de-
scendent de nauibus suis om̄es qui
tenebant remū. Naute ⁊ vniuersi gu-
bernatores maris in terra stabunt: et
eiulabūt super te voce magna: et cla-
mabunt amare. Et supiacient pulue-
rem capitibus suis ⁊ cinere cōspergen-
tur: ⁊ radent sup te caluiciū: ⁊ accīgen-
tur cilicijs. Et plorabunt te ī amaritu-
dine anime ploratu amarissimo: et
assument super te carmen lugubre: ⁊
plangent te. Que est ut tyrus que ob-
mutuit in medio maris? Que ī exitu
negociationū tuarū de mari implesti
ꝓpſos multos: ī multitudine diuitiaꝝ
tuarū ⁊ ꝓpſorū tuoꝝ ditasti reges terre.
Nūc contrita es a mari: in ꝓfundis
aquarū opes tue: ⁊ omnis multitudo
tua q̄ erat ī medio tui ceciderūt. Vniu-
ſi habitatores insularū obstupuerūt
sup te: et reges eaꝝ oēs tēpestate ꝑculsi
mutauerūt vult⁹. Negociatores ꝓpſoꝝ
sibilauerūt sup te. Ad nichilū deducta
es: ⁊ nō eris usq; ī ꝑpetuū. xxviii

Et fact⁹ est s̄mo dn̄i ad me dicens.
Fili hominis: dic principi tyri.
Hec dicit domin⁹ deus. Eo q̄ eleuatū
est cor tuū ⁊ dixisti. deus ego sum et in
kathedra dei sedi in corde maris: cū
sis homo ⁊ nō deus: ⁊ dedisti cor tuū
quasi cor dei. Ecce sapientior es tu da-
niele: omne secretū nō est absconditū
a te. In sapientia et prudentia tua feci-
sti tibi fortitudinē: ⁊ acquisisti aurū et
argentū in thesauris tuis in multitu-
dine sapientie tue: ⁊ in negociatione
tua multiplicasti tibi fortitudinē. ⁊ e-
leuatū est cor tuū in robore tuo. Pro-
pterea hec dicit dn̄s deus. Eo q̄ eleua-
tum est cor tuū quasi cor dei: idcirco
ecce ego adducā super te alienos robu-
stissimos gentiū. Et nudabūt gladi-
os suos sup pulcritudinē sapiētie tue:
et polluent decorem tuū. Interficient
et detrahent te: et morieris in interitu
occisorū in corde maris. Nunquid

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0240
powered by DWork • Heidelberg University Library

dicens loqueris deus ego sum coram
interficientibus te cū sis homo ⁊ nō deus?
In manu occidentiū te morte incircū-
cisorū morieris: in manu alienorū: q̄a
ego locutus sum ait dn̄s deus. Et factus
est sermo dn̄i ad me dicens. Fili hōis:
leua planctum sup̄ regem tyri et dices
ei. Hec dicit dominus deus. Tu signacu-
lum similitudinis plenus sapientia
p̄fectus decore: in delicijs paradisi dei
fuisti. Omnis lapis p̄ciosus operimē-
tum tuū: sardius thopazius ⁊ iaspis.
crisolitus et onix ⁊ berillus. saphirus
et carbunculus ⁊ smaragdus. Aurū
quoq; decoris tui ⁊ foramina tua in
die qua conditus es p̄parata sunt. Tu
cherub extentus et p̄tegens: ⁊ posui te
in mōte sancto dei. In medio lapidū
ignitorū ambulasti: perfectus in vijs
tuis a die conditionis tue: donec in-
uenta est iniquitas in te. In multitu-
dine negociationis tue repleta sunt
interiora tua iniquitate. ⁊ peccasti: et
eieci te de mōte dei: ⁊ p̄didi te o cherub
protegens de medio lapidū ignitorū.
Et eleuatum est cor tuū in decore tuo.
Perdidi sapientiā tuā in decore tuo:
in terrā p̄ieci te: ante faciem regū dedi
te ut cernerēt te. In multitudine iniqui-
tatū tuarū ⁊ iniquitate negociationis
tue polluisti sanctificationē tuā. Pro-
ducam ergo ignem de medio tui qui
comedat te: ⁊ dabo te in cinerem sup̄
terrā in conspectu omniū videntiū te.
Omnes qui viderint te in gentibus
obstupescent sup̄ te. Nichili factus es:
et non eris in p̄petuum. Et factus est
sermo dn̄i ad me dicens. Fili hominis:
pone faciē tuā contra sydonem ⁊ p̄phe-
tabis de ea: ⁊ dices. Hec dicit dominus
deus. Ecce ego ad te sydon et gloria-
bor i medio tui: ⁊ scient quia ego dn̄s
cum fecero in ea iudicia: ⁊ sanctificatus
fuero in ea. Et immittā ei pestilentiā et
sanguinē in plateis eius: et corruent
interfecti in medio eius gladio p̄ circu-
itum: ⁊ scient quia ego dominus. Et nō
erit vltra domui israhel. offendiculū
amaritudinis et spina dolorem infe-
rens vndiq; per circuitū eorū qui adu-
santur eis: et scient quia ego dominus
deus. Hec dicit dominus deus. Quādo
congregauero domū israhel de p̄plis
in q̄bus dispersi sunt. sanctificabor i eis
corā gētibus: ⁊ habitabūt i terra sua quā
dedi seruo meo iacob: ⁊ habitabūt in
ea securi. Et edificabūt domos ⁊ plā-
tabūt vineas: ⁊ habitabūt confidēter
cum fecero iudicia in omnibus q̄ ad-
uersantur eis p̄ circuitū: ⁊ scient quia
ego dominus deus eorū. xxix

In anno decimo in duodecimo mense
vna die mensis factū est verbū dn̄i ad
me dicens. Fili hominis pone faciem
tuā contra pharaonem regem egipti:
et p̄phetabis de eo: ⁊ de egipto vniu̇sa
loquere ⁊ dices. Hec dicit dominus deus.
Ecce ego ad te pharao rex egipti dra-
co magne q̄ cubas in medio fluminū
tuorū ⁊ dicis. meus est fluuius: ⁊ ego
feci memetip̄m. Et ponā frenū i maxil-
lis tuis: ⁊ cōglutinabo pisces fluminū
tuorū squamis tuis. Et extraham te
de medio fluminū tuorū: et vniu̇si pi-
sces tui squamis tuis adherebūt. Et p̄-
iciā te in desertū: ⁊ om̄es pisces flumi-
nis tui. Super faciem terre cades. Nō
colligeris: neq; cōgregaberis. Bestijs
terre ⁊ volatilibus celi dedi te ad deuo-
randum: ⁊ scient om̄es habitatores
egipti quia ego dominus. Pro eo q̄ fu-
isti baculus arundineus domui isra-
hel quādo app̄henderunt te manu. et
confractus es ⁊ lacerasti omnē humerū





Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0241
powered by DWork • Heidelberg University Library

eorū: ⁊ innitentibus eis sup̄ te cōminu-
tus es ⁊ dissoluisti omnes renes eorū:
propterea hec dicit dn̄s deus. Ecce ego
adducam sup̄ te gladiū: et interficiā
de te hominē ⁊ iumentū. Et erit terra
egipti in desertum ⁊ in solitudinē: ⁊ sci-
ent q̄a ego dn̄s. Pro eo q̄ dixeris flu-
uius me⁹ est ⁊ ego feci eū: idcirco ecce e-
go ad te ⁊ ad flumina tua. Daboq̄
terrā egipti in solitudinē gladio dissi-
patā: a turre syenes usq̄ ad terminos
ethiopie. Non p̄transibit eam pes ho-
minis: neq̄ pes iumēti gradietur ī ea:
et non habitabit̄ quadraginta ānis.
Daboq̄ terrā egipti desertam ī medio
terrarū desertarū: et ciuitates eius in
medio vrbiū subuersarū: et erūt deso-
late quadraginta annis. Et dispgā
egiptios ī nationes: ⁊ ventilabo eos
in terras: quia hec dicit domin⁹ deus.
Post finē quadraginta annorū con-
gregabo egiptū de p̄plis in quibꝫ disp̄-
si fuerāt: ⁊ reducam captiuitatem egi-
pti ⁊ collocabo eos in terra phatures
in terram natiuitatis sue: in terra de
qua sumpti sunt. Et erunt ibi ī regnū
humile: ⁊ inter cetera regna erit humi-
lima. Et nō eleuabit̄ vltra sup̄ natio-
nes: et īminuā eos ne imperēt gentibꝫ:
neq̄ erunt vltra domui israhel in con-
fidentia docentes iniquitatē ut fugi-
ant ⁊ sequātur eos: et scient quia ego
sum domin⁹ deus. Et factum est in vi-
gesimo et septimo anno in primo in
vna mensis: factum est verbū dn̄i ad
me dicens. Fili hominis: nabuchodo-
nosor rex babilonis seruire fecit exer-
citum suū seruitute magna aduersus
tyrum. Omne caput decaluatū: et o-
mnis humerus depilat⁹ est. Et merces
non est reddita ei neq̄ exercitui eius de
tyro: pro seruitute qua seruiuit michi
aduersus eam. Propterea hec dicit do-
min⁹ deus. Ecce ego dabo nabucho-
donosor regē babilonis ī terra egipti:
et accipiet multitudinē eius et depra-
bitur manubias eius ⁊ diripiet spolia
eius: ⁊ erit merces exercitui illius ⁊ ope-
ri pro quo seruiuit aduersus eā. Dedi
ei terram egipti: pro eo q̄ laborauerit
michi ait domin⁹ de⁹. In die illa pul-
lulabit cornu domui israhel: ⁊ tibi da-
bo apertum os in medio eorū: et sci-
ent quia ego dominus. xxx

Et factum est verbū dn̄i ad me di-
cens. Fili hominis p̄pheta ⁊ dic.
Hec dicit domin⁹ deus. Vlulate ve
ve diei: q̄a iuxta est dies. ⁊ appropinq̄-
bit dies dn̄i: dies nubis. tempus gen-
tium erit. Et veniet gladius ī egiptū:
et erit pauor in ethiopia cum ceciderint
vulnerati ī egipto: ⁊ ablata fuerit insti-
tudo illius et destructa fundamenta e-
ius. Ethiopia et libia ⁊ lidij et omne
reliquū vulgus ⁊ chub et filij terre fede-
ris cum eis gladio cadent. Hec dicit
domin⁹ deus. Et corruent fulcientes
egiptū: ⁊ destruetur sup̄bia imperij ei⁹.
A turre syenes gladio cadent in ea: a-
it domin⁹ exercituū. Et dissipabūtur
in medio terrarū desolatarū: ⁊ vrbes
ei⁹ in medio ciuitatū desertarū erūt: ⁊ sci-
ent quia ego domin⁹ deus. cū dedero
ignem in egipto. ⁊ attriti fuerit om̄es
auxiliatores eius. In die illa egredien-
tur nūcij a facie mea in trieribꝫ ad con-
terendā ethiopie confidentiā: ⁊ erit pa-
uor in eis in die egipti: quia absq̄ du-
bio veniet. Hec dicit dn̄s de⁹. Et cessa-
re faciā multitudinē egipti in manu
nabuchodonosor regis babilonis.
Ipse ⁊ p̄plus eius cū eo: fortissimi gen-
tiū adducentur ad dispgendam terrā.
Et euaginabūt gladios suos super

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0242
powered by DWork • Heidelberg University Library

egiptum: et implebũt terrã interfectis:
et faciã alueos fluminũ aridos et tra-
dam terrã in manũ pessimorũ: ⁊ dissi-
pabo terram et plenitudinẽ eius ĩ ma-
nus alienorũ. Ego dominꝰ locutus
sum. Hec dicit dominꝰ deus. Et dispe-
dam simulacra: ⁊ cessare faciã ydola
de memphis: ⁊ dux de terra egipti nõ
erit amplius. Et dabo terrorem in ter-
ram egipti: ⁊ dispdam terrã phatures
et dabo ignem in taphnis: ⁊ faciam
iudicia mea in alexãdria. Et effundã
indignationẽ meã sup pelusiũ robur
egipti: et interficiã multitudinẽ alexã-
drie: ⁊ dabo ignem in egipto. Quasi
parturiens dolebit pelusiũ: et alexan-
dria cito dissipata: ⁊ memphis angu-
stie quotidiane. Juuenes eliopoleos
et bubasti gladio cadent: ⁊ ipse capti-
ue ducentur. Et in taphnis nigrescet
dies: cũ cõfregero ibi sceptra egipti: et
defecerit in ea superbia potãie eiꝰ. Ipam
nubes operiet: filie aũt eius in captiui-
tatẽ ducentur. Et iudicia faciã in egi-
pto: ⁊ scient quia ego dñs. Et factũ est
in undecimo ãno in primo mense in
septima mensis: factũ est verbum dñi
ad me dicens. Fili hominis: brachiũ
pharaonis regis egipti cõfregi: ⁊ ecce
non est obuolutũ ut reticueretur ei sa-
nitas ut ligaretur pãnis et fasceretur
linteolis: ⁊ recepto robore posset tene-
re gladiũ. Propterea hec dicit dñs de-
us. Ecce ego ad pharaonẽ regem egi-
pti: ⁊ cõminuã eius brachiũ forte sed
confractũ: ⁊ deciã gladiũ de manu eiꝰ.
Et dispgam egiptum in gentibus: et
ventilabo eos in terris. Et confortabo
brachia regis babilonis: dabogꝫ gla-
diũ meũ in manu eius. Et confringã
brachiũ pharaonis: ⁊ gemet gemi-
bus interfecti corã facie eiꝰ. Et confortabo
brachia regis babilonis: et brachia
pharaonis concident. Et scient quia
ego dominꝰ cum dedero gladiũ meũ
in manũ regis babilonis: ⁊ extendent
eum sup terrã egipti. Et dispgam egi-
ptum in nationes: ⁊ ventilabo eos in
terras: ⁊ sciẽt quia ego dñs. xxxi

Et factum est in anno undecimo
tertio mense una mensis: factũ
est verbum dñi ad me dicens. Fili ho-
minis: dic pharaoni regi egipti ⁊ ppli
eius. Cui similis factus es in magnitu-
dine tua? Ecce assur quasi cedrus ĩ li-
bano pulcer ramis et frondibꝫ nemo-
rosus et excelsusqꝫ altitudine: ⁊ inter cõ-
densas frõdes eleuatũ est cacumẽ eius.
Aque nutierũt illũ: abissus exaltauit
illũ. Flumina eiꝰ manabãt in circuitu
radicũ eius: ⁊ riuos suos emisit ad u-
niuersa ligna regionis. Propterea e-
leuata est altitudo eius sup omnia li-
gna regionis: ⁊ multiplicata sunt ar-
busta eius: ⁊ eleuati sunt rami eius p
aquis multis. Cumqꝫ extendisset um-
bram suã in ramis eius fecerũt nidos
omnia volatilia celi: ⁊ sub frondibus
eiꝰ genuerũt omnes bestie saltuũ: et sub
umbraculo illiꝰ habitabãt cetus genti-
um plurimarũ. Eratqꝫ pulcerrimꝰ in
magnitudine sua: et in dilatione ar-
bustorũ suorũ. Erat enim radix illiꝰ
iuxta aquas multas. Cedri nõ fuerũt
altiores illo in paradiso dei. Abietes
non adequauerũt sũmitatẽ eiꝰ: ⁊ pla-
tani non fuerũt eque frõdibus illius.
Omne lignũ paradisi dei nõ est assi-
milatũ illi ⁊ pulcritudini eius: quoniã
speciosum feci eum: et multis conden-
sisqꝫ frondibus. Et emulata sunt eum
omnia ligna voluptatis: que erãt in
paradiso dei. Propterea hec dicit do-
minꝰ deus. Pro eo qꝺ sublimatus est



Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0243
powered by DWork • Heidelberg University Library

in altitudine et dedit sūmitatem suā
virentem atq; condensam et eleuatū ē
cor eius in altitudine sua: tradidi eā
in manū fortissimi gentiū. Faciēs fa-
ciet ei: iuxta impietatem eius. Et eieci eā:
et succident eam alieni et crudelissimi
nationū. Et pūcient eum sup montes:
et in cunctis cōuallibus corruent rami
eius. Et confringentur arbusta eius
in vniuersis rupibus terre: et recedent
de vmbraculo eius oīnes pūli terre: et
relinquent eum. In ruina eius habi-
tauerūt oīnia volatilia celi: et ī ramis
eius fuerunt vniuerse bestie regionis.
Quāobrem non eleuabūtur in altitu-
dine sua oīnia ligna aquarū: nec po-
nent sublimitatem suā inter nemoro-
sa atq; frondosa: nec stabunt in subli-
mitate sua omnia q̄ irrigātur aquis:
quia omnes tradīt sunt in mortem
ad terrā vltimā in medio filiorū homi-
nū ad eos qui descendūt in lacū. Hec
dicit dñs deus. In die quādo descen-
dit ad inferos indixi luctū: operui eum
abisso: et ꝓhibui flumina eius: et coer-
cui aquas multas. Contristat⁹ est su-
per eum libanus: et omnia ligna agri
concussa sunt. A sonitu ruine eius com-
mouī gentes: cū deducerem eū ad in-
ferū cum his qui descendebāt in lacū.
Et cōsolata sunt in terra infima oīnia
ligna voluptatis egregia atq; p̄clara
in libano: vniuersa que irrigabātur
aquis. Nam et ipi cum eo descendunt
ad infernū ad interfectos gladio: et bra-
chiū vniuscuiusq; sedebit sub vmbra-
culo eius in medio nationū eius. Cui
assimilat⁹ es o inclite atq; sublimis in-
ter ligna voluptatis? Ecce deduct⁹ es
cum lignis voluptatis ad terram vlti-
mam. In medio incircūcisorū dormi-
es: cum eis qui interfecti sunt gladio.

Hic est pharao et omnis multitudo
eius: dicit dominus deus. xxxij
Et factum est duodecimo āno in
mense duodecimo in una mēn-
sis: factum est verbū dñi ad me dicēs.
Fili hominis assume lamentū super
pharaonē regem egipti: et dices ad eū.
Leoni gentiū assimilat⁹ es: et draconi
qui est in mari. Et ebullabas cornu
in fluminibus tuis: et conturbabas a-
quas pedibus tuis: et conculcabas flu-
mina eorū. Propterea hec dicit dñs
deus. Expandam sup te rete meū in
multitudine populorū multorū: et extrahā
te in sagena mea et ponam te in terrā.
Sup faciem agri abiciam te: et habi-
tare faciā sup te omnia volatilia celi:
et saturabo de te bestias vniuerse terre.
Et dabo carnes tuas sup montes: et
implebo colles tuos sanie tua. Et irri-
gabo terrā fetore sanguinis tui super
montes: et valles implebūtur ex te. Et
oppriā cū extinct⁹ fueris celos: et nigrescere
faciā stellas eius. Solē nube tegā:
et luna non dabit lumen suū. Omnia
luminaria celi merere faciā super te: et
dabo tenebras super terrā tuā dicit do-
min⁹ deus. Et irrigabo cor populorū mul-
torū cū induxero contritionē tuā in gen-
tibus sup terras quas nescis: et stupe-
scere faciā sup te populos multos. Et reges
eorū horrore nimio formidabūt sup
te cum volare cepero gladius meus super
facies eorū: et obstupescent repente sin-
guli p̄ anima sua in die ruine sue: ista
hec dicit dominus deus. Gladius regis
babilonis veniet tibi: ī gladiis fortiū
deiciā multitudinē tuā. Inexpugnabi-
les omnes gentes hec. Et vastabunt
superbiā egipti: et dissipabitur multitu-
do eius. Et perdā oīnia iumenta eius
que erant sup aquas plurimas: et nō

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0244
powered by DWork • Heidelberg University Library

conturbabit eas pes hominis ultra: neq; ungula iumentorū turbabit eas. Tunc purissimas reddā aquas eorū: et flumina eaꝝ quasi oleum adducā ait dominꝰ deus: cum dedero terrā egipti desolatā. Deseretur aūt terra a plenitudine sua quādo percussero omnes habitatores eius: ⁊ scient quia ego dominꝰ. Planctus est: ⁊ plangent eum filie gētiū: super egiptū ⁊ super multitudinē eiꝰ plangent eū: ait dominꝰ deus. Et factū ē i duodecimo āno: in quīta decima mensis: factū est verbū dñi ad me dicens. Fili hominis: cane carmen lugubre super multitudinē egipti. Et detrahe eam: ipsam ⁊ filias gentiū robustaꝝ ad terrā ultimā: cum hijs qui descendunt in lacū. Quo pulcrior es descende: ⁊ dormi cū incircūcisis. In medio interfectorū gladio cadent. Gladius datus est. Et attraxerūt eā: ⁊ omnes populos eiꝰ. Loquentur ei potentissimi robustarū de medio inferni: qui cū auxiliatoribus eius descenderūt ⁊ dormierunt incircūcisi interfectiq; gladio. Ibi assur ⁊ omnis multitudo eius: in circuitu illius sepulcra eorū omnes interfecti et qui ceciderunt gladio: quorū data sunt sepulcra i nouissimis laci. Et facta est multitudo eius p gyrum sepulcri eius: uniuersi interfecti cadentesq; gladio: qui dederāt quondā formidinem suā in terra uiuentiū. Ibi elam: ⁊ omnis multitudo eius p gyrum sepulcri sui. Omnes hij interfecti ruentesq; gladio: qui descenderūt incircūcisi ad terrā ultimā. Qui posuerūt terrorē suū in terra uiuentiū: et portauerūt ignominiā suā cū hijs qui descenderūt in lacum. In medio interfectoꝝ posuerūt cubile eiꝰ in uniuersis populis eiꝰ: in circuitu eius sepulcrū illius. Omnes hij incircūcisi interfectiq; gladio. Dederūt enim terrorem in terra uiuentiū: ⁊ portauerūt ignominiā suā cum hijs qui descendūt in lacum. In medio interfectoꝝ positi sunt. Ibi mosoch ⁊ tubal ⁊ omnis multitudo eiꝰ: in circuitu eius sepulcra illius. Omnes hij incircūcisi interfectiq; ⁊ cadentes gladio: quia dederunt formidinē suā in terra uiuentiū: et non dormient cum fortibus cadentibusq; ⁊ incircūcisis qui descenderūt ad infernū cum armis suis. Et posuerūt gladios suos sub capitibus suis: ⁊ fuerunt iniquitates eorū in ossibus eoꝝ: quia terror fortiū facti sunt in terra uiuentiū. Et tu ergo i medio incircūcisorū conteteris: et dormies cum interfectis gladio. Ibi ydumea ⁊ reges eius et omnes duces eius: qui dati sunt cū potentatu suo cum interfectis gladio: et qui cum incircūcisis dormierūt. et cū hijs qui descenderūt in lacū. Ibi principes aquilonis omnes ⁊ uniuersi venatores qui deducti sunt cum interfectis: pauētes ⁊ in sua fortitudine cōfusi. qa dormierūt incircūcisi cū interfectis gladio: et portauerūt confusionē suā cū hijs qui descendūt in lacū. Vidit eos pharao ⁊ cōsolatꝰ est super omnūla multitudine sua q̄ interfecta est gladio: pharao et omnis exercitus eiꝰ ait dominꝰ deus: quia dedit terrorem suū in terra uiuentiū: ⁊ dormiuit in medio incircūcisoꝝ cū interfectis gladio: pharao et omnis multitudo eiꝰ ait dñs deꝰ. xxxii.

Et factum est verbū dñi ad me dicens. Fili hominis. loquere ad filios populi tui: ⁊ dices ad eos. Terra cū induxero super eam gladiū et tulerit populꝰ terre virū unū de nouissimis suis et cōstituerit eum sup se speculatorem et ille uiderit gladiū uenientem super

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0245
powered by DWork • Heidelberg University Library

terrā · et cecinerit bucina et ānūciauerit
populo : audiēs aūt quisquis ille est
sonitum bucine et non obseruauerit
veneritq; gladius ⁊ tulerit eū: sanguis
ipsi⁹ sup caput ei⁹ erit. Bonū bucine
audiuit ⁊ non se obseruauit: sanguis
eius ī ipso erit. Sinaūt se custodierit:
animā suā saluauit. Qd si speculator
viderit gladiū venientem ⁊ nō insonu-
erit bucina ⁊ ꝑplus se non custodierit ·
veneritq; gladius et tulerit de eis ani-
mā: ille quidē in iniquitate sua capt⁹
est: sanguinē aūt eius de manu specu-
latoris requirā. Et tu fili hominis: spe-
culatorē dedi te domui isrl. Audiēs
ergo ex ore meo sermonem: annūcia-
bis eis ex me. Si me dicēte ad impiū ·
impie morte morieris · non fueris lo-
cutus ut se custodiat impi⁹ a via sua:
ipse impius in iniquitate sua morie-
tur: sanguinē autem ei⁹ de manu tua
requirā. Sinaūt annūciaui te ad im-
piū ut a vijs suis cōuertatur · non fue-
rit conuersus a via sua: ipe in iniqui-
tate sua morietur: porro tu animā tu-
am liberasti. Tu vero fili hominis: dic
ad domū israhel. Sic locuti estis di-
centes. Iniquitates nostre et peccata
nostra sup nos sunt: et in ipsis nos
tabescimus. Quomodo ergo viuere
potetimus? Dic ad eos. Viuo ego
dicit domin⁹ deus: nolo mortē impij:
sed ut cōuertatur impius a via sua et
viuat. Cōuertimini a vijs vestris pes-
simis. Et quare moriemini domus
isrl? Tu itaq; fili hominis: dic ad fili-
os ꝑpli tui. Iusticia iusti nō liberabit
eum in quacunq; die peccauerit: ⁊ im-
pietas impij nō nocebit ei in quacūq;
die cōuersus fuerit ab impietate sua.
Et iustus non poterit viuere in iustici-
a sua: in quacūq; die peccauerit. Etiā
si dixero iusto q̄ vita viuat · et cōfisus
in iusticia sua fecerit iniquitatē omēs
iusticie eius obliuioni tradentur: ⁊ in
iniquitate sua quā operat⁹ est in ipsa
morietur. Si autē dixero impio · mor-
te morieris · ⁊ egerit penitentiā a pecca-
to suo · feceritq; iudiciū et iusticiam · et
pignus restituerit ille impius · rapinā
q; reddiderit: in mandatis vite ambu-
lauerit nec fecerit quicq̄ iniustū: vita
viuet ⁊ non morietur. Omīa peccata
eius que peccauit nō imputabūtur ei.
Iudiciū et iusticiā fecit: vita viuet. Et
dixerunt filij populi tui. Non est equi
ponderis via dñi. Et ipoꝝ via iniusta
est. Cum enim recesserit iustus a iusti-
cia sua feceritq; iniquitates: morietur
in eis. Et cum recesserit impius ab im-
pietate sua feceritq; iudicium et iustici-
am: viuet in eis. Et dicitis. Non est re-
cta via domini. Vnūquēq; iuxta vi-
as suas iudicabo de vobis domus
israhel. Et factum est in duodecimo
anno in decimo mense · in quinta mē-
sis transmigrationis nostre: venit ad
me qui fugerat de iherusalem dicens.
Vastata est ciuitas. Manus autem
domini facta fuerat ad me vespere an-
tequā veniret qui fugerat: aperuitq;
os meū donec veniret ad me mane: et
apto ore meo non silui āpli⁹. Et factū
est verbū dñi ad me dicēs. Fili hois:
q̄ habitāt in ruinosis hijs sup humū
isrl loquētes aiūt. Vn⁹ erat abrahā:
⁊ hereditate possedit terrā. Nos aūt insti
sum⁹: nobis data ē t̄ra ī possessionē. Id-
circo dices ad eos. Hec dicit dñs dē⁹ q̄
in sanguine comeditis et oclos vr̄os
leuatis ad īmūdicias vr̄as ⁊ sāguinē
funditis: nūqd terrā hereditate possi de-
bitis? Steristis ī gladijs vr̄is · fecistis
abominatōnes · ⁊ vnusquisq; vxorem

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0246
powered by DWork • Heidelberg University Library

proximi sui polluit: ⁊ terram hereditate possidebitis? Hec dices ad eos. Sic dicit dominꝰ deus. Viuo ego: quia qui in ruinosis habitant gladio cadent: ⁊ qui in agro est bestijs tradetur ad deuorandū: qui aūt in p̄sidijs ⁊ in speluncis sunt peste morientur. Et dabo terram in solitudinē ⁊ in desertū: et deficiet sup̄ba fortitudo eius: et desolabūtur montes israhel eo q̄ nullus sit qui p̄ eos trāseat. Et scient q̄a dn̄s cum dedero terrā eorū desolatam ⁊ desertam: p̄pter uniuersas abominationes suas quas operati sunt. Et tu fili hominis filij p̄psi tui qui locuntur de te iuxta muros et in ostijs domorū ⁊ dicūt unꝰ ad alterū vir ad p̄ximū suū loquētes venite et audiamꝰ qui sit sermo egrediens a dn̄o: et veniunt ad te q̄si si ingrediat̄ p̄plus. Et sedent corā te p̄plus meus: ⁊ audiūt sermones tuos ⁊ non faciūt eos: quia ī canticū oris sui vertunt illos. Et auariciā suā sequit̄ cor eorū: ⁊ es eis q̄si carmē musicū qd̄ suaui dulciq; sono canit̄. Et audiūt verba tua et nō faciūt ea: et cū venerit qd̄ p̄dictū ē ecce enī venit: tūc sciēt q̄a p̄phete fuerit īter eos. xxxiiij

Et factum est verbū dn̄i ad me dicens. Fili hominis p̄pheta de pastoribꝫ israhel: p̄pheta ⁊ dices pastoribus. Hec dicit dominꝰ deus. Ve pastoribus israhel: q̄ pascebāt semetip̄os. Nōne greges a pastoribꝫ pascūtur? Lac comedebatis ⁊ lanis operiebamini: ⁊ qd̄ crassum erat occidebatis: gregem aūt meū non pascebatis. Qd̄ infirmū fuit non cōsolidastis: ⁊ qd̄ egrotum non sanastis. Qd̄ fractū est non alligastis ⁊ qd̄ abiectū ē nō reduxistis: et qd̄ perierat non quesistis: sed tamē austeritate īperabatis eis et cū potētia.

Et dispse sunt oues mee eo q̄ nō esset pastor: ⁊ facte sunt in deuorationē omniū bestiarū agri: ⁊ dispse sunt. Errauerūt greges mei in cūctis montibus et ī uniuerso colle excelso: ⁊ sup̄ omnē faciem terre dispsi sunt greges mei: et non erat qui requireret. Nō erat inq̄ qui requireret. Propterea pastores audite verbum dn̄i. Viuo ego dicit dn̄s deus: quia p̄ eo q̄ facti sūt greges mei in rapinā ⁊ oues mee in deuorationē omniū bestiarū agri eo q̄ nō esset pastor: neq; enim quesierūt pastores gregem meū: sed pascebāt pastores semetip̄os ⁊ greges meos nō pascebāt: propterea pastores audite verbū dn̄i. Hec dicit dn̄s deꝰ. Ecce egoip̄e sup̄ pastores: requirā gregē meū de manu eorū ⁊ cessare faciā ut ultra non pascant gregem meū: nec pascāt ampliꝰ pastores semetip̄os. Et liberabo gregem meū de ore eorū: ⁊ nō erūt eis in escam: q̄a hec dicit dominꝰ deus. Ecce egoip̄e requirā oues meas: ⁊ visitabo eas sicut visitat pastor gregem suū: in die quādo fuerit in medio ouiū suarū dissipatarū. Sic visitabo oues meas: ⁊ liberabo eas de omnibꝫ locis in quibus dispse fuerāt in die nubis et caliginis. Et educam eas de p̄plis ⁊ congregabo eas de terris: ⁊ inducā eas in terrā suā: et pascam eas in montibꝫ israhel in riuis et in cūctis sedibꝫ terre. In pascuis uberrimis pascam eas: ⁊ in montibus excelsis israhel erunt pascue earū. Ibi requiescent in herbis virentibꝫ: ⁊ ī pascuis pinguibus pascent̄ sup̄ mōtes israhel. Ego pascā oues meas: et ego eas accubare faciā dicit dn̄s deus. Qd̄ perierat requiram ⁊ qd̄ abiectū erat reducam: ⁊ qd̄ fractū fuerat alligabo ⁊ qd̄ infirmū fuerat consolidabo: et quod pingue

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0247
powered by DWork • Heidelberg University Library

et forte custodiã. et pascam illas in iu-
dicio. Vos aũt greges mei: hec dicit
dominus deus. Ecce ego iudico inter
pecus ⁊ pecus. arietũ ⁊ hircorũ. Nõne
satis vobis erat pascua bona depasci?
Insup et reliquias pascuarũ vestrarũ
conculcastis pedibus vestris: ⁊ cũ pu-
rissimã aquã biberitis: reliquã pedibꝫ
vestris turbastis. Et oues mee hijs q̃
conculcata pedibus vestris fuerãt pa-
scebantur: ⁊ que pedes vestre turbaue-
rant hec bibebant. Propterea hec di-
cit dñs deus ad eos. Ecce ego ip̃e iudi-
co inter pec⁹ pingue et macilẽtũ. Pro
eo q̃ lateribus et humeris impingeba-
tis et cornibus vestris ventilabatis o-
mnia infirma pecora donec dispgerẽ-
tur foras: saluabo gregem meũ et nõ
erit vltra in rapinam: ⁊ iudicabo ĩter
pecus ⁊ pecus. Et suscitabo super eas
pastorẽ vnũ q̃ pascat eas seruũ meũ
dauid: ipse pascet eas: et ip̃e erit eis in
pastorem. Ego aũt domin⁹ ero eis in
deum: et seruus me⁹ dauid princeps
in medio eorũ. Ego domin⁹ locutus
sum. Et faciam cum eis pactũ pacis:
et cessare faciã bestias pessimas de ter-
ra. Qui habitant in deserto securi dor-
mient in saltibus: ⁊ ponam eos in cir-
cuitu collis mei benedictionẽ: ⁊ dedu-
cam ymbrem in tẽpore suo: et pluuie
benedictionis erunt. Et dabit lignũ
agri fructum suũ: ⁊ terra dabit germẽ
suũ: ⁊ erunt in terra sua absq; timore.
Et scient quia ego domin⁹ cũ contriue-
ro cathenas iugi eorũ: ⁊ eruero eos de
manu imperantiũ sibi. Et non erunt
vltra in rapinã in gentibꝫ: neq; bestie
terre deuorabũt eos: sed habitabunt
confidenter absq; vllo terrore. Et susci-
tabo eis germen nominatũ: et non e-
rũt vltra imminuti fame in terra neq;
portabũt vltra opprobriũ gentiũ. Et
scient quia ego domin⁹ deus eorũ cũ
eis: ⁊ ipsi ꝑsus meus domus israhel
ait domin⁹ de⁹. Vos aũt greges mei
greges pascue mee hoĩes estis: et ego
dñs de⁹ vester: dicit dñs de⁹. xxxv

Et factus est sermo dñi ad me di-
cens. Fili hominis pone faciem
tuã aduersum mõtem seyr: et ꝓphera-
bis de eo ⁊ dices illi. Hec dicit domin⁹
deus. Ecce ego ad te mons seyr: ⁊ extẽ-
dam manũ meã sup te. et dabo te de-
solatũ atq; desertum. Vrbes tuas de-
moliar ⁊ tu desertus eris: ⁊ scies quia
ego domin⁹ eo q̃ fueris inimic⁹ sempi-
tern⁹. et concluseris filios israhel ĩ ma-
nus gladij in tẽpore afflictionis eorꝫ.
in tp̃e iniq̃tatis extreme. Propterea vi-
uo ego dicit domin⁹ de⁹: quoniã san-
guini tradam te. ⁊ sanguis te ꝑsequet̃:
et cum sanguinẽ oderis sanguis ꝑse-
quetur te. Et dabo montẽ seyr desola-
tum et desertum: ⁊ auferam de eo eun-
tem ⁊ redeuntem: ⁊ implebo montes e-
ius occisorũ suorũ. In collibus tuis ⁊
in vallibus tuis atq; in torrentibꝫ in-
terfecti gladio cadent. In solitudines
sempiternas tradam te: ⁊ ciuitates tue
nõ habitabũtur. Et scietis q̃a ego dñs
de⁹: eo q̃ dixeris due gentes ⁊ due ter-
re mee erunt ⁊ hereditate possidebo e-
as: cum dñs esset ibi. Propterea viuo
ego dicit domin⁹ deus: quia faciam
iuxta iram tuã ⁊ secundum ꝫelum tuũ
quẽ fecisti odio habens eos: ⁊ notus
efficiar ꝑ eos cũ te iudicauero: et scies
quia ego domin⁹. Audiui vniuersa
opprobria tua que locut⁹ es de mon-
tibus israhel dicẽs. Deserti nobis ad
deuorandũ dati sunt. Et insurrexistis
sup me ore vestro: ⁊ derogastis aduer-
sum me. Verba vr̃a ego audiui. Hec

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0248
powered by DWork • Heidelberg University Library

dicit domin⁹ deus. Letante uniuersa
terra·in solitudinem te redigam: sicuti
gauisus es sup hereditatem dom⁹ isra-
hel eo q̄ fuerit dissipata: sic faciā tibi.
Dissipatus eris mōs seyr·et ydumea
oīs: ⁊ sciēt q̄a ego dn̄s. xxxvi

Tu autē fili hominis ꝓpheta sup
montes israhel: ⁊ dices. Mōtes
israhel audite verbum dn̄i. Hec dicit
domin⁹ deus. Eo q̄ dixerit inimic⁹ de
vobis euge altitudines sempiterne in
hereditatem date sunt nobis: propter-
ea vaticinare ⁊ dic. Hec dicit domin⁹
deus. Pro eo q̄ desolati estis ⁊ cōcul-
cati p circuitū ⁊ facti in hereditatem reli-
quis gentibus: ⁊ ascendistis sup labi-
um lingue ⁊ opprobriū ꝓpli: propterea
montes israhel audite verbū dn̄i dei.
Hec dicit domin⁹ deus montibus et
collibus torrentibꝫ vallibusq; et deser-
tis parietinis ⁊ urbibus derelictis que
depopulate sunt: ⁊ subsannate a reli-
quis gentibus p circuitū. Propterea
hec dicit domin⁹ de⁹. Quoniā ī igne
zeli mei locut⁹ sū de reliquis gentibus
et de ydumea uniuersa: que dederunt
terrā meā sibi in hereditatē cū gladio
et toto corde ⁊ ex animo: ⁊ eiecerūt eam
ut vastarent: idcirco vaticinare super
humū israhel: ⁊ dices montibus ⁊ col-
libus iugis ⁊ vallibus. Hec dicit dn̄s
deus. Ecce ego in zelo meo et in furore
meo locutus sum: eo q̄ confusionem
gentiū sustinueritis. Idcirco hec dicit
domin⁹ deus. Ego leuaui manū meā
ut gentes q̄ in circuitu vestro sunt ipe
confusionē suā portent: vos aūt mō-
tes israhel ramos vestros germinetis:
et fructū vestrū afferatis ꝓplo meo isra-
hel. Prope enim est ut veniat. Quia
ecce ego ad vos: ⁊ conuertar ad vos·
⁊ arabimini: ⁊ accipietis sementem: et
multiplicabo ī vobis hoīes omnēq;
domū israhel. Et habitabūtur ciuita-
tes·⁊ ruinosa instaurabūtur: ⁊ reple-
bo vos hominibꝫ ⁊ iumentis: ⁊ mul-
tiplicabūtur ⁊ crescent. Et habitare vos
faciam sicut a principio: bonisq; do-
nabo maioribus q̄ habuistis ab ini-
cio: ⁊ scietis quia ego domin⁹. Et ad-
ducā sup vos hoīes ꝓplm meū israhel:
⁊ hereditate possidebūt te. Et eris eis ī
hereditatē: ⁊ non addes ultra ut absq;
eis sis. Hec dicit domin⁹ de⁹. Pro eo
q̄ dicunt de vobis deuoratrix hoīm
es ⁊ suffocans gentem tuā: propterea
homines nō comedes āpli⁹: ⁊ gentem
tuā non necabis ultra ait domin⁹ de⁹.
Nec auditam faciā in te ampli⁹ con-
fusionem gentiū: et opprobriū ꝓplorū
nequaq̄ portabis: ⁊ gentem tuā non
amittes ampli⁹ ait domin⁹ deus. Et
factum est verbū dn̄i ad me dicens. Fi-
li hominis·dom⁹ israhel habitauerūt
in humo sua: ⁊ polluerūt eam in vijs
suis et in studijs suis. Iuxta immūdi-
ciam menstruate facta ē via eoꝝ corā
me: ⁊ effudi indignationē meā super
eos pro sanguine quē fuderunt super
terram. Et in ydolis suis polluerūt eā:
et dispersi eos in gentes ⁊ ventilati sūt
in terras: iuxta vias eorū ⁊ adinuenti-
ones eoꝝ iudicaui eos. Et ingressi sūt
ad gentes ad quas introierūt ⁊ pollu-
erūt nomē sanctū meū: cum diceretur
de eis ꝓplus domini iste est et de terra
ei⁹ egressi sunt. Et peperci nomini san-
cto meo: q̄d polluerat dom⁹ israhel in
gentibꝫ ad quas īgressi sunt. Idcirco
dices domui israhel. Hec dicit dn̄s de⁹.
Nō ꝓpter vos ego faciā dom⁹ isrl: sed
propter nomē sanctū meū q̄d pollui-
stis in gentibꝫ ad quas intrastis. Et
sanctificabo nomen meū magnū q̄d

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0249
powered by DWork • Heidelberg University Library

pollutū est inter gentes qd̄ polluistis
in medio earū: ut sciāt gētes quia ego
dn̄s. dicit dn̄s exercituū. Cum sancti-
ficat⁹ fuero ī vobis coram eis. Tollā
quippe vos de gentibus: ⁊ congrega-
bo vos de uniuersis terris: ⁊ adducā
vos in terrā vestrā. Et effundam super
vos aquā mūdam: et mūdabimini
ab omnibꝫ inquinamentis vestris: et
ab uniuersis ydolis vestris mūdabo
vos. Et dabo vobis cor nouū: ⁊ spiri-
tum nouū ponā in medio vestri. Et
auferam cor lapideū de carne vestra:
⁊ dabo vobis cor carneū: ⁊ spiritū meū
ponā in medio vestri. Et faciam ut in
p̄ceptis meis ābuletis: ⁊ iudicia mea
custodiatis ⁊ operemini. Et habitabi-
tis in terra quā dedi patribus vestris:
et eritis michi in ꝓplm̄: ⁊ ego ero vobis
in deum. Et saluabo vos ex uniuersis
inquinamentis vr̄is: ⁊ vocabo frumē-
tum ⁊ multiplicabo illud: ⁊ nō impo-
nam vobis famem. Et multiplicabo
fructū ligni ⁊ genimina agri: ut non
portetis ultra opprobriū famis ingē-
tibus. Et recordabimini viarū vr̄arū
pessimarū studiorūq; nō bonorū: et
displicebunt vobis iniquitates vr̄e et
scelera vr̄a. Non propter vos ego faci-
am ait domin⁹ de⁹: notum sit vobis.
Confundimini ⁊ erubescite super viis
vr̄is dom⁹ israhel. Hec dicit domin⁹
deus. In die qua mūdauero vos ex o-
mnibus iniquitatibꝫ vr̄is ⁊ inhabita-
ri fecero urbes. ⁊ instauraueto ruino-
sa: ⁊ t̄ra deserta fuerit exculta. q̄ quōdā
erat desolata in oculis omnis viato-
ris: dicent. Terra illa inculta facta ē ut
ortus voluptatis: ⁊ ciuitates deserte ⁊
destitute atq; suffosse munite sederūt.
Et scient gentes quecunq; derelicte fue-
rint ī circuitu vestro: quia ego domin⁹
edificaui dissipata. plantauiq; incul-
ta: ego domin⁹ locutus sim ⁊ fecerim.
Hec dicit domin⁹ de⁹. Adhuc in hoc
inuenient me dom⁹ israhel: ut faciā e-
is. Multiplicabo eos sicut gregē hm̄
ut gregem sanctum: ut gregem ihrlm̄
in solemnitatibꝫ ei⁹. Sic erūt ciuitates
deserte plene gregibus hominū: et sci-
ent quia ego dominus. xxxiiij

Facta est super me manus dn̄i: et
eduxit me in spiritu dn̄i. ⁊ dimi-
sit me in medio campi qui erat plen⁹
ossibus: ⁊ circūduxit me per ea in gyrū.
Erant autem mlta valde sup faciem
campi: siccaq; vehementer. Et dixit ad
me. Fili hominis: putasne viuēt ossa
ista? Et dixi. Dn̄e deus tu nosti. Et di-
xit ad me. Vaticinare de ossibꝫ istis.
Et dices eis. Ossa arida: audite verbū
dn̄i. Hec dicit dn̄s deus ossibus hijs.
Ecce ego intromittā in vos spiritum
et viuetis: ⁊ dabo super vos neruos.
et succrescere faciam super vos carnes.
et superextendam in vobis cutem: ⁊ da-
bo vobis spiritum ⁊ viuetis. ⁊ scietis
q̄a ego domin⁹. Et prophetaui sicut
p̄ceperat michi. Factus est autem soni-
tus prophetante me: et ecce cōmotio.
Et accesserunt ossa ad ossa: unūqdq;
ad iūcturam suam. Et vidi: ⁊ ecce sup
ea nerui ⁊ carnes ascenderunt. ⁊ exten-
ta est in eis cutis desuper: et spiritum
non habebant. Et dixit ad me. Vati-
cinare ad spiritū: vaticinare fili hoīs:
et dices ad spiritum. Hec dicit domin⁹
deus. A quatuor ventis veni spiritus:
et insuffla sup interfectos istos. ⁊ reui-
niscāt. Et ꝓphetaui sicut p̄ceperat mi-
chi. Et īgressus ē in ea spirit⁹ ⁊ vixerūt:
steteruntq; super pedes suos exercitus
grandis nimis valde. Et dixit ad me.
Fili hoīs: ossa hec uniūsa. dom⁹ isrl̄ ē.

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0250
powered by DWork • Heidelberg University Library

ipi dicūt. Querūt ossa nostra: ⁊ perijt
spes nostra: ⁊ abscisi sum⁹. Propterea
vaticinare: et dices ad eos. Hec dicit
domin⁹ de⁹. Ecce ego aperiā tumulos
vestros: ⁊ educam vos de sepulcris ve-
stris ꝓplus me⁹: ⁊ inducam vos in ter-
ram israhel. Et scietis quia ego dn̄s.
cum aperuero sepulcra vestra: ⁊ eduxe-
ro vos de tumulis vestris ꝓple meus:
et dedero spiritū meū in vobis et vixe-
ritis. Et requiescere vos faciam super
humū vestrā: et scietis quia ego dn̄s
locut⁹ sum ⁊ feci: ait dn̄s de⁹. Et fact⁹
est sermo dn̄i ad me dicens. Et tu fili
hoīs sume tibi lignū unū: et scribe sup
illud. iude et filioꝝ isrl̄ socijs ei⁹. Et tol-
le lignū alteꝝ: ⁊ scribe sup illud. ioseph
lignū effraim: et cūcte dom⁹ israhel so-
ciorūq; ei⁹. Et adiūge illa unū ad al-
teꝝ tibi in lignū unū: ⁊ erūt in unionē
in manu tua. Cū aūt dixerit ad te filij
ꝓpli tui loquētes nōne indicas nobis
quid ī hijs tibi velis: loqueris ad eos.
Hec dicit dn̄s de⁹. Ecce ego assumā li-
gnū ioseph. quod est ī manu effraim
et tribus israhel que sunt ei adiūcte: ⁊
dabo eas pariter cum ligno iuda ⁊ fa-
ciam eas in lignū unū: ⁊ erūt unū in
manu eius. Erunt aūt ligna sup que
scripseris in manu tua in oculis eoꝝ:
et dices ad eos. Hec dicit domin⁹ de⁹.
Ecce ego assumā filios israhel de me-
dio nationū ad quas abierūt: ⁊ con-
gregabo eos undiq; et adducam eos
ad humū suā. Et faciā eos in gentem
unam in terra in montibꝫ israhel: ⁊ rex
unus erit omnibus imperans. Et nō
erunt ultra due gentes: nec diuidētur
amplius in duo regna. Neq; polluen-
tur ultra in ydolis suis ⁊ abominaci-
onibus et cunctis iniquitatibus suis:
et saluos eos faciā de uniūsis sedibꝫ
suis ī quibus peccauerūt: ⁊ emūdabo
eos. Et erunt michi ꝓpls. ⁊ ego ero eis
de⁹: ⁊ seru⁹ meus dauid rex sup eos: ⁊
pastor un⁹ erit omniū eoꝝ. In iudicijs
meis ambulabunt: ⁊ mandata mea
custodient: ⁊ facient ea. Et habitabūt
sup terram quā dedi seruo meo iacob
in qua habitauerūt patres vestri: ⁊ ha-
bitabunt sup eam ipi ⁊ filij eorū ⁊ filij
filiorū eorū usq; in sempiternū: et da-
uid seru⁹ me⁹ princeps eorū in ꝓpetuū.
Et ꝑcutiā illis fedus pacis: pactū sem-
piternū eris eis. Et fūdabo eos et mlti-
plicabo: et dabo sanctificationē meā
in medio eorū in perpetuū. Et erit ta-
bernaculū meū in eis ⁊ ero eis deus: ⁊
ipsi erunt michi ꝓplus. Et scient gen-
tes quia ego dominus sanctificator
israhel: cū fuerit sanctificatio mea in
medio eoꝝ in ꝓpetuum. xxxviij

Et fact⁹ est sermo dn̄i ad me dicēs.
Fili hominis pone faciem tuā
cōtra gog et terram magog principē
capitis mosoch ⁊ tubal: ⁊ vaticinare
de eo. ⁊ dices ad eum. Hec dicit dn̄s
de⁹. Ecce ego ad te gog pricipē capitis
mosoch ⁊ tubal. Et circūagam te ⁊ po-
nam frenū in maxillis tuis: et educā
te ⁊ omnē exercitū tuū equos ⁊ equites
vestitos loricis uniuersos: multitudi-
nem magnā hastam ⁊ clipeū et arripi-
entiū ī gladiū. Perse ethiopes ⁊ libies
cum eis: omnes scutati ⁊ galeati. Go-
mer et uniuersa agmina ei⁹: dom⁹ to-
gorma latera aquilonis ⁊ totū robur
ei⁹: ꝓpliq; mlti tecū. Prepara ⁊ instrue
te et omnē multitudinē tuā q̄ coacer-
uata est ad te: ⁊ esto eis ī p̄ceptū. Post
dies multos visitaberis. In nouissi-
mo annoꝝ venies ad terram que reū-
sa est a gladio: cōgregata est de ꝓplis
multis: ad montes israhel qui fuerūt



Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0251
powered by DWork • Heidelberg University Library

deserti iugiter. Hec de ꝓplis educta est: et habitabunt in ea confidenter uniuersi. Ascendens autem q̄si tempestas venies et quasi nubes: ut operias terram tu ⁊ omnia agmina tua: et ꝓpli multi tecum. Hec dicit dominꝰ deus. In die illa ascendent sermones super cor tuū: ⁊ cogitabis cogitationē pessimam: ⁊ dices. Ascendam ad terram absq; muro. Venient ad quiescentes habitantesq; secure omnes habitant sine muro. Vectes et porte non sunt eis. Ut diripias spolia et inuadas predam: ut inferas manū tuā super eos qui deserti fuerant ⁊ postea restituti: ⁊ sup ꝓplm qui est cōgregatꝰ ex gentibus qui possidere cepit et esse habitator umbilici terre. Saba ⁊ dedan et negociatores tharsis ⁊ om̄es leones eius dicent tibi. Nūquid ad sumēda spolia tu venis? Ecce ad diripiendā predam congregasti multitudinē tuā: ut tollas argentum et aurū: auferas suppellectilē atq; substātiā et diripias manubias infinitas. Propterea vaticinare fili hominis: ⁊ dices ad gog. Hec dicit dominꝰ deus. Nūquid nō in die illo cum habitauerit ꝓplꝰ meus israhel confidenter scies ⁊ venies tu de loco tuo a lateribꝫ aquilonis tu ⁊ ꝓpli multi tecum: ascensores equorū uniūsi cetus magnus ⁊ exercitꝰ vehemēs? Et ascendes sup ꝓplm meū israhel q̄si nubes ut operias terram. In nouissimis diebus eris: et adducam te super terram meā: ut sciant gentes me cum sanctificatꝰ fuero in te in oculis eoꝝ o gog. Hec dicit dominꝰ deus. Tu ergo ille es de quo locutus sum in diebus antiquis in manu seruorū meoꝝ prophetarū israhel: qui prophetauerūt in diebus illoꝝ temporū ut adducerē te super eos. Et erit in die illa in die aduentꝰ gog sup terrā israhel ait dominꝰ deꝰ: ascendet indignatio mea in furore meo ⁊ in zelo meo. In igne ire mee locutus sum: quia in die illa erit cōmotio magna super terram israhel: et ꝯmouebūtur a facie mea pisces maris et volucres celi et bestie agri: ⁊ om̄e reptile qd̄ mouetur super humū: cunctiq; homines qui sunt sup faciem terre. Et subuertentur montes: ⁊ cadent sepes: ⁊ om̄is murꝰ corruet in terram. Et conuocabo aduersus eum in cunctis montibꝫ meis gladiū: ait dn̄s deus. Gladius uniuscuiusq; in fratrem suū dirigetur. Et iudicabo eum peste et sanguine ⁊ ymbre vehementi: et lapidibus immensis. Ignem ⁊ sulphur pluam sup eum ⁊ sup exercitū eiꝰ: ⁊ super ꝓplos mstos qui sunt cum eo. Et magnificabor ⁊ sanctificabor: et notus ero in oculis multarū gentiū: ⁊ scient quia ego sum dn̄s. xxxix

Tu autem fili hoīs vaticinare aduersum gog: ⁊ dices. Hec dicit dominꝰ deꝰ. Ecce ego sup te gog principem capitis mosoch ⁊ tubal. Et circūagam te ⁊ educam te ⁊ ascendere te faciam de lateribus aquilonis: ⁊ adducam te sup montes israhel. Et ꝑcutiā arcum tuū in manu sinistra tua: ⁊ sagittas tuas de manu dextera tua. Deiciam te sup mōtes israhel: ⁊ cades tu ⁊ omnia agmina tua ⁊ ꝓpli tui q̄ sunt tecū. Feris auibus omniq; volatili ⁊ bestijs terre dedi te ad deuorandū. Super faciē agri cades: quia ego locutus sum ait dominꝰ deꝰ. Et immittā ignē in magog et in hijs qui habitant in insulis confidenter: ⁊ scient quia ego dn̄s. Et nomē sanctū meū notū faciā ī medio ꝓpli mei isrl: ⁊ nō polluā nomē

sanctū meū amplius: et scient gentes
quia ego dominꝰ sanctus israhel. Ec-
ce venit: ⁊ factum est ait dominꝰ deus.
Hec est dies de qua locutus sum. Et e-
gredientur habitatores de ciuitatibꝫ
israhel: ⁊ succendent ⁊ comburent ar-
ma clipeum et hastas arcum et sagit-
tas ⁊ baculos manuū et contos: ⁊ suc-
cendent ea igni septem annis. Et non
portabunt ligna de regionibus. neqꝫ
succident de saltibus. quoniā arma
succendent igni: ⁊ depredabūtur eos
quibus prede fuerant: ⁊ diripient va-
statores suos ait dominꝰ deꝰ. Et erit:
in die illa dabo gog locū nominatū
sepulcrū in israhel. vallem viatoꝝ ad
orientem maris: que obstupescere faci-
et p̄tereuntes. Et sepelient ibi gog et o-
mnē multitudinē eius: ⁊ vocabit̄ val-
lis multitudinis gog: ⁊ sepelient eos
domꝰ israhel ut mūdent terrā septem
mensibus. Sepeliet aūt eum omnis
ꝓplus terre: et erit eis nominata dies
in qua glorificatꝰ sum ait dn̄s deus.
Et viros iugiter constituent lustrātes
terram: qui sepeliant ⁊ requirāt eos q̄
remāserant sup faciē terre: ut emūdent
eam. Post menses aūt septem querere
incipient: ⁊ circuibūt ꝑagrantes terrā.
Cunqꝫ viderint os hominis statuent
iuxta illud titulum donec sepeliāt il-
lud pollinctores in valle mlt̄itudinis
gog. Nomē autem ciuitatis amona:
et mūdabunt terrā. Tu ergo fili hoīs:
hec dicit dominꝰ deꝰ. Dic omni volu-
cri et vniuersis auibus cūctisqꝫ bestijs
agri. Conuenite ꝓperate: cōcurrite vn-
diqꝫ ad victimā meā quā ego īmolo
vobis. victimā grādem sup montes
israhel: ut comedatis carnes ⁊ bibatis
sanguinē. Carnes fortiū comedetis: ⁊
sanguinē p̄ricipū terre bibetis: arietū
et agnorū ⁊ hircoꝝ thaurorūqꝫ et alti-
lium et pinguiū omniū et comedetis
adipem in saturitatem: et bibetis san-
guinem in ebrietatem de victima quā
ego īmolaui vobis: et saturabimini
sup mensam meā de equo et de equite
forti. ⁊ de vniuersis viris bellatoribus
ait dominꝰ deus. Et ponam gloriā
meā ī gētibꝫ: ⁊ videbūt om̄es gētes iu-
diciū meū qd̄ feceri. et manū meā quā
posuerim sup eos: et scient domꝰ isra-
hel quia ego dominꝰ deꝰ eorū a die il-
la et deinceps. Et scient gentes quoniā
in iniquitate sua capta sit domꝰ isra-
hel: ⁊ q̄ dereliquerint me et absconde-
rim faciē meā ab eis: ⁊ tradiderim eos
in manꝰ hostiū ⁊ ceciderint in gladio
vniuersi. Iuxta īmundiciā eorū et sce-
lus feci eis: ⁊ abscondi faciē meā ab il-
lis. Propterea hec dicit dominꝰ deus.
Nūc reducam captiuitatē iacob: ⁊ mi-
serebor omnis domꝰ israhel. Et assu-
mam zelum ꝓ nomine sancto meo: ⁊
portabunt confusionē suā et omnem
p̄uaricationem quā p̄uaricati sunt in
me cum habitauerit in terra sua confi-
denter neminē formidātes: ⁊ reduxero
eos de ꝓplis. ⁊ congregauero de terris
inimicoꝝ suorū. ⁊ sanctificatꝰ fuero in
eis in oculis gentiū plurimarū. Et sci-
ent quia ego dominꝰ deus eorū eo q̄
transtulerim eos in nationes: et con-
gregauero eos sup terrā suā: ⁊ non de-
reliquerim quenqꝫ ex eis ibi. Et nō ab-
scondā vltra faciem meā ab eis: eo q̄
effuderim spiritum meum sup omnē
domū israhel ait dn̄s deus. xl

In vigesimoquīto āno trāsmigrationis
nr̄e ī exordio āni decima mēsis quarto-
decimo āno postqꝫ ꝑcussa est ciuitas:
in ipsa hac die facta est sup me manꝰ
dn̄i: ⁊ adduxit me illuc in visionibus

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0253
powered by DWork • Heidelberg University Library

dei. Adduxit me in terrā israhel: et dimisit me sup mōtem excelsum nimis sup quē erat quasi edificium ciuitatis vergētis ad austrum: ⁊ introduxit me illuc. Et ecce vir cui⁹ erat species quasi species eris: ⁊ funiculus line⁹ in manu eius: ⁊ calam⁹ mensure in manu eius. Stabat autem in porta: ⁊ locutus est ad me idem vir. Fili hominis: vide oculis tuis ⁊ auribus tuis audi: ⁊ pone cor tuū in omnia que ego ostendā tibi: quia ut ostendatur tibi adduct⁹ es huc. Annūcia omnia que tu vides domui israhel. Et ecce murus forinsecus in circuitu dom⁹ undiq; : ⁊ in manu viri calam⁹ mensure sex cubitoꝝ et palmo. Et mēsus ē latitudinē edificij calamo uno: altitudinē quoq; calamo uno. Et venit ad portam que respiciebat viam orientalē: et ascendit per gradus ei⁹. Et mensus ē limē porte calamo uno latitudinē. id est limē unū calamo uno in latitudine: ⁊ thalamū uno calamo ī longum. et uno calamo in latum: et inter thalomos quinq; cubitos: ⁊ limen porte iuxta vestibulū porte ītrinsec⁹ calamo uno. Et mensus est vestibulū porte octo cubitoꝝ: ⁊ frontem eius duobus cubitis. Vestibulū autem porte erat intrinsecus. Porro thalami porte ad viam orientalē tres hinc ⁊ tres inde: mensura una triū: ⁊ mensura una frontiū ex utraq; parte. Et mensus est latitudinem liminis porte decem cubitorū: ⁊ longitudinē porte tredecim cubitorū: et marginē āte thalamos cubiti uni⁹: et cubit⁹ un⁹ finis utrimq;. Thalami autem sex cubitorū erant hinc et inde. Et mensus est portā a tecto thalami usq; ad tectū ei⁹ latitudinē vigīciquīq; cubitorū: ostiū contra ostium. Et fecit frōtes p sexaginta cubitos: et ad frontem atriū porte undiq; p circuitum: ⁊ ante faciem porte que ptingebat usq; ad faciem vestibuli porte interioris quīquaginta cubitos: et fenestras obliquas in thalamis ⁊ in frontibꝫ eoꝝ: que erant intra portā undiq; per circuitum. Similiter aūt erāt et in vestibulis fenestre p gyrū intrinsec⁹: ⁊ ante frōtes pictura palmarū. Et eduxit me ad atriū exterius: et ecce gazophilacia et pauimentū stratum lapide in atrio p circuitum. Triginta gazophilacia in circuitu pauimēti: ⁊ pauimētū ī frōte portaꝝ secūdū lōgitudinē portaꝝ erat inferi⁹. Et mēsus est latitudinē a facie porte inferioris usq; ad frōtē atrij īterioris extrinsec⁹: centū cubitos ad oriētē et aquilonē. Portā vero q̄ respiciebat viā aquilonis atrij exterioris mēsus ē tā in lōgitudine q̄ꝫ ī latitudine et thalamos eius tres hinc et tres inde. ⁊ frōtem ei⁹ et vestibl̄m ei⁹ secūdū mensurā porte prioris: quīquaginta cubitorū longitudinē ei⁹: et latitudinē viginti quīq; cubitoꝝ. Fenestre aūt ei⁹ et vestibulū et sculpture scd̄m mensurā porte q̄ respiciebat ad oriētem: ⁊ septē g̃duū erat ascensus ei⁹. Et vestibl̄m āte eā: et porta atrij interioris contra portā aquilonis et orientalē. Et mēsus est a porta usq; ad portā. centū cubitos. Et eduxit me ad viā australē: ⁊ ecce porta q̄ respiciebat ad austrū. Et mēsus est frōtē ei⁹ et vestibl̄m ei⁹ iuxta mēsuras superiores: ⁊ fenestras ei⁹ ⁊ vestibl̄a in circuitu sicut fenestras ceteras: quīquagīta cubitorū lōgitudine ⁊ latitudine vigīciquīq; cubitoꝝ: et ī g̃dibꝫ septem ascendebat̄ ad eā. Et vestibl̄m āte fores ei⁹: ⁊ celate palme erāt una hīc et altera inde in frōte ei⁹: et porta atrij īterioris

in via australi. Et mensus est a porta
usq; ad portam in via australi · cen-
tum cubitos. Et introduxit me in atri-
um interius ad portam australem: ⁊
mensus est portam iuxta mensuras
superiores · thalamū eius · et frontem
eius · et vestibl'm eius hijsdem mensu-
ris: ⁊ fenestras vestibuloꝝ eius in cir-
cuitu quinq̄ginta cubitos lōgitudinis
et latitudinis vigintiquinq; cubitos: ⁊
vestibulū ꝑ gyrum lōgitudine vigīti-
quinq; cubitoꝝ: ⁊ latitudine quinq; cu-
bitorū. Et vestibulū eius ad atriū exte-
riꝰ: ⁊ palmas eiꝰ in fronte: ⁊ octo gra-
dus erant quibus ascendebat̄ ꝑ eā. Et
introduxit me in atriū interiꝰ ꝑ viā o-
rientalē: ⁊ mensus est portā secūdum
mensuras superiores · thalamū eius
et frontē eiꝰ ⁊ vestibula eiꝰ sicut supra:
⁊ fenestras eiꝰ ⁊ vestibl'm in circuitu lō-
gitudine quinquaginta cubitoꝝ et lati-
tudine vigintiquinq; cubitoꝝ: ⁊ vestibu-
lum eius id est atrij exterioris ⁊ palme
celate in fronte eiꝰ hinc ⁊ inde: ⁊ ī octo
gradibꝫ ascensus eiꝰ. Et īntroduxit me
ad portā q̄ respiciebat ad aquilonē.
Et mēsus ē scd'm mēsuras superiores
thalamū eiꝰ ⁊ frontem eiꝰ et vestibulū
eiꝰ ⁊ fenestras eiꝰ ꝑ circuitū lōgitudine
quinq̄ginta cubitorū et latitudine vi-
gintiquinq; cubitoꝝ: ⁊ vestibl'm eiꝰ respi-
ciebat ad atriū exterius · ⁊ celatura pal-
maꝝ in fronte eiꝰ hinc ⁊ inde: ⁊ in octo
gradibꝫ ascensus eiꝰ: ⁊ ꝑ singl'a gazo-
philacia ostiū in frontibꝫ portaꝝ. Ibi
lauabūt olocaustū. Et in vestibl'o por-
te due mēse hinc ⁊ due mense inde: ut
īmolet̄ sup eas olocastū et ꝓ peccato
et ꝓ delicto. Et ad latꝰ exteriꝰ qd̄ ascen-
dit ad ostiū porte q̄ ꝑgit ad aq̄lonē du-
e mēse: ⁊ ad latꝰ alteꝝ āte vestibl'm por-
te due mēse. Quatuor mēse hīc ⁊ q̄tuor
mēse inde: ꝑ latera porte octo mēse erāt:
sup q̄s īmolabant. Quatuor aūt mēse
ad olocaustū de lapidibus q̄dris ex-
structe · longitudine cubiti uniꝰ ⁊ dimi-
dij · et latitudine cubiti unius et dimi-
dij: ⁊ altitudine cubiti uniꝰ: sup quas
ponāt vasa ī quibus īmolat̄ olocau-
stum ⁊ victima. Et labia earū palmi
uniꝰ: reflexa intrinsecꝰ ꝑ circuitū. Sup
mēsas aūt carnes oblationis. Et ex-
tra portā interiorē gazophilacia can-
torū in atrio interiori qd̄ erat in latere
porte respicientis ad aquilonē: ⁊ faci-
es eoꝝ contra viā australē: una ex late-
re porte oriētalis · q̄ respiciebat ad viā
aquilonis. Et dixit ad me. Hoc ē ga-
zophilaciū qd̄ respicit viā meridianā
sacerdotū q̄ excubāt ī studijs tēpli: por-
ro gazophilaciū qd̄ respicit ad viā a-
quilonis sacerdotū erit q̄ excubant ad
ministeriū altaris. Isti sūt filij sadoch
qui accedunt de filijs leui ad dn̄m: ut
ministrent ei. Et mensus est atriū lon-
gitudine centum cubitorū · et latitudi-
ne centum cubitorū · per quadrum: et
altare ante faciem templi. Et introdu-
xit me in vestibulū templi: et mensus
est vestibulum quinq; cubitis hinc et
quinq; cubitis inde: ⁊ latitudinē porte
triū cubitoꝝ hīc · ⁊ triū cubitoꝝ inde: lō-
gitudinē aūt vestibl'i vigīti cubitoꝝ et
latitudinē undecī cubitoꝝ. Et octo g̃di-
bus ascendebat̄ ad eā: ⁊ colūne erāt in
frōtibꝫ: una hinc ⁊ altera inde. xli

Et introduxit me in templum: et
mensus est frontes · sex cubitos
latitudinis hinc: et sex cubitos latitu-
dinis inde. Latitudo tabernaculi ⁊ la-
titudo porte decem cubitorū erat: ⁊ la-
tera porte quinq; cubitis hinc: ⁊ quin-
q; inde. Et mensus est longitudinem
eiꝰ q̄draginta cubitorū: ⁊ latitudinē

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0255
powered by DWork • Heidelberg University Library

viginti cubitorū. Et introgressus intrinsecꝰ mensus est in fronte porte duos cubitos: ⁊ portā sex cubitorꝝ: ⁊ latitudinē porte septem cubitorꝝ. Et mēsus est lōgitudinē eiꝰ viginti cubitorꝝ: ⁊ latitudinē viginti cubitorꝝ āte faciē templi. Et dixit ad me. Hoc est sanctū sanctorꝝ. Et mēsus est parietē domꝰ sex cubitorꝝ: ⁊ latitudinē lateris q̄tuor cubitorꝝ: undiq; ꝑ circuitū domus. Latera aūt latꝰ ad latꝰ: bis trigintatriū. Et erant eminentia que ingrederent̄ ꝑ parietē domꝰ in lateribꝫ ꝑ circuitū ut continerent: ⁊ nō attingerent parietē templi. Et platea erat in rotūdū. ascendēs sursum ꝑ cocleā: et in cenaculū templi deferebat ꝑ gyrū. Idcirco latiꝰ erat templum in superioribꝫ: ⁊ sic de inferioribus ascendebat̄ ad superiora: ⁊ ī mediū. Et vidi in domo altitudinē ꝑ circuitū fundata latera ad mensurā calami sex cubitorꝝ spacio: et latitudinē ꝑ parietē lateris forinsecꝰ quinq; cubitorꝝ. Et erat īterior domꝰ ī lateribꝫ domꝰ. Et īter gazophilacia latitudine viginti cubitorꝝ ī circuitu domꝰ ūdiq;. Et ostiū lateris ad orationē: ostiū unū ad viā aquilonis: ⁊ ostiū unū ad viā australem ⁊ latitudinē loci ad orationē quinq; cubitorꝝ in circuitu. Et edificium qd̄ erat separatum versumq; ad viam respicientem ad mare latitudinis septuaginta cubitorū paries autem edificij quinq; cubitorū latitudinis per circuitum ⁊ longitudo eius nonaginta cubitorū. Et mensus est domus longitudinem centum cubitorū: ⁊ quod separatum erat edificiū et parietes eius longitudinis centum cubitorū. Latitudo aūt ante faciem domus: ⁊ eius quod erat separatū contra orientem centū cubitorꝝ. Et mēsus ē lōgitudinē edificij contra faciem eiꝰ qd̄ erat separatū ad dorsū ekthetas ex utraq; parte: centū cubitorū. ⁊ templū interius. et vestibula atrij. limina ⁊ fenestras obliquas: ekthetas in circuitu ꝑ tres partes contra uniuscuiusq; limē: stratūq; ligno ꝑ gyrū in circuitu. Terra autem usq; ad fenestras: ⁊ fenestre clause sup ostia. ⁊ usq; ad domū interiorem et forinsecꝰ ꝑ omnē parietem in circuitu intrinsecꝰ ⁊ forinsecus ad mensurā: ⁊ fabrefacti cherubim ⁊ palme. Et palma inter cherub et cherub. Duasq; facies habebat cherub: faciē hominis iuxta palmā ex hac parte: et faciem leonis iuxta palmā ex alia parte expressam. Per omnē domū in circuitu de terra usq; ad superiora porte: cherubim et palme celate erant in pariete templi. Limen quadrangulū: ⁊ facies sanctuarij aspectꝰ contra aspectum. Altaris lignei triū cubitorū altitudo: et longitudo eius duorū cubitorū: et anguli eius ⁊ longitudo eius ⁊ parietes eius lignei. Et locutus est ad me. Hec est mensa coram domino. Et duo ostia erant in templo et in sanctuario: et in duobus ostijs ex utraq; parte bina erant ostiola: que in se inuicem plicabantur. Bina enim ostia erāt ex utraq; parte ostiorum. Et celata erant in ipsis ostijs templi cherubim ⁊ sculptura palmarum: sicut in parietibꝫ quoq; expressa erant. Quamobrem ⁊ grossiora erant ligna in vestibuli frōte forinsecus: super que fenestre oblique: et similitudo palmarū hinc atq; inde in humerulis vestibuli secundū latera domꝰ latitudinēq; parietū. xlij

Et eduxit me in atrium exterius ꝑ viā ducentem ad aquilonē. Et eduxit me in gazophilaciū quod erat

contra separatū edificiū: ⁊ ɔtra eadem
vergentem ad aquilonē. in facie lōgi-
tudinis centum cubitos ostij aquilo-
nis: ⁊ latitudinis quinquaginta cu-
bitos ɔtra viginti cubitos atrij interioris:
et ɔtra pauimētū stratū lapide atrij exte-
rioris: ubi erat porticus iūcta porticui
triplici. Et āte gazophicia deābulatio
decē cubitorū latitudinis: ad interiora
respiciens vie cubiti vnius. Et ostia earū
ad aquilonē ubi erant gazophilacia
in superioribus humiliora: q̄a supporta-
bāt porticus q̄ ex illis eminebāt de inferi-
oribus ⁊ de medijs edificij. Tristega enī
erāt: et nō habebāt colūnas sicut erāt
columne atriorū. Propterea eminebāt
de inferioribus ⁊ de medijs a terra cu-
bitis quinquaginta. Et perybolus
exterior secundū gazophilacia que e-
rant in via atrij exterioris ante gazo-
philacia. Longitudo eius quinqua-
ginta cubitorū: quia longitudo erat
gazophilaciorū atrij exterioris quin-
quaginta cubitorū: ⁊ longitudo ante
faciem templi centum cubitorū. Et erat
subter gazophilacia hec introitus ab
oriente ingredientiū in ea de atrio ex-
teriori: in latitudine peryboli atrij q̄d
erat contra viā orientalem in faciem
edificij separati. Et erant ante edificiū
gazophilacia: ⁊ via ante faciem eorū
iuxta similitudinē gazophilaciorū q̄
erant in via aquilonis. Secundū lō-
gitudinē eorū sic ⁊ latitudo eorū ⁊ omnis
introitus eorū ⁊ similitudines ⁊ ostia
eorū secundū ostia gazophilaciorū. q̄
erāt in via respiciēte ad austrū. Ostiū
in capite vie: que erat ante vestibulū
separatū p viā orientalem ingredien-
tibus. Et dixit ad me. Gazophilacia
aq̄lonis et gazophilacia austri que
sunt ante edificiū separatū: hec sunt
gazophilacia sācta: ī quibus vescūtur
sacerdotes q̄ appropinquāt ad dn̄m
in sancta sanctorū. Ibi ponent sancta
sanctorum: et oblationem pro pec-
cato et pro delicto. Locus enim sanctus
est. Cum autem ingressi fuerint sacer-
dotes: nō egredientur de sanctis in a-
triū exterius. Et ibi reponent vestimen-
ta sua in quibus ministrant: q̄a san-
cta sunt: vestienturq; vestimētis alijs
⁊ sic ꝓcedent ad ꝓplm. Cunq; cōplesset
mēsuras domus interioris: eduxit me
per viam porte que respiciebat ad viā
orientalem: ⁊ mensus est eam vndiq;
per circuitum. Mensus est aūt contra
ventum orientalem calamo mensure:
quingentos calamos in calamo mē-
sure p circuitum. Et mensus est cōtra
ventū aquilonis quīgētos calamos:
in calamo mensure per gyrum. Et ad
ventū australem mensus est quingen-
tos calamos: in calamo mensure per
circuitū. Et ad ventū occidentalē mē-
sus est quingentos calamos: in cala-
mo mensure. Per quatuor ventos mē-
sus est: longitudinē quingentorū cu-
bitorū: ⁊ latitudinem quingentorū cu-
bitorum. Et murus diuidit inter san-
ctuarium et vulgi locum. xliii

Et duxit me ad portam que respi-
ciebat ad viam orientalem. Et
ecce gloria dei israhel. ingrediebatur
p viam orientalem: ⁊ vox erat ei qua-
si vox aquarū multarū: ⁊ terra splen-
debat a maiestate eius. Et vidi visio-
nem secundū speciē quā viderā quādo
venit ut disperderet ciuitatem: ⁊ species
secūdum aspectum quē viderant iuxta
fluuiū chobar. Et cecidi super faciem
meā. Et maiestas dn̄i ingressa est tem-
plum: per viam porte que respiciebat
ad orientem. Et eleuauit me spiritus:

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0257
powered by DWork • Heidelberg University Library

et introduxit me in atriū exteriꝰ. Et ecce
repleta erat gloria dñi domꝰ. Et audi-
ui loquentem ad me de domo. Et vir
qui stabat iuxta me: dixit ad me. Fili
hominis: locus solij mei et locus ve-
stigiorū pedum meorū: ubi habito in
medio filiorū israhel in eternum. Et
non polluet ultra domus israhel no-
men sanctum meū: ipsi et reges eorū
in fornicationibus suis et in ruinis re-
gum suorū et in excelsis: qui fabricati
sunt limen suū iuxta limen meū: et po-
stes suos iuxta postes meos: et murꝰ
erat inter me et eos. Et polluerunt no-
men sanctum meū in abominationi-
bus quas fecerunt: propter quod con-
sumpsi eos in ira mea. Nunc ergo re-
pellant procul fornicationem suā et
ruinas regū suorū a me: et habitabo
in medio eorū semper. Tu ergo fili ho-
minis ostende domui israhel templū
et confundantur ab iniquitatibꝫ su-
is: et meditentur fabricā: et erubescāt
ex omnibus que fecerunt. Figurā do-
mus et fabrice eius. exitus et introitꝰ.
et omnē descriptionem eius et uniuer-
sa p̄cepta eius. cūctūq; ordinē eius. et
om̄es leges eius ostende eis. et scribe
in oculis eorū: ut custodiāt om̄es de-
scriptiones eiꝰ et p̄cepta illiꝰ: et faciāt ea.
Ista est lex domꝰ in sūmitate montis.
Om̄es fines eiꝰ in circuitu sanctū san-
ctorū est. Hec ē ergo lex domꝰ. Iste aūt
mensure altaris in cubito verissimo:
qui habebat cubitū et palmū. In sinu
eiꝰ erat cubitꝰ: et cubitꝰ in latitudine: et
definitio eiꝰ usq; ad labiū eiꝰ et in circu-
itu palmi uniꝰ. Hec q̄; erat fossa alta-
ris. Et de sinu terre usq; ad crepidinē
nouissimā duo cubiti. et latitudo cubi-
ti uniꝰ: et a crepidine mīore usq; ad cre-
pidinē maiorē q̄tuor cubiti: et latitudo
cubiti uniꝰ. Ipse aūt ariel quatuor cu-
bitorꝫ: et ab ariel usq; ad sursū cornua
quatuor. Et ariel duodecim cubitorꝫ
in longitudine p duodecim cubitos
latitudinis: quadrāgulatum equis
lateribus. Et crepido quatuordecim cu-
bitorū longitudinis p quatuordecim
cubitos latitudinis in quatuor angu-
lis eius: et corona in circuitu eius di-
midij cubiti: et sinus eius uniꝰ cubiti
per circuitū. Gradus autem eius ver-
si ad orientem. Et dixit ad me. Fili
hominis: hec dicit dominꝰ deus. Hij
sunt ritus altaris in quacunq; die fu-
erit fabricatū: ut offeratur super illud
olocaustum et effundat̄ sanguis. Et
dabis sacerdotibꝫ et leuitis qui sunt
de semine sadoch qui accedūt ad me
ait dominus deus: ut offerant mi-
chi vitulum de armento pro peccato.
Et assumens de sanguine eiꝰ pones
super quatuor cornua eius et super
quatuor angulos crepidinis et super
coronam in circuitu: et mundabis
illud et expiabis. Et tolles vitulum
qui oblatus fuerit pro peccato: et com-
bures eum in separato loco domus
extra sanctuarium. Et in die secunda
offeres hircum caprarū immaculatū
pro peccato: et expiabunt altare sicut
expiauerunt in vitulo. Cunq; comple-
ueris expians illud offeres vitulum de
armento immaculatū: et arietem de
grege immaculatū: et offeres eos in
conspectu domini. Et mittent sacerdo-
tes super eos sal: et offerent eos in olo-
caustum domino. Septem diebus fa-
cies hircum pro peccato quotidie: et
vitulum de armento et arietem de pe-
coribus immaculatos offerent. Se-
ptem diebus expiabunt altare et mū-
dabunt illud: et implebūt manū eius.

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0258
powered by DWork • Heidelberg University Library

Expletis aūt diebus in die octaua et
ultra · facient sacerdotes super altare
olocausta vr̄a · ⁊ que ꝑ pace offerūt: ⁊
placat⁹ ero vobis ait dn̄s de⁹. xliiij
Et cōuerti me ad viā porte sanctu-
arij exterioris que respiciebat ad
orientē: ⁊ erat clausa. Et dixit dn̄s ad
me. Porta hec clausa erit · ⁊ non ape-
rietur: ⁊ vir non transibit per eā · quo-
niā dn̄s deus israhel ingressus est per
eam: eritq; clausa principi. Princeps
ipse sedebit in ea: ut comedat panem
corā dn̄o. Per viā porte vestibuli īgre-
dietur: et per viā ei⁹ egredietur. Et adduxit
me ꝑ viā porte aquilonis ī cōspectu do-
mus · ⁊ vidi: et ecce īpleuit gloria dn̄i
domū dn̄i. Et cecidi in faciem meā: et
dixit ad me dn̄s. Fili hominis pone
cor tuū ⁊ vide oculis tuis: ⁊ auribus
tuis audi omnia que ego loquor ad
te: de vniuersis cerimonijs dom⁹ dn̄i
et de cunctis legibus eius. Et pones
cor tuū in vijs templi ꝑ omnes exitus
sanctuarij: ⁊ dices ad exasperātem me
domū israhel. Hec dicit domin⁹ deus.
Sufficiant vobis omnia scelera vr̄a
domus israhel: eo q̄ inducitis filios
alienos incircūcisos corde et incircūci-
sos carne ut sint in sanctuario meo et
polluāt domū meā: ⁊ offertis panes
meos adipē ⁊ sanguinē: ⁊ dissoluistis
pactū meū in om̄ibus sceleribꝫ vr̄is: ⁊
nō seruastis p̄cepta sanctuarij mei: et
posuistis custodes obseruationū me-
arū in sanctuario meo vobismetipis.
Hec dicit dn̄s de⁹. Om̄is alienigena
incircūcisus corde ⁊ incircūcisus carne
nō ingredietur sanctuariū meū: om̄is
fili⁹ alien⁹ qui est in medio filioꝝ isra-
hel. Sed ⁊ leuite qui longe recesserūt a
me in errore filioꝝ israhel · et errauerūt
a me post ydola sua · et portauerunt
iniquitatem suā: erunt in sanctuario
meo editui ⁊ ianitores portaꝝ dom⁹:
et ministri dom⁹. Ipsi mactabūt olo-
causta ⁊ victimas ꝓpl̄i: et ipi stabūt in
conspectu eorū ut ministrent eis. Pro
eo q̄ ministrauerūt illis ī cōspectu ydo-
lorū suorū · ⁊ facti sunt domui israhel
in offendiculū iniquitatis: idcirco le-
uaui manū meā sup eos ait dn̄s de⁹:
et portauerūt iniquitatem suā. Et nō
appropinquabūt ad me ut sacerdotio
fungantur michi: neq; accedent ad o-
mne sanctuariū meū iuxta sancta san-
ctorū: sed portabunt confusionē suā ⁊
scelera sua que fecerūt. Et dabo eos ia-
nitores domus ⁊ in omni ministerio
eius: ⁊ vniuersis que fient in ea. Sacer-
dotes autem et leuite filij sadoch qui
custodierūt cerimonias sāctuarij mei
cum errarent filij israhel a me: ipi ac-
cedent ad me ut ministrent michi: et
stabunt in conspectu meo: ut offerant
michi adipē ⁊ sanguinē ait dn̄s deus.
Ipi ingrediētur sanctuariū meū: ⁊ ipi
accedent ad mensam meam: ut mini-
strent michi ⁊ custodiant cerimonias
meas. Cunq; ingredientur portas a-
trij interioris vestibus lineis induen-
tur: nec ascendet sup eos quicq̄ laneū
quādo ministrant in portis atrij inte-
rioris et intrinsecus. Vitte linee erunt
in capitibus eorū: ⁊ feminalia linea e-
runt in lūbis eorū: et nō accingentur
in sudore. Cunq; egredientur atrium
exterius ad ꝓpl̄m exuent se vestimentis
suis in quibus ministrauerāt: ⁊ repo-
nent ea in gazophilacio sanctuarij et
vestient se vestimentis alijs: ⁊ nō san-
ctificabūt ꝓpl̄m in vestibꝫ suis. Caput
aūt suū non radēt: neq; comā nutriēt:
sed tondētes attōdēt capita sua. Et vi-
nū nō bibet om̄is sacerdos quando

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0259
powered by DWork • Heidelberg University Library

ingressus est atriū interiꝰ. Et viduā et
repudiatam nō accipient uxores: sed
virgines de semine domꝰ israhel. Sed
ꝛ viduā q̄ fuerit vidua a sacerdote acci-
piēt: et ꝓplm meū docebūt q̄d sit inter
sanctū ꝛ pollutū: ꝛ īter mūdū ꝛ īmūdū
ostendēt eis. Et cū fuerit controuersia
stabūt ī iudicijs meis: et iudicabūt le-
ges meas. Et p̄cepta mea ī om̄ibꝫ so-
lemnitatibꝫ meis custodiēt: ꝛ sabbata
mea sanctificabūt. Et ad mortuū ho-
minē nō īgredient̄: ne polluāt̄: nisi ad
patrē ꝛ matrē ꝛ filiū ꝛ filiā et fratrē ꝛ so-
rorē q̄ alterꝫ virū nō habuerit: ī quibꝫ
cōtaminabūtur. Et postq̄ fuerit emū-
datꝰ septē dies numerabūtur ei: ꝛ ī die
ītroitꝰ sui in sāctuariū ad atriū interiꝰ
ut ministrent michi ī sanctuario: offe-
ret ꝓ peccato suo ait dn̄s deꝰ. Nō erit
aūt eis hereditas. Ego hereditas eorꝫ:
et possessionem non dabitis eis in isrl̄.
Ego enī possessio eorꝫ. Victimā ꝛ pro
peccato ꝛ ꝓ delicto ipi comedēt: ꝛ om̄e
votū in israhel ipoꝝ erit. Et p̄mitiua
omniū p̄mogenitorū ꝛ om̄ia libamē-
ta ex om̄ibus q̄ offerūtur: sacerdotū e-
runt. Et p̄mitiua ciborū vestrorū da-
bitis sacerdoti: ut reponat benedictio-
nem domui sue. Omne morticinū et
captum a bestia de auibus ꝛ de pecori-
bus nō comedēt sacerdotes. xlv

Cunq; ceperitis terrā diuidere sor-
tito. separare p̄mitias dn̄o san-
ctificatum de terra: longitudinē vigin-
tiquīq; milia: ꝛ latitudinē decem mi-
lia. Sanctificatū erit in om̄i termino
eiꝰ ꝑ circuitū. Et erit ex om̄i parte sāc-
tificatū quingētos ꝑ quingētos q̄drifa-
riā per circuitū: ꝛ quinq̄ginta cubitis
in suburbana eiꝰ ꝑ girū. Et a mēsura
ista mensurabis longitudinē vigin-
tiquīq; miliū: ꝛ latitudinē decē miliū.
Et ī ipo erit tēplū sāctūq; sāctoꝝ: sancti-
ficatū de t̄ra erit sacerdotibꝫ ministris
sāctuarij: q̄ accedūt ad ministeriū dn̄i.
Et erit eis locꝰ ī domos ꝛ in sāctuariū
sāctitatis. Vigintiquīq; aūt milia lō-
gitudinis et decē milia latitudīs erūt
leuitis: q̄ ministrāt domui. Ipi posside-
būt vigīti gazophilacia. Et possessio-
nē ciuitatis dabitis quīq; milia latitu-
dinis ꝛ lōgitudinis vigintiquīq; mi-
lia: scd̄m separatōnē sāctuarij om̄i do-
mui isrl̄. Principi q̄ hinc ꝛ inde ī sepa-
ratōnē sāctuarij ꝛ ī possessionē ciuitatis
ɔtra faciē separatōnis sāctuarij: ꝛ ɔtra
faciē possessionis urbis a latere maris
usq; ad mare: ꝛ a latere oriētis usq; ad
oriētem. Longitudinis aūt iuxta unā-
quāq; partē a termino occidētali usq;
ad t̄minū oriētalē: de terra erit ei posses-
sio in isrl̄. Et nō depopulabūtur ultra
principes ꝓplm meū: sed terrā dabūt do-
mui isrl̄ scd̄m tribꝫ eorꝫ. Hec dicit dn̄s
deꝰ. Sufficiat vobis prīcipes isrl̄: iniq̄-
tatē ꝛ rapinas ītermittite: ꝛ iudiciū et
iusticiā facite. Separate cōfinia vr̄a a
ꝓplo meo ait dn̄s deꝰ. Statera iusta ꝛ
ephi iustū ꝛ batꝰ iustꝰ erit vobis. Ephi
ꝛ batꝰ equalia ꝛ uniꝰ mēsure erūt: ut ca-
piāt decimā partē chori batꝰ: ꝛ decimā
partē chori ephi. Iuxta mēsurā chori erit
equa libratio eorꝫ. Siclus aūt vigīti o-
bulos habet. Porro vigīti sicli ꝛ vigīti-
quīq; sicli. ꝛ quindeci sicli minā faciūt.
Et hec sūt p̄mitie q̄s tolletis: sextā partē
ephi de choro frumēti: ꝛ sextā partē ephi
de choro ordei. Mēsura q̄q; olei. Batꝰ o-
lei. decīa pars chori ē: q̄a decē bati īplēt
choꝝ. Et arietē unū de grege ducītoꝝ.
de hijs q̄ nutriuit isrl̄ ī sacrificiū et ī olo-
caustū et ī pacifica: ad expiādū ꝓ eis a-
it dn̄s deus. Om̄is ꝓplus terre tenebi-
tur primitijs hijs principi in israhel.

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0260
powered by DWork • Heidelberg University Library

Et sup principem erūt olocausta ⁊ sacrificiū et libamina ī solemnitatibus et in kalendis et ī sabbatis: in uniuersis solēnitatibꝫ domus isrl. Ipe faciet pro peccato sacrificium ⁊ olocaustū ⁊ pacifica: ad expiandū pro domo isrl. Hec dicit dn̄s deus. In p̄mo mense una mensis sumes vitulū de armēto immaculatū: et expiabis sanctuariū. Et tollet sacerdos de sanguine qd̄ erit pro peccato: ⁊ ponet in postibꝫ domus et in quatuor angulis crepidinis altaris: et in postibus porte atrij interioris. Et sic facies in septima mensis pro unoquoqꝫ qui ignorauit et errore deceptus est: et expiabis pro domo. In primo mense quartadecima die mensis erit vobis pasche solemnitas. Septem diebus azima comedent̄. Et faciet princeps ī die illa pro se. et pro uniuerso populo terre vitulū pro peccato. Et in septem dierum solemnitate faciet olocaustum domino: septem vitulos et septem arietes immaculatos quotidie septem diebus: et pro peccato hircum caprarum: et sacrificium ephi per vitulum. et ephi per arietem faciet: et olei hyn p singula ephi. Septimo mense quintadecima die mensis in solemnitate faciet sicut supradicta sūt per septem dies: tam p peccato q̄ꝫ pro olocausto ⁊ ī sacrificio ⁊ ī oleo.

Hec dicit dominus deus. xlvi

Porta atrij interioris que respicit ad orientem erit clausa sex diebus in quibus opus sit: die autem sabbati aperietur. Sed et in die kalendarū aperietur: et intrabit princeps per viā vestibuli porte deforis: et stabit in limine porte. Et facient sacerdotes olocaustū eius ⁊ pacifica eius: ⁊ adorabit super limen porte: et egredient̄. Porta autē non claudetur usqꝫ ad vesperam. Et adorabit ꝑplus terre ad ostiū porte illius ī sabbatis ⁊ in kalendis coram dn̄o. Olocaustū aūt hoc offeret princeps domino ī die sabbati: sex agnos immaculatos et arietē immaculatū: et sacrificiū ephi p arietem. In agnis autē sacrificium quod dederit manus eius: ⁊ olei hyn p singla ephi. In die autē kalendarū vitulum de armēto īmacl'atū et sex agni et arietes īmaculati erūt: et ephi p vitl'm: ephi q̄ꝫ p arietē faciet sacrificiū. Agnis aūt sicut inuenerit manꝰ eiꝰ: olei hyn p singula ephi. Cūqꝫ ingressurꝰ ē princeps. p viā vestibl'i porte ingrediat̄: ⁊ p eādē viā exeat. Et cū intrabit ꝑplus t're ī ꝯspectu dn̄i ī solēnitatibꝫ: q̄ ingredit̄ p portā aq̄lonis ut adoret: egrediat̄ p viā porte meridiane. Porro qui ingredit̄ p viam porte meridiane: egrediat̄ per viā porte aquilonis. Nō reuertet̄ p viam porte p quā ingressus ē: sed e regione illiꝰ egredient̄. Priceps aūt in medio eorū erit. Cū ingredientibꝫ ingredient̄: ⁊ cū egredientibꝫ egredient̄. Et ī nundinis ⁊ solemnitatibꝫ erit sacrificiū ephi p vitulū. et ephi p arietē: agnis aūt erit sacrificium sicut īuenerit manꝰ eiꝰ: ⁊ olei hyn p singl'a ephi. Cū aūt fecerit princeps spōtaneū olocaustū aut pacifica volūtaria dn̄o. aperiet̄ ei porta q̄ respicit ad oriētē: ⁊ faciet olocaustū suū ⁊ pacifica sua sicut fieri solet ī die sabbati ⁊ egredient̄: claudet̄qꝫ porta postq̄ꝫ exierit. Et agnū eiusdē āni īmacl'atum faciet olocaustū quotidie dn̄o. Semp mane faciet illud. Et faciet sacrificiū sup eo cathamane mane. sextā partē ephi: ⁊ de oleo terciā partē hyn. ut misceat̄ simile. Sacrificiū dn̄o legitimū: iuge atqꝫ ꝑpetuū. Faciet agnum et sacrificium

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0261
powered by DWork • Heidelberg University Library

et oleū cathamane mane olocaustū
sempiternū. Hec dicit dominus deus.
Si dederit princeps donū alicui de fi-
liis suis: hereditas eius filiorū suorū
erit: possidebūt eā hereditarie. Si autē
dederit legatum de hereditate sua uni
seruoꝝ suoꝝ: erit illius usqꝫ ad annū
remissionis: et reuertet ad principem.
Hereditas autē eius filiis eius erit. Et
nō accipiet princeps de hereditate po-
puli per violentiam et de possessione
eorū: sed de possessione sua hereditatē
dabit filiis suis: ut nō dispergatur po-
pulus meus unusquisqꝫ a possessione
sua. Et introduxit me p ingressum q̄
erat ex latere porte i gazophilacia san-
ctuarij ad sacerdotes q̄ respiciebāt ad
aquilonē: et erat ibi locus versus ad
occidentē: et dixit ad me. Iste est locus
ubi coquēt sacerdotes pro peccato et p
delicto: ubi coquent sacrificium: ut nō
efferāt in atrio exteriori et sanctificetur
populus. Et eduxit me in atrium exte-
rius: et circumduxit me per quatuor
angulos atrij. Et ecce atriolum erat
in angulo atrij: atriola singula p an-
gulos atrij. In quatuor āgulos atrij
atriola disposita: quadraginta cubi-
torum per longum: et triginta per la-
tum. Mensure unius quatuor erant.
Et paries per circuitum ambiens qua-
tuor atriola: et culine fabricate erant
subter porticus per gyrum. Et dixit
ad me. Hec est domus culinarum: in
qua coquent ministri domus domi-
ni victimas populi. xlvi

Et conuertit me ad portam do-
mus: et ecce aque egrediebātur
subter limen domus ad orientem. Fa-
cies enim domus: respiciebat ad ori-
entem. Aque autem descendebant in
latus templi dextrum: ad meridiem
altaris. Et eduxit me per viam porte
aquilonis: et conuertit me ad viam
foras portam exteriorem: viam que
respiciebat ad orientem. Et ecce aque
redundantes a latere dextro cum egre-
deretur vir ad orientem qui habebat
funiculum in manu sua: et mensus
est mille cubitus: et transduxit me per
aquam usqꝫ ad talos. Rursumꝫ mē-
sus est mille: ꝫ transduxit me p aquā
usqꝫ ad genua. Et mēsus est mille: et
trāsduxit me p aquam usqꝫ ad renes.
Et mēsus ē mille torrentē quē non po-
tui pertransire: quū intumuerāt aque p
fūde torrētis: q̄ nō poterat trāsuadari. Et
dixit ad me. Certe vidisti fili hpīs. Et re-
duxit me: ꝫ dūxit ad ripā torrētis. Cū-
qꝫ me cōuertisset: ecce i ripa torrētis ligna
multa nimis ex utraqꝫ parte. Et ait ad
me. Aque iste q̄ egrediūt ad tumulos
zabuli orientalis ꝫ descendūt ad plana
deserti: intrabūt mare: ꝫ egrēdūt ꝫ sana-
buntē aque. Et ois aīa viuēs q̄ serpit
quocūqꝫ venerit torrēs viuet: et erunt
pisces multi satis: postqꝫ venerint illuc
aque iste. Et sanabunt ꝫ viuēt oīa
ad que venerit torrens: et stabunt su-
per illa piscatores. Ab engaddi usq
ad engallim siccatio sagenarum erit
erunt. Plurime species erunt pisciū
eius: sicut pisces maris magni multi-
tudinis nimie. In litoribus aūt eius et i
paludibus nō sanabūt: q̄a i salinas
dabūt. Et iuxta torrentē orietur i ripis eius
ex utraqꝫ parte oīe lignū pomiferum.
Nō defluet folium ex eo: ꝫ non deficiet fru-
ctus eius. Per singulos mēses afferet pri-
micias: q̄a aque eius de sanctuario egredi-
entur. Et erūt fructus eius in cibū: et folia
eius ad medicinā. Hec dicit dns deus.
Iste est terminus i quo possidebitis ter-
ram in duodecim tribus israhel: quia

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0262
powered by DWork • Heidelberg University Library

ioseph duplicē funiculū habet. Possi-
debitis aūt eam singuli eque ut frater
suus: super quā leuaui manū meā ut
darē patribꝫ vr̄is. Et cadet terra hec vo-
bis in possessionē. Hic est aūt terminꝰ
terre ad plagam septentrionalē a ma-
ri magno · via ethalon veniētibꝫ seda-
da emath berotha · sabarim q̄ est īter
mediū damasci et confiniū emath do-
mus thicon que est iuxta terminū au-
ran: et erit terminꝰ a mari usq; ad atri-
um enon terminꝰ damasci: ⁊ ab aqui-
lone ad aquilonē terminꝰ emath: pla-
ga septentrionalis. Porro plaga ori-
entalis de medio auran et de medio
damasci ⁊ de medio galaad et de me-
dio terre israhel · iordanis disterminās:
ad mare orientale metiemini plagā
orientalem. Plaga autem australis
meridiana a thamar usq; ad aquas
contradictionis cades: et torrens usq;
ad mare magnū: ⁊ hec est plaga ad
meridiem australis. Et plaga maris:
mare magnū a confinio per directum
donec venias emath: hec ē plaga ma-
ris. Et diuidetis terram istā vobis per
tribus israhel: ⁊ mittetis eam in here-
ditatem vobis et aduenis qui accesse-
rint ad vos qui genuerint filios in
medio vestrū: ⁊ erunt vobis sicut indi-
gene inter filios israhel. Vobiscum
diuident possessionem in medio tri-
buū israhel. In tribu aūt quacunq;
fuerit aduena: ibi dabitis possessionē
illi ait dominus deus. xlviij

Et hec nomina tribuū. A finibus
aquilonis iuxta viam ethalon
pergētibus emath atriū enon terminꝰ
damasci · ab aq̄lone iuxta viā emath: ⁊
erit ei plaga oriētalis mare dan vna.
Et a termino dan: a plaga orientali
usq; ad plagā maris · asser vna. Et
super terminū asser: a plaga orientali
usq; ad plagā maris neptalim vna.
Et super terminū neptalim: a plaga
orientali usq; ad plagam maris ma-
nasse vna. Et super terminū manasse:
a plaga orientali usq; ad plagā ma-
ris effraym vna. Et super terminū effra-
ym: a plaga orientali usq; ad plagā
maris ruben vna. Et super terminū
ruben: a plaga orientali usq; ad pla-
gam maris iuda vna. Et sup terminū
iuda: a plaga orientali usq; ad pla-
gam maris erunt primitie quas sepa-
rabitis vigintiquinq; milibus latitu-
dinis et longitudinis: sicuti singule
partes a plaga orientali usq; ad pla-
gam maris. Et erit sanctuariū in me-
dio eius. Primitie quas separabitis
dn̄o: longitudo vigintiquinq; mili-
bus: ⁊ latitudo decem milibus. Hec
autem erūt primitie sanctuarij sacerdo-
tum: ad aquilonē lōgitudinis vigin-
tiquinq; milia: ⁊ ad mare latitudinis
decem milia. Sed ⁊ ad orientem latitu-
dinis decem milia: et ad meridiem vi-
gintiquinq; milia. Et erit sanctuariū
dn̄i in medio eius. Sacerdotibꝫ san-
ctuariū erit de filijs sadoch · qui custo-
dierūt cerimonias meas: ⁊ nō erraue-
runt cū errarent filij israhel: sicut erra-
uerūt et leuite. Et erunt primitie de pri-
mitiuis terre sanctū sanctorū: iuxta ter-
minū leuitarū. Sed ⁊ leuitis similiter
iuxta fines sacerdotum vigintiquīq;
milia lōgitudinis: ⁊ latitudinis decē
milia. Omnis lōgitudo viginti ⁊ quīq;
miliū: ⁊ latitudo decem miliū. Et nō
venūdabūt ex eo neq; mutabūt: neq;
trāsferentur p̄mitie terre: q̄a sanctificate
sunt dn̄o. Quīq; milia aūt q̄ supsunt
in latitudine per viginti quīq; milia:
prophana erūt vrbis in habitaculū et



Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0263
powered by DWork • Heidelberg University Library

in suburbana. Et erit ciuitas ī medio
eius: et hee mensure ei⁹. Ad plagam
septentrionalē quingenta et quatuor
milia: ⁊ ad plagam meridianā quin-
genta ⁊ quatuor milia: ⁊ ad plagā o-
rientalem quingenta et quatuor mili-
a: ⁊ ad plagam occidentalē quingen-
ta et quatuor milia. Erunt aūt subur-
bana ciuitatis ad aquilonē ducenta-
quinq̄ginta ⁊ ad meridiē ducētaquin-
q̄ginta: et ad oriētē ducētaquinq̄gīta
⁊ ad mare ducētaquinq̄gīta. Qd̄ aūt
reliquū fuerit ī lōgitudine scd̄m p̄miti-
as sāctuarij decem milia ī orientem. ⁊
decē milia in occidētē erūt sicut p̄mitie
sanctuarij: ⁊ erūt fruges eius in panes
hijs qui seruiūt ciuitati. Seruiētes aūt
ciuitati operabūtur ex omnibus tribu-
bus israhel. Omnes primitie viginti-
quinq; miliū per vigintiquinq; milia
in quadrū. separabūtur in primitias
sanctuarij. et in possessionē ciuitatis.
Qd̄ aūt reliquū fuerit principis erit ex
omni parte primitiarū sanctuarij et
possessionis ciuitatis eregione. vigin-
tiquinq; miliū primitiarū usq; ad ter-
minū orientalem: sed ⁊ a mari eregio-
ne vigintiquinq; miliū usq; ad termi-
nū maris similiter ī partibꝫ principis erit.
Et erūt p̄mitie sāctuarij ⁊ sāctuariū tē-
pli in medio ei⁹. De possessione aūt le-
uitarum ⁊ de possessione ciuitatis in
medio partiū principis: erit ī terminū
iuda ⁊ in terminū beniamin: ⁊ ad pri-
cipem ꝑtinebit. Et reliquis tribubus
a plaga oriētali usq; ad plagā occidē-
talem: beniamin una. Et ꝯtra terminū
beniamin a plaga orientali usq; ad
plagā occidentalē: symeon una. Et su-
per terminū symeonis a plaga oriēta-
li usq; ad plagā occidentalē: ysachar
una. Et sup terminū ysachar a plaga
orientali usq; ad plagam occidentalē:
zabulon una. Et super terminū zabu-
lon a plaga orientali usq; ad plagā
maris. gad una. Et sup t̄minū gad
ad plagā austri ī meridie: et erit finis
de thamar usq; ad aquas ꝯtradictio-
nis cades: hereditas contra mare ma-
gnū. Hec est terra quā mittetis in sor-
tem tribubꝫ israhel: ⁊ hee partitōnes eorꝫ
ait dn̄s de⁹. Et hij egressus ciuitatis.
A plaga septentrionali quingenta et
quatuor milia mensurabis: et porte
ciuitatis omnibus tribubus israhel.
Porte tres a septentrione. Porta ru-
ben una: porta iuda una: porta le-
ui una. Et ad plagam orientalem
quingenta ⁊ quatuor milia: et porte
tres. Porta ioseph una: porta benia-
min una: porta dan una. Et ad pla-
gam meridianam quingentaquatu-
or milia. metieris. Porta symeonis
una: porta ysachar una: porta zabu-
lon una. Et ad plagam occidentalē
quingenta et quatuor milia: porte e-
orū tres. Porta gad una: porta aser
una: porta neptalim una. Per circui-
tum decem et octo milia: et nomen ci-
uitatis ex illa die: dominus ibidem.

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0264
powered by DWork • Heidelberg University Library

Incipit prolog⁹ in libro danielis

Danielem ꝓpheram iuxta septuagīa īpretes dñi saluatoris ecclesie non legunt vētes theodotionis editione: z hoc cur acciderit nescio. Viue enim quia sermo chaldaicus est. et quibusdā proprietatibz a nostro eloquio discrepat. noluerūt septuaginta interpretes easdē lingue lineas ī translatione seruare: siue sub nomine eorū ab alio nescio quo nō satis chaldeā linguā sciente editus est liber: siue aliud quid cause exciterit ignorās. hoc unū affirmare possum: qđ multū a veritate discordet: et recto iudicio repudiand⁹ sit. Sciendū quippe danielē maxime z hesdrā hebraicis quidē litteris sed chaldeo sermone cōscripsos et unā ipsemie periocopen: iobq; cū arabica lingua plurimā habere societatē. Denīq; et ego adolescentul⁹ post quīntilliani et tullij lectionē ac flores rethoricos cū me in lingue huius pistrinū reclusissem: z multo sudore mestoq; tpe vix crepusculem anhelantia stridentiaq; verba resonare: et quasi per ceptā ambulās rarū desup lumen aspicere. impegī nouissime in danielē: et tāto rediq affectus sū: ut desperatione subita oīem laborē veterem voluerim cōtemnere. Verū adhortante me quodā hebreo et illud michi crebrius sua lingua ingerēte. labor improbus oīa vincit: qui michi videbar sedulus inter eos repi rursus discipulus esse chaldaycus. Et ut verū fatear: usq; ad presentē diem magis possem sermonē chaldaicū legere et intelligere q̄ sonare. Hec idcirco refero ut difficultatem vobis danielis ostenderē: qui apud hebreos nec susanne habet historiā nec ymnū trium puerorū nec belis draconisq; fabulas: quas nos quia in toto orbe dispersē sūt veru ante posito falsq; iugulante subiecimus. ne videremur apud imperitos magnā partē voluminis detruncasse. Audiui ego quēdam de preceptoribz iudeorū cū susanne deriderent historiā. z a greco nescio quo dicerent esse cōfictā. illud opponere. quod origenē q̄ affirmamus opposuit: z hymologias has apo thoy chynoy chise. et apo thpy prynoy pryse. de greco sermone descendere. Cui⁹ rei nos intelligentiā nris hāc possum⁹ dare: ut verbi gratia dicam⁹ ab arbore ilice dixisse eū ilico pereas: et a lētisco in lentē te cōminuat āgel⁹: uel non lente pereas. aut lentus id est flexibilis ducaris ad mortem: siue aliud quid ad arboris nomen conuenientes. Deinde tātū fuisse octo annos pueri⁹ danielis abacuc. ut in camino ethiopis incendij medio luderent. z per ordinem ad laudē dei omnia elimēta prouocarent: aut qđ miraclm diuineq; aspirationis iudicio uel draconē infectum offa piris uel sacerdotū belis machinas deprehēsas: que magis prudentia sollertis viri quā ꝓpheteli essent spiritu perpetrata. Cū vero abacuc veniret. et de iudea in chaldeā raptū discolor lectitaret: querebat exemplū ubi legissem⁹ in toto veteri testamēto quēq; sanctoz grauī uolasse corpore: z in pūcto hore tanta terraz spacia trānsisse. Cui cum quidā e nostris satis ad loquendum promptul⁹ ezechielē adduxisset in medium. et diceret eū de chaldea in iudeam fuisse translatum. derisit hominē: et ex ipso uolumine demōstrauit ezechielē in spiritu se uidisse trāspositū. Denīq; et apostolū nostrū uidisse ut eruditū virū et qui legem ab hebreis didicisset



Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0265
powered by DWork • Heidelberg University Library

non fuisse ausum affirmare se raptū in corpore sed dixisse. siue in corpore siue extra corp⁹ nescio deus scit. Hijs et talibꝫ argumentis apocriphas in libro ecclesie fabulas arguebat. Super qua re lectoris arbitrio iudiciū derelinquens illud āmoneo non haberi danielem apud hebreos inter ꝓphetas: sed inter eos qui agyographa conscripserūt. In tres siquidē partes omnis ab eis scriptura diuiditur: in legē in prophetas et in agyographa id est in quiqꝫ et octo et undecim libros: de quo nō est hui⁹ tēporis disserere. Que aūt ex hoc ꝓpheta. ymmo contra hūc librū porphirius obiciat testes sunt methodi⁹ eusebius appollinaris: qui multis versuū milibꝫ eius vesanie respōdētes nescio an curioso lectori satisfecerint. Vnde obsecro vos o paula et eustochiū fundatis ꝓ me ad dn̄m preces: ut quādiu ī hoc corpusculo sū scribā aliq̄d gratū vobis vtile ecclesie: dignū posteris. Presentiū quippe iudicijs oblatrātiū nō satis moueor: q̄ in vtrāqꝫ partē aut amore labunt̄ aut odio.

Incipit liber danielis prophete .i.

Anno tercio regni ioachim regis iuda venit nabuchodonosor rex babilonis iherusalē et obsedit eā: et tradidit domin⁹ in manu ei⁹ ioachim regē iude et partē vasorū domus dei ⁊ asportauit ea in terrā sennaar in domū dei sui: ⁊ vasa intulit in domū thesauri dei sui. Et ait rex affanez ꝓposito eunuchorꝫ ut introduceret de filijs isrl̄ et de semine regio et tyrānorū pueros ī quibꝫ nulla esset macula decoros forma et eruditos omni sapiētia cautos scientia ⁊ doctos disciplina: ⁊ qui possent stare in palatio regis: ut doceret eos litteras et linguam chaldeorꝫ. Et cōstituit eis rex annonā per singulos dies de cibis suis et vino unde bibebat ipse: ut enutriti tribꝫ annis postea starent in cōspectu regis. Fuerūt ergo inter eos de filijs iude daniel ananias misahel et azarias. Et imposuit eis ꝓpositus eunuchorū nomina danieli balthazar: ananie sidrac misaheli misac et azarie abdenago. Proposuit aūt daniel in corde suo ne pollueretur de mēsa regis neqꝫ de vino potus ei⁹: ⁊ rogauit eunuchorꝫ ꝓpositū ne cōtaminaret̄. Dedit aūt deus danieli gratiam et misericordiam in cōspectu principis eunuchorꝫ. Et ait priceps eunuchorꝫ ad danielē. Timeo ego dn̄m meū regē qui cōstituit vobis cibū et potū: qui si viderit vult⁹ vr̄os macilētiores pre ceteris adolescentibꝫ coeuis vestris: condemnabitis caput meū regi. Et dixit daniel ad malasser quē cōstituerat princeps eunuchorꝫ super danielem ananiā misahelē ⁊ azariam. Tempta nos obsecro seruos tuos diebus decē et dētur nobis legumina ad vescendū et aqua ad bidendum: ⁊ cōtemplare vultus nostros et vultus puerorꝫ qui vescuntur cibo regio: et sicut videris facias cū seruis tuis. Qui audito sermone huiuscemodi temptauit eos diebꝫ decem. Post dies aūt decem apparuerūt vultus eorꝫ meliores et corpulentiores: pre om̄ibus pueris qui vescebātur cibo regio. Porro malasser tollebat cibaria et vinū potus eorum: dabatqꝫ eis legumina. Pueris aūt hijs dedit deus scientiā et disciplinam in om̄i libro et sapientia: danieli aūt intelligentiā omniū visionum et somniorꝫ. Completis itaqꝫ diebus

post quos dixerat rex ut introducerentur: introduxit eos p̄posit⁹ eunuchorū in cōspectu nabuchodonosor. Cumq; eis locut⁹ fuisset rex: nō sunt inuēti tales de omnibus ut daniel ananias misahel & azarias. Et steterūt in conspectu regis: et omne verbum sapientie & intellectus quod scrutabatur ab eis inuenit in eis decuplum super cunctos ariolos et magos qui erant in uniuerso regno eius. Fuit autem daniel usq; ad annū primū cyri regis.

In anno secūdo regni nabuchodonosor vidit nabuchodonosor somniū: et cōturbatus est spiritus eius: et somnium eius fugit ab eo. Precepit aūt rex ut convocarentur ariolī et magi et maleficī et chaldei: ut indicarēt regi somnia sua. Qui cū venissent steterūt corā rege: et dixit ad eos rex. Vidi somniū: & mente consulsus ignoro quid viderim. Responderuntq; chaldei regi syriace. Rex in sempiternū vive. Dic somnium tuis tuis: et interpretationē eius indicabim⁹. Et respōdens rex ait chaldeis. Sermo recessit a me. Nisi indicaueritis michi somnium et cōiecturā ei⁹ peribitis vos: et domus vestre publicabunt̄. Si aūt somnium et coniecturā ei⁹ narraueritis premia & dona et honorē multū accipietis a me. Somnium igitur et interpretationē eius indicate michi. Respōderunt secūdo atq; dixerūt. Rex somnium dicat seruis suis: & interpretationē ei⁹ indicabim⁹. Respōdit rex & ait. Certe noui ex temp⁹ redimitis: scientes ex recessit a me sermo. Si ergo somnium nō indicaueritis michi una est de vobis sententia: nā interpretationē ex fallacem et deceptione plenā cōposuistis ut loquamini michi donec temp⁹ pertranseat. Somnium itaq; dicite michi: ut sciam ex interpretationē quoq; eius veram loquamini. Respōdentes ergo chaldei corā rege dixerūt. Nō est homo super terrā qui sermonem tuū rex possit implere: sed neq; regum quisquā magnus et potēs verbū huiusmodi sciscitatur ab omni ariolo & mago & chaldeo. Sermo enī quē tu quaeris rex grauis est: nec reperietur quisquā qui indicet illū in cōspectu regis exceptis dijs quorū nō est cōuersatio cū hominibus. Quo audito: rex in furore et in ira magna precepit ut perirēt omnes sapientes babilonis. Et egressa sententia sapientes interficiebātur: quercbanturq; daniel et socij eius ut perirent. Tūc daniel requisiuit de lege atq; sententia ab arioch principe milicie regis: qui egressus fuerat ad interficiendos sapientes babilonis. Et interrogauit eum qui a rege potestatem acceperat: quā ob causam tā crudelis sententia a facie regis esset egressa. Cū ergo rem indicasset arioch danieli: daniel ingressus rogauit regē ut tēpus daret sibi ad solutionē indicandā regi. Et ingressus ē domū suā: ananieq; et misaheli et azarie sociis suis indicauit negotiū ut quererēt misericordiā a facie dei celi super sacramēto isto: et non perirēt daniel et socij eius cū ceteris sapientibus babilonis. Tunc danieli misterium p̄ visionē nocte reuelatū est. Et daniel benedixit deo celi & locutus ait. Sit nomen dñi benedictum a seculo et usq; in seculū: quia sapientia et fortitudo eius sunt: et ipse mutat tempora et etates. Trāsferet regna atq; constituit: dat sapientiam sapientibus: et scientiā intelligentibus disciplinā. Ipse revelat profunda et abscōdita: & nouit in tenebris constituta: et lux cū eo est. Tibi deus patrū nostrorū

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0267
powered by DWork • Heidelberg University Library

confiteor teq; laudo quia sapientiam
et fortitudinem dedisti michi: et nunc
ostendisti michi que rogauimꝰ te: q̄a
sermonē regis aperuisti nobis. Post
hec daniel ingressus ad arioch quem
cōstituerat rex ut perderet sapientes ba-
bilonis sic ei locutꝰ est. Sapientes ba-
bilonis ne perdas. Introduc me in cō-
spectu regis: ⁊ solutionē regi narrabo.
Tūc arioch festinus introduxit danie-
lem ad regē: et dixit ei. Inueni hominē
de filijs trāsmigrationis iude qui so-
lutionē regi annūciet. Respondit rex:
et dixit danieli cuiꝰ nomen erat balta-
zar. Putasne vere potes michi indica-
re somniū qd̄ vidi: ⁊ interpretationē e-
ius? Et respōdens daniel coram rege
ait. Misteriū qd̄ rex interrogat sapien-
tes magi et arioli et aruspices neque-
unt indicare regi: sed est deus in celo
reuelans misteria: q̄ indicauit tibi rex
nabuchodonosor que ventura sūt no-
uissimis temporibꝫ. Somniū tuū et
visiones capitis tui ī cubili tuo huius-
cemodi sunt. Tu rex cogitare cepisti in
stratu tuo quid esset futurꝫ post hec: et
qui reuelat misteria ostendit tibi que
ventura sunt. Michi q̄ꝫ nō in sapien-
tia que est in me plus q̄ꝫ in cunctis vi-
uentibꝫ sacramentū hoc reuelatū est:
sed ut interpretatio regi manifesta fie-
ret et cogitationes mentis tue scires.
Tu rex videbas: et ecce quasi statua v-
na grādis. Statua illa magna et sta-
tura sublimis stabat cōtra te: et intui-
tus eius erat terribilis. Huius statue
caput ex auro optimo erat: pectus aūt
et brachia de argēto: porro vēter et fe-
mora ex ere: tibie aūt ferree: pedū que-
dā pars erat ferrea quedā aūt fictilis.
Videbas ita: donec abscisus ē lapis de
mōte sine manibꝫ et ꝑcussit statuam
in pedibꝫ eius ferreis et fictilibꝫ: ⁊ com-
minuit eos. Tūc cōtrita sunt pariter
ferrū testa es argentū ⁊ aurū: ⁊ redacta
quasi in fauillā estiue aree que rapta
sunt vento: nullusq; locus inuentꝰ est
eis. Lapis aūt qui ꝑcusserat statuam
factus est mons magnus: ⁊ impleuit
vniūsam terrā. Hoc est somniū: inter-
pretationē q̄ꝫ eiꝰ dicemꝰ corā te rex. Tu
rex regū es: et deus celi regnū et fortitu-
dinē ⁊ imperiū et gloriā dedit tibi: ⁊ o-
mnia in quibꝫ habitāt filij hominum
et bestie agri volucres quoq; celi dedit
in manu tua: et subditione tua vniū-
sa cōstituit. Tu es ergo caput aureum.
Et post te cōsurget regnū aliud minꝰ
te argēteum: et regnū tertiū aliud ereū
qd̄ imperabit vniuerse terre: ⁊ regnum
quartū erit velut ferreū. Quomō ferrū
cōminuit ⁊ domat om̄ia: sic cōminuet
⁊ ꝯteret om̄ia hec. Porro q̄a vidisti pe-
dū ⁊ digitorꝫ partē testeā figuli ⁊ partē
ferreā: regnū diuisū erit quod tamē de
plantario ferri orietur. Secūdū q̄ vidi-
sti ferrū mixtū teste ex luto ⁊ digitos pe-
dū ex parte ferreos et ex parte fictiles:
ex parte regnum erit solidum: ⁊ ex par-
te contritū. Quod autem vidisti ferrū
mixtū teste ex luto: cōmiscebūtur quidē
humano semine sed non adherebūt si-
bi: sicuti ferrum misceri non potest teste.
In diebꝫ aūt regnorū illorꝫ suscitabit
deus celi regnū qd̄ in eternū non dissi-
pabitur: ⁊ regnū eius alteri ꝓpso non
tradetur. Cōminuet aūt et consumet
vniuersa regna hec: ⁊ ipsum stabit in
eternū. Secūdū q̄ vidisti q̄ de mōte
abscisus est lapis sine manibus et cō-
minuit testam et ferrū et es et argentū
et aurum: deus magnus ostendit regi
que vētura sint postea: et verum est so-
mniū ⁊ fidelis interpretatio eius. Tūc

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0268
powered by DWork • Heidelberg University Library

rex nabuchodonosor cecidit in faciē
suā et danielē adorauit: et hostias ⁊
incensum p̄cepit ut sacrificarent ei lo-
quens ergo rex ait danieli. Vere deus
vester deꝰ deoꝝ est ⁊ dn̄s regū: reuelās
misteria: qm̄ tu potuisti aperire hoc
sacramentū. Tūc rex danielem in sub-
lime extulit: ⁊ munera mlta ⁊ magna
dedit ei: et cōstituit eū principē super o-
mnes prouincias babilonis et prefe-
ctum magistratuū sup̄ cūctos sapien-
tes babilonis. Daniel aūt postulauit
a rege: ⁊ cōstituit sup̄ opera p̄uincie ba-
bilonis sidrac misac ⁊ abdenago. Ip-
se aūt daniel erat ī foribꝫ regis. iij

Nabuchodonosor rex fecit statuā
auream altitudine cubitorum
sexaginta latitudine cubitoꝝ sex: ⁊ sta-
tuit eā in campo durā prouincie babi-
lonis. Itaq; nabuchodonosor rex mi-
sit ad congregandos satrapas magi-
stratus et iudices duces et tyrannos
⁊ prefectos om̄esq; prīcipes regionū:
ut conuenirent ad dedicationē statue
quam erexerat nabuchodonosor rex.
Tūc cōgregati sūt satrape magistratꝰ
et iudices duces ⁊ tyrāni ⁊ optimates
qui erant in potestatibꝫ cōstituti ⁊ uni-
uersi principes regionū: ut cōuenirēt
ad dedicationē statue quā erexerat na-
buchodonosor rex. Stabāt aūt in cō-
spectu statue quā posuerat nabuchodo-
nosor rex: et preco clamabat valenter.
Vobis dicit̄ ppl̄is tribubꝫ et linguis:
in hora qua audieritis sonitū tube ⁊
fistule et cythare sambuce et psalterij
et symphonie et uniūsi generis musi-
corū: cadētes adorate statuā auream
quā ꝯstituit nabuchodonosor rex. Si
q̄s aūt nō prostratꝰ adorauerit: eadē
hora mittetur in fornacē ignis arden-
tis. Post hec igit̄ statim ut audierūt
omnes ppl̄i sonitū tube fistule et cytha-
re sambuce ⁊ psalterij symphonie et o-
mnis generis musicorū: cadētes om̄es
ppl̄i tribꝫ ⁊ lingue adorauerāt statuā
aureā quā cōstituerat nabuchodono-
sor rex. Statimq; in ip̄o tp̄e accedētes
viri chaldei accusauerūt iudeos: dixe-
runtq; nabuchodonosor regi. Rex in
eternū viue. Tu rex posuisti decretū ut o-
mnis homo qui audierit sonitū tube
fistule ⁊ cythare sambuce ⁊ psalterij ⁊
symphonie ⁊ uniūsi generis musicoꝝ
prosternat se ⁊ adoret statuā auream:
si quis aūt nō p̄cidēs adorauerit mit-
tatur in fornacē ignis ardentis. Sūt
ergo viri iudei quos cōstituisti sup̄ o-
pera regionis babilonie sidrac misac
et abdenago: viri isti cōtempserūt rex
decretū tuū. Deos tuos nō colunt: et
statuā aureā quā erexisti nō adorant.
Tūc nabuchodonosor in furore et ira
p̄cepit ut adducerent̄ sidrac misac et
abdenago. Qui cōfestim adducti sunt
in conspectu regis: pronunciansq; na-
buchodonosor rex ait eis. Verene si-
drac misac et abdenago deos meos
non colitis: ⁊ statuā aureā quā consti-
tui nō adoratis? Aūc ergo si estis pa-
rati quacūq; hora audieritis sonitū
tube fistule cythare sābuce et psalterij
et symphonie om̄isq; generis musico-
rum p̄sternite vos et adorate statuā
quā feci: qd̄ si nō adoraueritis: eadem
hora mittemini in fornacem ignis ar-
dentis. Et quis est deꝰ qui eripiet vos
de manu mea? Respondentes sidrac
misac et abdenago: dixerunt regi na-
buchodonosor. Non oportet nos de
hac re respōdere tibi. Ecce enim deus
noster quē colimus potest eripere nos
de camino ignis ardētis: et de manibꝫ
tuis o rex liberare Qd̄ si noluerit· notū



Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0269
powered by DWork • Heidelberg University Library

sit tibi rex. quia deos tuos nō colim⁹. et statuā auream quā erexisti nō adoramus. Tūc nabuchodonosor repletus est furore. et aspectus faciei illi⁹ immutatus est sup sidrac misac et abdenago: et precepit ut succenderetur fornax septuplū q̄ succendi cōsueuerat: ꝛ viri⁹ fortissimis de exercitu suo iussit ut ligatis pedibꝫ sidrac misac et abdenago mitterent eos in fornacē ignis ardentis. Et cōfestim viri illi vincti cū bracc⁹ suis et thyaris ꝛ calciamentis et vestibus missi sunt ī mediū fornacis ignis ardentis. Nam iussio regis urgebat. Fornax aūt succensa erat nimis. Porro viros illos qui miserant sidrac misac et abdenago interfecit flāma ignis. Viri aūt hij tres id est sidrac misac et abdenago ceciderūt in medio caminō ignis ardentis colligati. Que sequūt in hebreis voluminibus non reperi. Et ambulabant in medio flāme: laudantes deū et benedicentes domino. Stans aūt azarias orauit sic. Aperiēsq; os suū ī medio ignis ait. Benedictus es dñe deus patrū nostrorū et laudabile et gloriosum nomē tuū in secula: quia iust⁹ es in oīnibꝫ que fecisti nobis. et uniūsa opera tua vera et vie tue rede: ꝛ omnia iudicia tua vera. Judicia enī vera fecisti iuxta omnia q̄ induxisti sup nos et sup ciuitatē sanctam patrū nrōz ihrusalē: quia in veritate ꝛ in iudicio induxisti oīnia hec propter pcā nostra. Peccauim⁹ enī et inique egim⁹ recedentes a te et deliquimus in oīnibꝫ: et p̄cepta tua non audiuim⁹: nec obtuauim⁹ nec fecim⁹ sicut p̄ceperas nobis ut bene nobis esset. Omnia ergo que induxisti super nos ꝛ uniuersa q̄ fecisti nobis vero iudicio fecisti: ꝛ tradidisti nos ī manibꝫ inimicorū iniquorū et pessimorū preuaricatorūq; : et regi iniusto et pessimo vltra omnē terrā. Et nūc nō possum⁹ aperire os. Cōfusio et obprobriū facti sumus seruis tuis: et hijs qui colebāt te. Ne quesum⁹ tradas nos in perpetuum p̄ter nomē tuū: ꝛ ne dissipes testamētū tuū neq; auferas misericordiam tuā a nobis p̄ter abrahā dilectū tuū et ysaac seruū tuū et israhel sanctū tuū: quibꝫ locutus es pollicēs q̄ multiplicares semen eorū sicut stellas celi ꝛ sicut harenā que est ī litore maris: q̄a dñe imminuti sum⁹ plus quā oīnes gentes: sumusq; humiles in uniuersa terra hodie p̄ter pcā nostra. Et non est in tp̄e hoc princeps ꝛ dux et p̄pheta neq; holocaustū neq; sacrificiū neq; oblatio neq; incensum neq; locus primiciarū coram te. ut possimus inuenire misericordiā tuā: sed in animo contrito et spiritu humilitatis suscipiamur. Sicut in holocausto arietū ꝛ thaurorū et sicut in milibꝫ agnorū pinguiū. sic fiat sacrificiū nrm in cōspectu tuo hodie ut placeat tibi: quoniā nō est confusio cōfidentibꝫ in te. Et nunc sequimur te in toto corde et timem⁹ te: ꝛ querimus faciē tuā. Ne confundas nos: sed fac nobiscū iuxta mansuetudinem tuā et secm̄ multitudinē misericordie tue: et erue nos ī mirabilibꝫ tuis et da gloriā nomini tuo dñe: et cōfundant omnes qui ostendūt tuis tuis mala. Confundant in omni potentia et robur eorū cōteratur: et sciant quia tu es dñs deus solus et glorios⁹ sup orbē terrarū. Et nō cessabant qui miserant eos ministri regis succendere fornacē napta et stuppa et pice et malleolis: ꝛ effundebatur flāma super fornacē cubitis quadraginta nouem: ꝛ erupit et

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0270
powered by DWork • Heidelberg University Library

incendit quos reppercit iuxta fornacē de chaldeis. Angelus aūt dñi descendit cū azaria ⁊ sociis eius in fornacē: et excussit flāmam ignis de fornace ⁊ fecit mediū fornacis quasi ventū roris flantē: et nō tetigit eos omīno ignis neq; contristauit nec quicq; molestie intulit. Tūc hij tres ūsi ex uno ore laudabant et glorificabāt et benedicebant deū in fornace dicētes. Benedictus es dñe deus patrū nostrorū: et laudabilis et gloriosus et superexaltatus in secula. Et benedictū nomē glorie tue sanctū: et laudabile ⁊ superexaltatū in omnibus seculis. Benedictus es in templo sancto glorie tue: ⁊ suplaudabilis ⁊ supgloriosus in scā. Benedict⁹ es in throno regni tui: et suplaudabilis ⁊ superexaltatus in secula. Benedict⁹ es qui intueris abissos ⁊ sedes super cherubin: et laudabilis ⁊ superexaltat⁹ in scā. Benedictus es in firmamento celi: ⁊ laudabilis ⁊ gloriosus ī secula. Benedicite omnia opera dñi dño: laudate et superexaltate eū in scā. Benedicite āgeli domini dño: laudate ⁊ superexaltate eum in secula. Benedicite celi dño: laudate et superexaltate eū in secula. Benedicite aque omnes que super celos sūt dño: laudate ⁊ superexaltate eū in secula. Benedicite omnes virtutes dñi dño: laudate ⁊ superexaltate eū in secula. Benedicite sol ⁊ luna dño: laudate ⁊ superexaltate eū in secā. Benedicite stelle celi dño: laudate et superexaltate eū in scā Benedicite ymber ⁊ ros dño: laudate et superexaltate eū in secula. Benedicite omnis spīrit⁹ dei dño: laudate ⁊ superexaltate eū in scā. Benedicite ignis et estus domino: laudate ⁊ superexaltate eum in secula. Benedicite frigus ⁊ estas dño: laudate et superexaltate eū in scā. Benedicite rores ⁊ pruina dño: laudate ⁊ superexaltate eū in scā. Benedicite gelu ⁊ frig⁹ dño: laudate ⁊ superexaltate eū in scā. Benedicite glacies et nives dño: laudate et superexaltate eū in scā. Benedicite nodes ⁊ dies dño: laudate et superexaltate eū in scā. Benedicite lux ⁊ tenebre dño: laudate et superexaltate eū in scā. Benedicite fulgura ⁊ nubes dño: laudate ⁊ superexaltate eū in scā. Benedicat terra dñm: laudet et superexaltet eū in secula. Benedicite montes ⁊ colles dño: laudate et superexaltate eū in secula. Benedicite uniuersa germinātia in terra dño: laudate ⁊ superexaltate eū in secula. Benedicite fontes dño: laudate ⁊ superexaltate eū in secula. Benedicite maria ⁊ flumina domino: laudate ⁊ superexaltate eū in scā. Benedicite cete ⁊ oīa que mouentur in aquis domino: laudate et superexaltate eū in scā. Benedicite oēs volucres celi domino: laudate ⁊ superexaltate eū in secula. Benedicite oēs bestie ⁊ pecora domino: laudate ⁊ superexaltate eū in secula. Benedicite filij hominū domino: laudate ⁊ superexaltate eum in scā. Benedicat isrl dñm: laudet ⁊ superexaltet eū in secula. Benedicite sacerdotes domini domino: laudate et superexaltate eū in scā. Benedicite serui domini dño: laudate ⁊ superexaltate eū in secula. Benedicite spīrit⁹ et anime iustorū domino: laudate et superexaltate eū in secula. Benedicite sancti et humiles corde dño: laudate et superexaltate eū in secula. Benedicite ananias azaria misahel dño: laudate et superexaltate eū in secula: quia eruit nos de inferno et saluos fecit de manu mortis: ⁊ liberauit de medio ardentis flāme: et de medio ignis eruit



Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0271
powered by DWork • Heidelberg University Library

nos. Cōfitemini dño quoniã bonus: quoniã in seculũ misericordia ei⁹. Benedicite omnes religiosi dño deo deorum: laudate et cōfitemini ei: quia in oñia scła misericordia ei⁹. Huc usq; in hebreo nō habetur et que posuim⁹ de theodotionis editione translata sunt. Tunc nabuchodonosor rex obstupuit et surrexit propere: et ait optimatibus suis. Nōne tres viros misimus in ignis medio cōpeditos? Qui respōdentes regi dixerũt. Vere rex. Respōdit et ait. Ecce ego video viros quatuor solutos z ābulantes in medio ignis: et nichil corruptionis in eis est: et species quarti silis filio dei. Tunc accessit nabuchodonosor ad ostiũ fornacis ignis ardentis z ait. Sidrac misac z abdenago serui dei excelsi: egredimini et venite. Statimq; egressi sunt sidrac misac et abdenago de medio ignis. Et cōgregati satrape magistratus et iudices et potentes regis cōtemplabãtur viros illos quoniã nichil potestatis habuisset ignis in corporibz eoz: et capill⁹ capitis eorũ nō esset adust⁹ et saraballa eoz nō fuissent immutata: et odor ignis non trãsisset per eos. Et exclamãs nabuchodonosor ait. Benedict⁹ deus eoz sidrac videlicet misac et abdenago: qui misit angelũ suum et eruit seruos suos qui crediderũt in eũ: et verbũ regis immutauerũt: et tradiderũt corpora sua ne seruirent et ne adorarent omnẽ deũ excepto deo suo. A me ergo positum est hoc decretũ: ut omnis pls trib z lingua quecũq; locuta fuerit blasphemiã contra deum sidrac misac et abdenago dispereat: et domus eius vastetur. Neq; enim est alius deus: qui possit ita saluare. Tũc rex promouit sidrac misac z abdenago in prouincia babilonis. Nabuchodonosor rex oñibz pplis gentibz et linguis qui habitãt in vniuersa terra: pax vobis multiplicetur. Signa et mirabilia fecit apud me deus excelsus. Placuit ergo michi predicare ei⁹ signa quia magna sũt: z mirabilia ei⁹ qa fortia: et regnũ ei⁹ regnũ sempiternũ: z potestas ei⁹ in generationẽ z generationẽ. iiij

Ego nabuchodonosor quietus eram in domo mea et florens in palatio meo. Somniũ vidi qđ pterruit me: z cogitatones mee in stratu meo: et visiones capitis mei conturbauerunt me. Et per me ppositũ est decretũ ut introducerentur in conspectu meo cuncti sapientes babilonis: et ut solutionẽ somnij indicarẽt michi. Tũc ingrediebãtur arioli magi chaldei et aruspices: z somniũ narraui in conspectu eorũ: et solutionẽ ei⁹ nõ indicauerũt michi. donec tollega ingressus est in conspectu meo daniel: cui⁹ nomẽ balthazar secũdum nomẽ dei mei: qui habet spiritũ deorũ sanctorũ in semetipso: et somnium coram ipso locutus sũ. Balthazar princeps ariolorũ quẽ ego scio qm spiritũ deorũ sanctorũ habeas in te: et omne sacramentũ nõ est impossibile tibi: visiones somniorũ meorũ quas vidi: et solutionẽ eoz narra. Visio capitis mei in cubili meo. Videbam: et ecce arbor in medio terre: et altitudo eius nimia. Magna arbor et fortis: et procerĩtas eius contingens celũ. Aspect⁹ illi⁹ erat usq; ad extremos vniuerse terre. Folia eius pulcerrima: z fructus ei⁹ nimius: et esca vniuersor in ea. Subter eam habitabãt animalia z bestie: et in ramis eius cõuersabantur volucres celi: et ex ea vescebatur oñis caro. Videbã in visione capitis mei super

Biblioteca Apostolica Vaticana © RESERVED
Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0272
powered by DWork • Heidelberg University Library

stratū meū: et ecce vigil et sanctus de ce-
lo descendit: clamauit fortiter et sic ait.
Succidite arborem et p̄cidite ramos
eius: excutite folia eius et dispergite fru-
ctus eius: fugiant bestie que subter eā
sunt et volucres de ramis eius. Verum-
tamen germē radicū eius in terra sini-
te: et alligetur vinculo ferreo et ereo: in
herbis q̄ foris sunt et rore celi tinguatur: et cū feris pars eius in herba terre.
Cor eius ab humano cōmutet: et cor
fere detur ei: et septem tēpora mutent
sup eū. In sententia vigilū decretū est:
et sermo sanctorū et petitio: donec co-
gnoscant viuentes quoniā dominatur excelsus in regno hominū. et cui-
cūq; voluerit dabit illud: et humilimū
hominē cōstituet sup eū. Hoc somniū
vidi ego nabuchodonosor rex. Tu er-
go balthazar interpretationē narra ce-
lerius: quia omnes sapientes regni mei
nō queunt solutionē edicere michi. Tu
aūt potes: qa spiritus deorū sanctorū in
te ē. Tūc daniel cui⁹ nomē balthazar
cepit intra semetipm tacitus cogitare
quasi una hora: et cogitationes eius
conturbabāt eū. Respōdens aūt rex ait.
Balthazar somniū et interpretatio ei⁹
non conturbent te. Respondit balthazar et dixit. Domine mi: somniū hijs
qui te odiūt: et interpretatio ei⁹ hostibus tuis sit. Arborē quā vidisti sublimem atq; robustā cui⁹ altitudo pertingit ad celū et aspectus illi⁹ in omnem
terrā. et rami ei⁹ pulcerrimi et fructus ei⁹
nimius. et esca omniū in ea. subter eā
habitātes bestie agri. et in ramis ei⁹ cō-
morantes aues celi: tu es rex qui ma-
gnificatus es et inualuisti. et magni-
tudo tua creuit et pertigit usq; ad celū:
et potestas tua in terminos uniuerse
terre. Quod aūt vidit rex vigilem et
sanctū descendere de celo et dicere. succi-
dite arborē et dissipate illā. attamen
germen radicū ei⁹ in terra dimittite. et
vinciatur ferro et ere in herbis foris et
rore celi cōspergat. et cū feris sit pabu-
lum eius donec septem tēpora commu-
tentur sup eū: hec est interpretatio sen-
tentie altissimi. que venit sup domi-
num meū regem. Eiicient te ab hominī-
bus et cū bestijs feriq; erit habitatio
tua: et fenū ut bos comedes: et rore celi
infunderis. Septem quoq; tempora
mutabūtur sup te. donec scias q̄ do-
minetur excelsus sup regnū hominū:
et cuicūq; voluerit det illud. Qd aūt
p̄cepit ut relinqueretur germen radicū
eius id est arboris: regnū tuū tibi ma-
nebit postq; cognoueris potestatē esse
celestem. Quāobrem rex consiliū meū
placeat tibi. et peccata tua elemosinis
redime: et iniquitates tuas misericor-
dijs pauperū: forsitan ignoscet de⁹ de-
lictis tuis. Omnia hec venerūt sup na-
buchodonosor regē. Post finē mensi-
um duodecim in aula babilonis de-
ambulabat. Respondit⁹ rex et ait.
Nōne hec est babilon ciuitas magna
quam ego edificaui in domum regni
in robore fortitudinis mee: et i gloria
decoris mei? Cūq; sermo adhuc esset i
ore regis: vox de celo ruit. Tibi dicitur
nabuchodonosor rex. Regnū tuū trā-
ibit a te et ab hominibs eiicient te: et cū
bestijs et feris erit habitatio tua: fenū
quasi bos comedes. et septem tempora
mutabūtur sup te: donec scias q̄ do-
minetur excelsus in regno hominum.
et cuicūq; voluerit det illud. Eadē ho-
ra sermo complet⁹ est sup nabuchodo-
nosor: et ex hominibs abiectus est et
fenū ut bos comedit: et rore celi corp⁹
eius infectum est: donec capilli eius in



Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0273
powered by DWork • Heidelberg University Library

similitudinē aquilarꝫ crescerent·et un-
gues eius quasi auiū. Igitꝫ post finē
dierū ego nabuchodonosor oculos me-
os ad celū leuaui·et sensus meus red-
ditus est michi: et altissimo benedixi·
et viuentē in sempiternum laudaui ⁊
glorificaui: quia potestas eiꝰ potestas
sempiterna·et regnū eius in generatō-
nem et generationē: et omnes habitato-
res terre apud eum ī nichilū reputati
sunt. Iuxta volūtatē eius suā·facit tā
in virtutibꝫ celi q̄ꝫ in habitatoribꝫ ter-
re: et nō est qui resistat manui eius et
dicat ei quare fecisti. In ipso tp̄e sensus
meus reūsus est ad me·et ad honorē
regni mei decoremq; peruenī: et figu-
ra mea reuersa ē ad me·et optimates
mei et magistratus mei requisierunt
me: et in regno meo restitutus sum:
et magnificentia mea amplior addi-
ta est michi. Nūc igitur ego nabuch-
odonosor·laudo et magnifico et glo-
rifico regem celi: quia omnia opera e-
ius vera·⁊ vie eius iudicia: et gradien-
tes in supbia potest humiliare. V

Balthazar rex fecit grande conui-
uium optimatibus suis mille:
et vnusquisq; scdm suā bibebat etatē.
Precepit ergo iā temulentꝰ ut afferren-
tur vasa aurea ⁊ argētea·q̄ asportaue-
rat nabuchodonosor pater eius de tem-
plo qd̄ fuit in iherusalē: ut biberēt in
eis rex et optimates eius·vxoresq; eius
et ꝯcubine. Tūc allata sūt vasa aurea
que asportauerat de tēplo qd̄ fuerat ī
iherusalē: et biberunt in eis rex et opti-
mates eius vxores ⁊ concubine illius.
Bibebāt vinū: et laudabant deos su-
os aureos et argenteos et ereos ferre-
os lingneosq; ⁊ lapideos. In eadem
hora apparuerunt digiti q̄si manus
hominis scribentis contra cādelabrū:
in supficie parietis aule regie. Et rex
aspiciebat articulos manꝰ scribentis.
Tūc facies regis ꝯmutata est·⁊ cogita-
tōnes eiꝰ ꝯturbabāt eū: ⁊ cōpages renū
eiꝰ soluebāt: et genua eiꝰ ad se inuicē
collidebāt. Exclamauit itaq; rex forti-
ter: ut introducerēt magos chaldeos ⁊
aruspices. Et proloquēs rex ait sapiē-
tibus babilonis. Quicunq; legerit scri-
pturā hāc et interpretationē eiꝰ mani-
festā michi fecerit·purpura vestietur:
et torquē aureā habebit in collo: et ter-
cius in regno meo erit. Tūc ingressi o-
mnes sapientes regis non potuerunt
nec scripturā legere: nec interpretationē
eiꝰ indicare regi. Vnde rex balthazar
satis conturbatus est: et vultꝰ illiꝰ im-
mutatus est. Sed ⁊ optimates eiꝰ tur-
babātur. Regina aūt pro re que acci-
derat regi et optimatibus eius domū
cōuiuij ingressa est: et proloquēs ait.
Rex in eternū viue. Non te cōturbent
cogitationes tue: neq; facies tua im-
mutetur. Est vir in regno tuo qui spi-
ritum deorꝫ sanctorū habet in se: et in
diebus patris tui scientia ⁊ sapientia
inuēte sunt in eo. Nam et rex nabuch-
odonosor pater tuus principē mago-
rum incantatorꝫ chaldeorꝫ et aruspicū
ꝯstituit eū. Pater inquam tuus o rex:
quia spiritꝰ amplior et prudentia in-
telligentiaq; interpretatio somniorū·
et ostensio secretorꝫ·ac solutio ligato-
rū inuēte sūt in eo·hoc est in daniele:
cui rex posuit nomen balthazar. Nūc
itaq; daniel vocetur: et interpretationē
narrabit. Igitur introductus est da-
niel corā rege. Ad quē p̄fatus rex ait.
Tu es daniel de filijs captiuitatis iude·
quā adduxerat pater meus rex de iu-
dea? Audiui de te quoniā spiritum
deorū habeas: et sciētia intelligētiaq;

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0274
powered by DWork • Heidelberg University Library

ac sapientia ãpliores inuente sunt in te. Et nũc introgressi sunt in cõspectu meo sapiẽtes magi· ut scripturã hanc legerẽt ⁊ interp̃tationẽ eius indicarẽt michi: et nequiuerũt sensum huiꝰ sermonis edicere. Porro ergo auduii de te· q̃ possis obscura interpretari: et ligata dissoluere. Si ergo vales scripturam legere et int̃pretationẽ eiꝰ indicare michi· purpura vestieris: et torquẽ aureã circa collũ tuũ habebis: et terciꝰ in regno meo princeps eris. Ad que respõdẽs daniel ait corã rege. Munera tua sint tibi: et dona domꝰ tue alteri da: scripturã aũt legam tibi rex· ⁊ interpretationẽ eiꝰ ostendã tibi. O rex deus altissimus regnũ et magnificẽtiã gloriã et honorẽ dedit nabuchodonosor patri tuo: et ꝓpter magnificẽtiã quã dederat ei· vniũsi ꝓpli tribꝫ et lingue tremebant et metuebãt eũ. Quos volebat int̃ficiebat· quos volebat percuciebat: quos volebat exaltabat: et quos volebat humiliabat. Quando aũt eleuatũ est cor eius et spiritꝰ illius obfirmatꝰ est ad sup̃biã· depositꝰ est de solio regni sui: et gloria eiꝰ ablata est: ⁊ a filijs hominũ eiectus est. Sed et cor eius cũ bestijs positũ est: et cũ onagris erat habitatio eiꝰ. Fenũ q̃ꝫ ut bos comedebat· et rore celi corpus eiꝰ infectũ est: donec cognosceret q̃ potestatem haberet altissimꝰ in regno hominũ: et quẽcũq; voluerit suscitabit sup̃ illud. Tu q̃ꝫ filiꝰ eiꝰ balthazar nõ humiliasti cor tuũ cũ scires hec om̃ia: sed aduersum dñatorem celi eleuatus es. Et vasa domus eiꝰ allata sunt corã te: et tu et optimates tui et vxores tue et cõcubine tue vinũ bibistis ĩ eis. Deos quoq; argenteos et aureos et ereos ferreos ligneosq; et lapideos· qui nõ vidẽt neq; audiũt neq; sentiũt laudasti: porro deũ qui habet flatũ tuũ in manu sua· ⁊ omnes vias tuas nõ glorificasti· idcirco ab eo missus ẽ articulus manus que scripsit hoc quod exaratũ est. Hec ẽ aũt scriptura q̃ digesta est. Mane thecel phares. Et hec interpretatio sermonis. Mane: numerauit deus regnũ tuũ· et compleuit illud. Thecel: appensũ est in statera· et inuentum est minus habẽs. Phares: diuisum est regnũ tuũ· et datũ est medis ⁊ persis. Tũc iubente rege indutꝰ est daniel purpura: et circũdata est torques aurea collo eius: et predicatũ est de eo q̃ haberet potestatẽ terciꝰ in regno. Eadẽ nocte int̃fectꝰ est balthazar rex chaldeus: et dariꝰ medꝰ successit in regnũ· ãnos natus sexaginta duos. vj

Placuit dario: et cõstituit supra regnũ satrapas centũuiginti ut essent ĩ toto regno suo et sup̃ eos principes tres ex quibꝫ daniel vnꝰ erat ut satrape illis redderẽt rationẽ: ⁊ rex nõ sustineret molestiã. Igit̃ daniel superabat omnes principes et satrapas: quia spiritus dei amplior erat in illo. Porro rex cogitabat cõstituere eũ sup̃ omne regnũ. Vnde principes ⁊ satrape querebãt occasionẽ ut inuenirẽt danieli ex latere regis: nullãq; causam ⁊ suspicationẽ reperire potuerũt eo q̃ fidelis esset: et omnis culpa et suspitio nõ inueniretur in eo. Dixerũt ergo viri illi. Nõ inueniemꝰ danieli huic aliquã occasionẽ: nisi forte in lege dei sui. Tunc prĩcipes et satrape surripuerũt regi: ⁊ sic locuti sũt ei. Dari rex in eternũ viue. Cõsiliũ inierũt cũcti prĩcipes regni tui· magistratus et satrape senatores ⁊ iudices ut decretũ imperatorium exeat ⁊ edictũ: ut om̃is qui petierit



Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0275
powered by DWork • Heidelberg University Library

aliquã petitionẽ a quocũq; deo ⁊ homine usq; ad triginta dies nisi a te rex: mittatur in lacũ leonũ. Tũc itaq; rex confirma sententiã et scribe decretũ ut nõ immutetur quod statutũ est a medis et persis: nec ꝓuaricari cuiq; liceat. Porro rex darius ꝓposuit edictũ et statuit. Quod cũ daniel cõperisset id est cõstitutam legẽ: ingressus est domũ suam et fenestris apertis in cenaculo suo contra ierusalẽ tribus temporibus in die flectebat genua sua ⁊ adorabat: cõfitebaturq; coram deo suo sicut et ãte facere cõsueuerat. Viri ergo illi curiosius inquirentes inuenerũt danielẽ orãtem et obsecrantem deũ suũ: ⁊ accedentes locuti sunt regi sup edicto. Rex nũquid nõ constituisti ut omnis homo qui rogaret quẽq; de diis et hominibus usq; ad dies triginta nisi te rex mitteretur in lacũ leonũ? Ad quos respõdens rex ait. Verus sermo iuxta decretum medorũ atq; persarũ: qđ preuaricari nõ licet. Tũc respõdentes dixerũt coram rege. Daniel de filiis captiuitatis iude non curauit de lege tua ⁊ edicto qđ constituisti: sed tribus tẽporibus per diẽ orat obsecratione sua. Quod verbũ cũ audisset rex satis cõtristatus est: et pro daniele posuit cor ut liberaret eũ: et usq; ad occasũ solis laborabat ut erueret illũ. Viri aũt illi intelligẽtes regẽ dixerũt ei. Scito rex qđ lex medorũ est atq; persarũ: ut omne decretũ qđ cõstituerit rex nõ liceat immutari. Tunc rex ꝓcepit et adduxerũt danielẽ: et miserũt eũ in lacũ leonũ. Dixitq; rex danieli. Deus tuus quẽ colis semper: ipse liberabit te. Allatusq; est lapis unus et positus est sup os laci: quẽ obsignauit rex anulo suo et anulo ꝓcerũ suorũ: ne quid fieret contra danielẽ. Et abiit rex in domũ suam ⁊ dormiuit iunctatus: cibiq; non sunt allati corã eo: insup et somnꝰ recessit ab eo. Tũc rex primo diluculo consurgens festinus ad lacũ leonũ perrexit: appropinquãsq; lacui danielẽ voce lacrimabili inclamauit: et affatus ẽ eũ. Daniel serue dei viuentis: deus tuus cui tu seruis semp-putasne valuit te liberare a leonibus? Et daniel regi respõdens ait. Rex in eternũ viue. Deus misit angelũ suum ⁊ conclusit ora leonũ et non nocuerũt michi: quia corã eo iusticia inuenta est in me. Sed ⁊ coram te rex delictũ non feci. Tũc vehementer rex gauisus est sup eo: ⁊ danielẽ ꝓcepit educi de lacu. Eductusq; est daniel de lacu: et nulla lesio inuenta est in eo: qa credidit deo suo. Iubente aũt rege adducti sunt viri illi qui accusauerũt danielem: et in lacũ leonũ missi sunt ipsi et filij et uxores eorũ: et non peruenerũt usq; ad pauimẽtum laci: donec arriperent eos leones et omnia ossa eoꝝ cõminuerũt. Tũc darius rex scripsit uniuersis ꝓpulis tribubus et linguis habitantibus in uniuersa terra. Pax vobis multiplicetur. A me constitutũ est decretum: ut in uniuerso imperio ⁊ regno meo tremiscant et paueant deũ danielis. Ipse est enim deus viuens et eternus in secula: et regnum eius non dissipabitur: et potestas eius usq; in eternum. Ipse liberator atq; saluator faciens signa et mirabilia in celo et in terra: qui liberauit danielẽ de lacu leonũ. Porro daniel perseuerauit usq; ad regnum darij regnũq; cyri persẽ. ¶

Anno primo balthazar regis babilonis daniel somnium vidit. Visionẽ aũt capitis ei⁹ in cubili suo: et somnium scribens breui sermone

cōprehendit: summatimq; ptexīgēs ait. Videbā in visione mea nocte: et ecce quatuor uenti celi pugnabant in mari magno: et quatuor bestie grandes ascendebāt de mari diuerse inter se. Prima ēsi leena: et alas habebat aquile. Aspiciebā donec euulse sunt ale eius et sublata est de terra: et super pedes quasi homo stetit: et cor eius datum est ei. Et ecce bestia alia similis ursо in parte stetit: et tres ordines erant in ore ei⁹ et in dētibus eius: et sic dicebāt ei. Surge: comede carnes plurimas. Post hec aspiciebā: et ecce alia quasi pardus: et alas habebat auis quatuor sup se. Et quatuor capita erant in bestia: et potestas data est ei. Post hec aspiciebam in visione nocte: et ecce bestia quarta terribilis atq; mirabilis et fortis nimis. Dentes ferreos habebat magnos: comedens atq; cōminuens: et reliqua pedibus suis conculcans. Dissimilis autem erat cetereis bestijs quas videra āte eam: et habebat cornua decem. Cōsiderabā cornua: et ecce cornu aliud paruulū ortum est de medio eoz: et tria de cornibz primis euulsa sunt a facie eius. Et ecce oculi eius quasi oculi hominis in cornu isto: et os loquēs ingētia. Aspiciebā donec throni positi sunt: et ātiquus dierū sedit. Vestimentū ei⁹ candidū quasi nix: capilli capitis eius quasi lana munda. Thronus eius flāme ignis: rote eius ignis accensus: fluui⁹ igne⁹ rapidus q; egrediebat a facie eius. Milia miliū ministrabāt ei: et decies milies centena milia assistebāt ei. Judicū sedit: et libri aperti sunt. Aspiciebā propter uocem sermonū grādiū quos cornu illud loquebat. Et vidi quoniā interfecta esset bestia: et perisset corpus eius et traditū esset ad cōburendū igni: aliarum q; bestiaz ablata esset potestas: et tēpora vite cōstituta essent eis usq; ad tempus et tempus. Aspiciebā ego in visione nocte: et ecce cū nubibz celi quasi filius hominis veniebat: et usq; ad antiquū dierz venit: et in cōspectu ei⁹ obtulerūt eū. Et dedit ei potestatē et honorem et regnū: et oēs pp̄li tribus et lingue ipsi seruient. Potestas eius potestas eterna que nō auferet: et regnū ei⁹ qđ non corrūpetur. Horruit spiritus meus. Ego daniel territ⁹ sum in hijs: et visiones capitis mei cōturbauerūt me. Accessi ad unū de assistentibus: et veritatem querebā ab eo de oīnibus hijs. Qui dixit michi interpretationem sermonū: et docuit me. Hee quatuor bestie magne: quatuor regna cōsurgēt de terra. Suscipiēt aūt regnum sancti dei altissimi: et obtinebūt regnū usq; in seculū et seculū seculoz. Post hec volui diligēter discere de bestia quarta: que erat dissimilis valde ab oīnibz et terribilis nimis. Dentes et ungues eius ferrei: comedebat et cōminuebat: et reliqua pedibus suis conculcabat. Et de cornibus decē que habebat in capite: et de alio qđ ortū fuerat: āte qđ recidērāt tria cornua: et de cornu illo qđ habebat oculos et os loquēs grādia: et maius erat ceteris. Aspiciebam: et ecce cornu illud faciebat bellū aduersus sanctos et p̄ualebat eis: donec venit antiqus dierum et iudicū dedit sanctis excelsi: et tempus aduenit et regnū obtinuerunt sancti. Et sic ait. Bestia quarta: regnū quartū erit in terra qđ maius erit oīnibus regnis: et deuorabit uniuersam terrā: et cōculcabit et cōminuet eā. Porro decē cornua: ipi⁹ regni decem reges erūt: et alius consurget post eos et ipse



Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0277
powered by DWork • Heidelberg University Library

potentior erit prioribus: ⁊ tres reges humiliabit. Et sermones ꝯtra excelsū loquetur: et sanctos altissimi conteret. Et putabit q̄ possit mutare tēpora ⁊ leges: ⁊ tradētur ī manu eius usq; ad temp⁹ et tēpora ⁊ dimidiū temporis. Et iudiciū sedebit ut auferatur potentia ⁊ cōteratur ⁊ disperiat usq; in finem: regnū aūt et potestas et magnitudo regni q̄ est subter om̄e celū detur ꝓpl̄o sāctorum altissimi cuius regnū regnū sempiternū est: et om̄es reges seruient ei ⁊ obediēt. Hucusq; finis verbi. Ego daniel multū cogitatōnibꝫ meis ꝯturbabar: ⁊ facies mea mutata ē in me: verbū aūt ī corde meo cōseruaui. viij

Anno tercio regni balthazar regis visio apparuit michi. Ego daniel post id q̄d viderā in principio vidi in visione mea cū essem ī susis castro q̄d est in helam ciuitate: vidi aūt ī visione esse me sup̄ portā vlai: et leuaui oculos meos et vidi. Et ecce aries vnus stabat ante paludē habēs cornua excelsa: et vnū excelsi⁹ altero atq; succrescēs. Postea vidi arietē cornibꝫ ventilātem cōtra occidētem et cōtra aquilonē ⁊ ꝯtra meridiē: et om̄es bestie non poterāt resistere ei neq; liberari de manu ei⁹: fecitq; scd̄m volūtatē suā ⁊ magnificatus est. Et ego intelligebā. Ecce aūt hircus caprarꝫ veniebat ab occidente sup̄ faciē toti⁹ terre: ⁊ nō tangebat terrā. Porro hirc⁹ habebat cornu insigne inter oculos suos et venit usq; ad arietē illū cornutū quē viderā stantē ante portā: et cucurrit ad eū impetu fortitudinis sue. Cūq; appropinquasset prope arietē efferat⁹ est in eū: et ꝑcussit arietē ⁊ comminuit duo cornua ei⁹ et non poterat aries resistere ei. Cūq; eū misisset in terrā cōculcauit: et nemo quibat liberare arietem de manu eius. Hircus aūt caprarꝫ magnus factus est nimis. Cūq; creuisset fractū est cornu magnū: ⁊ orta sunt quatuor cornua subter illud ꝑ quatuor ventos celi. De vno aūt ex eis egressum est cornu vnū modicū: et factū est grāde contra meridiē et ꝯtra orientem et ꝯtra fortitudinē. Et magnificatū est usq; ad fortitudinē celi: et deiecit de fortitudine et de stellis ⁊ cōculcauit eas: ⁊ usq; ad principē fortitudinis magnificat⁹ est. Et ab eo tulit iuge sacrificiū: et deiecit locū sanctificatōnis eius. Robur aūt datū est cōtra iuge sacrificiū ꝓpter peccata: et prosternetur veritas in terra: ⁊ prosperabit ⁊ faciet. Et audiui vnū de sanctis loquētem: ⁊ dixit vn⁹ sanctus alteri nescio cui loquēti. Vsquequo visio et iuge sacrificiū et peccatū desolationis que facta est ⁊ sanctuariū et fortitudo cōculcabit? Et dixit ei. Vsq; ad vesperā et mane duo milia trecenti: et mūdabit sanctuariū. Factū est aūt cū viderem ego daniel visionē et quererē intelligentiā: ecce stetit in cōspectu meo quasi species viri. Et audiui vocem viri inter vlai: et clamauit et ait. Gabriel fac intelligere istū visionē. Et venit: et stetit iuxta vbi ego stabā. Cunq; venisset: pauens corrui in faciē meā. Et ait ad me. Intellige fili hominis: quoniā in tp̄e finis complebit visio. Cūq; loqueret ad me: collapsus sum pron⁹ in terram. Et tetigit me ⁊ statuit me in gradu meo: dixitq; michi. Ego ostendam tibi que futura sint ī nouissimo maledictionis: quoniā habet tempus finē suū. Aries quē vidisti habere cornua: rex medorū est atq; persarū. Porro hircus caprarū rex grecorꝫ est: ⁊ cornu grande q̄d erat inter oculos ei⁹ ip̄e

est rex primus. Quod aũt facto illo surrexerũt quatuor pro eo: quatuor reges de gente eius cõsurgẽt: sed nõ in fortitudine eius. Et post regnũ eorũ cũ creuerint iniquitates: cõsurget rex impudẽs facie & intelligẽs propositiones: et roborabit fortitudo eius sed nõ in viribus suis: & supra q̃ credi potest vniuersa vastabit: et prosperabit & faciet. Et interficiet robustos et populum sanctorũ secũm voluntatem suã: et dirigetur dolus in manu eius et cor suũ magnificabit: et in copia rerũ omniũ occidet plurimos. Et contra principẽ principũ cõsurget: et sine manu cõteret. Et visio vespere et mane que dicta est vera est. Tu ergo visionẽ signa: quia post multos dies erit. Et ego daniel langui et egrotaui per dies. Cũq; surrexissem faciebã opera regis: et stupebam ad visionem: et non erat qui interpretaretur.

In ãno primo darij filij assueri de semine medorũ qui imperauit super regnũ chaldeor: anno vno regni eius ego daniel intellexi in libris numerũ ãnor: de quo factus est sermo dñi ad ieremiã prophetã: ut cõplerentur desolationis ierusalẽ septuaginta ãni. Et posui faciem meã ad dñm deum meũ rogare et deprecari in ieiuniis sacco et cinere: & oraui dñm deũ: & cõfessus sum et dixi. Obsecro dñe deus magne et terribilis custodiẽs pactũ et misericordiã diligẽtibus te & custodientibus mãdata tua: peccauimus iniquitatẽ fecimus impie egimus: & recessimus & declinauimus a mãdatis tuis ac iudiciis. Nõ obediuimus tuis tuis prophetis: qui locuti sunt in nomine tuo regibus nris principibus nostris patribus nris oñiq; populo terre. Tibi dñe iustitia: nobis aũt cõfusio faciei sicut est hodie viro iuda et habitatoribus ierusalẽ et oñi isrl: hijs qui ppe sunt et hijs qui procul in vniuersis terris ad quas eiecisti eos propter iniquitates eorũ in quibus peccauerũt in te dñe. Nobis cõfusio faciei: regibus nris principibus nris et patribus nris qui peccauerũt. Tibi aũt dño deo nro miserationes et propitiatio quia recessimus a te: et nõ audiuimus vocem dñi dei nostri ut ambularemus in lege eius quã posuit nobis per seruos suos prophetas: et omnis isrl preuaricati sunt legem tuam et declinauerũt ne audirẽt vocẽ tuã: et stillauit super nos maledictio & detestatio que scripta est in libro moysi serui dei quia peccauimus ei. Et statuit sermones suos quos locutus est super nos et super principes nostros qui iudicauerunt nos: ut superinduceret in nos malum magnũ quale nũq; fuit sub oñi celo secũdũ q̃ factũ est in ierusalẽ sicut scriptum est in lege moysi. Omne malum hoc venit super nos. Et nõ rogauimus faciẽ tuã dñe deus noster: ut reuerteremur ab iniquitatibus nris: et cogitaremus veritatẽ tuã. Et vigilauit dñs super malitiã: et adduxit eã super nos. Justus dñs deus noster: in oñibus operibus suis q̃ fecit. Nõ enim audiuimus vocẽ eius. Et nũc dñe deus noster q̃ eduxisti populum tuũ de terra egipti in manu forti et fecisti tibi nomẽ secũm die hãc: peccauimus iniquitatẽ fecimus dñe in omnẽ iustitiã tuã. Auertat obsecro ira tua & furor tuus a ciuitate tua ierusalẽ: et a monte sancto tuo. Propter peccata enim nra et iniquitates patrũ nrorũ ierusalẽ et populus tuus in opprobriũ sunt oñibus per circuitũ nostrũ. Nũc ergo exaudi deus noster orationẽ serui tui et preces eius: et ostende faciẽ tuã super sanctuariũ tuũ qđ desertũ est. Propter



Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0279
powered by DWork • Heidelberg University Library

temetipm̄ inclina deus meus aurē tu-
am et audi: aperi oculos tuos et vide
desolationē nr̄am: et ciuitatē sup̄ quā
inuocatū est nomē tuū. Neq; enī in iu-
stificatōnibꝫ nr̄is prosternim⁹ preces
āte faciē tuā: sed in miseratōnibꝫ tuis
multis. Exaudi dn̄e: placare dn̄e: attē-
de ⁊ fac. Ne moreris ꝓpter temetipsum
deus meus: quia nomē tuū inuocatū
est sup̄ ciuitatē et sup̄ ꝓplm̄ tuū. Cūq;
adhuc loquerer et orarem et cōfiterer
peccata mea et peccata ꝓpli mei isrl̄ ut
prosternerē p̄ces meas in cōspectu dei
mei ꝓ mōte sācto dei mei: adhuc loquē-
te me ī oratione mea. ecce vir gabrihel
quē videram in visione principio cito
volās tetigit me in tp̄e sacrificij vesper-
tini: et docuit me ⁊ locutus est michi.
Dixitq;. Daniel: nūc egressus sum ut
docerem te et intelligeres. Ab exordio
precū tuaꝝ egressus est sermo. Ego aūt
veni ut indicarē tibi: quia vir desideri-
orū es. Tu aūt animaduerte sermonē:
et intellige visionē. Septuagīta ebdo-
mades abbreuiate sunt sup̄ ꝓplm̄ tuū.
et sup̄ vrbē sanctā tuā ut cōsummetur
preuaricatio. et finē accipiat peccatū.
et deleat̄ iniquitas: et adducat̄ iusti-
cia sempiterna et impleat̄ visio ⁊ pro-
phetia: et vngatur sanctus sanctorū.
Scito ergo ⁊ animaduerte: ab exitu ser-
monis ut iterū edificet̄ iherusalē usq;
ad cristū ducē ebdomades septē et eb-
domades sexagīta due erūt: et rursū e-
dificabit̄ platea et muri in angustia
temporū. Et post ebdomades sexagin-
ta duas occidetur crist⁹: et nō erit eius
ꝓpls qui eū negatur⁹ est. Et ciuitatem
et sāctuariū dissipabit ꝓpls cū duce vē-
turo: et finis eius vastitas: et post finē
belli statuta desolatio. Confirmabit
aūt pactū multis ebdomada vna: et
in dimidio ebdomadis deficiet hostia
et sacrificiū. Et erit in tēplo abomina-
tio desolationis: et usq; ad cōsumma-
tionē ⁊ finē ꝑseuerabit desolatō. ꝑ

Anno tercio regni cyri regis persa-
rum verbū reuelatū est danieli co-
gnomēto balthazar: et verbū verum
et fortitudo magna: intellexitq; sermo-
nem. Intelligentia enī est opus in visi-
one. In diebus illis ego daniel lugebā
triū ebdomadarū diebꝫ: panē deside-
rabilē nō comedi: et caro et vinū non
introierūt in os meū. Sed neq; vngen-
to vnctus sum: donec cōplerent̄ trium
ebdomadarū dies. Die aūt vicesima
et quarta mēsis primi erā iuxta fluui-
um magnū qui est tygris: et leuaui o-
culos meos et vidi. Et ecce vir vn⁹ ve-
stitus lineis et renes eius accincti au-
ro obrizo: et corpus ei⁹ quasi crisolit⁹
et facies eius velut species fulguris: ⁊
oculi eius ut lāpas ardēs: et brachia
eius et que deorsum usq; ad pedes q̄si
species eris candentis: et vox sermonū
eius ut vox mstitudinis. Vidi aūt e-
go daniel solus visionē: porro viri q̄
erant mecū nō viderūt: sed terror nimi-
us irruit sup̄ eos et fugerūt in abscon-
ditū. Ego aūt relictus solus vidi visio-
nem grandē hanc: et nō remāsit in me
fortitudo: sed et species mea immuta-
ta est ī me: et emarcui nec habui quicq̄
viriū. Et audiui vocē sermonū eius:
et audiens iacebā cōsternat⁹ sup̄ faciē
meam: et vultus me⁹ herebat terre. Et
ecce manus tetigit me: et erexit me sup̄
genua mea et super articulos manuū
meaꝝ. Et dixit ad me. Daniel vir desi-
deriorū intellige verba q̄ ego loquor
ad te: et sta ī gradu tuo. Nūc enī sum
missus ad te. Cunq; dixisset michi ser-
monē istū steti tremens: et ait ad me.

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0280
powered by DWork • Heidelberg University Library

Noli metuere daniel: q̄a ex die primo
quo posuisti cor tuū ad intelligendū
ut te affligeres in cōspectu dei tui. exau-
dita sunt verba tua: et ego veni ꝓpter
sermones tuos. Princeps autē regni
persarꝝ restitit michi viginti ⁊ uno die-
bus: et ecce michahel unus de principi-
bus primis venit ī adiutorium meū:
et ego remāsi ibi iuxta regem persarū.
Veni aūt ut docerē te que ventura sūt
ꝓplo tuo in nouissimis diebꝫ: quoniā
adhuc visio in dies. Cunqꝫ loqueretur
michi huiuscemodi verbis: deieci vul-
tum meū ad terrā. et tacui. Et ecce qua-
si similitudo filij hominis tetigit labia
mea: et aperiens os meū locutꝰ sum:
et dixi ad eū qui stabat cōtra me. Do-
mine mi in visione tua dissolute sunt
cōpages mee: et nichil in me remāsit
viriū. Et quomō poterit seruꝰ dñi mei
loqui cū dño meo? Nichil enī ī me re-
māsit viriū: sed et halitꝰ meꝰ intercludi-
tur. Rursum ergo tetigit me quasi
visio hominis: et ꝯfortauit me et dixit.
Noli timere vir desideriorꝫ: pax tibi: cō-
fortare ⁊ esto robustus. Cūqꝫ loquere-
tur mecū: conualui ⁊ dixi. Loquere do-
mine mi: quia confortasti me. Et ait.
Nunquid scis quare venerim ad te?
Et nunc reuertar ut prelier aduersum
principē persarꝝ. Cū enī egrederer appa-
ruit princeps grecorum veniens. Ve-
runtamen annunciabo tibi quod ex-
pressum est in scriptura veritatis: et
nemo est adiutor meus in omnibus
hijs: nisi michahel prīceps vester. xi

Ego aūt a primo anno darij me-
di stabā: ut cōfortaretur ⁊ robo-
raretur. Et nūc veritatē annūciabo ti-
bi. Ecce adhuc tres reges stabūt in per-
side: ⁊ quartus ditabit̄ opibꝫ nimijs
sup omēs: ⁊ cū inualuerit diuitijs suis
cōcitabit omnes aduersum regnum
grecie. Surget vero rex fortis ⁊ dñabi-
tur potestate multa: et faciet qd̄ placu-
erit ei. Et cū steterit conteret̄ regnū eiꝰ:
et diuidetur in quatuor ventos celi:
sed nō in posteros eiꝰ neqꝫ scd̄m potētiā
illiꝰ qua dominatꝰ est. Lacerabit̄ enī
regnū eius etiam in externos: exceptis
hijs. Et confortabitur rex austri: ⁊ de
principibꝫ eius p̄ualebit sup eū. Et do-
minabit̄ ditione: multa enī dñatio e-
ius. Et post finē annorꝫ federabuntur.
Filiaqꝫ regis austri veniet ad regē a-
quilonis facere amiciciā: ⁊ nō obtine-
bit fortitudinē brachij nec stabit semē
eius: et tradetur ipsa et qui adduxerūt
eam adolescentes eiꝰ. et qui cōfortabāt
eam in temporibꝫ. Et stabit de germi-
ne radicū eius plātatio. Et veniet cū
exercitu et ingredietur ꝓuinciā regis
aquilonis. et abutet̄ eis: et obtinebit
insup ⁊ deos eorꝫ et sculptilia: vasa q̄ꝫ
preciosa auri ⁊ argenti captiua ducet
in egiptū. Ipse p̄ualebit adūsus regē
aquilonis. Et intrabit in regnum rex
austri: ⁊ reuertetur ad terrā suam. Filij
aūt eius prouocabūtur: et congrega-
bunt multitudinē exercituū plurimorꝫ.
Et veniat ꝓperans et inundās: ⁊ reuer-
tetur ⁊ concitabit̄: et congredietur cū
robore eius. Et ꝓuocatus rex austri
egredietur ⁊ pugnabit aduersus regē
aquilonis: ⁊ p̄parabit multitudinem
nimiā ⁊ dabit̄ multitudo in manus
eius: et capiet multitudinē et exaltabi-
tur cor eius: et deiciet multa milia: sed
nō p̄ualebit. Cōuertetur enī rex aqui-
lonis: et preparabit multitudinē mul-
to maiorem q̄ꝫ prius. Et in fine tempo-
rum annorūqꝫ veniet properans cum
exercitu magno et opibus nimijs. In
tēporibꝫ illis multi cōsurgēt adūsus

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0281
powered by DWork • Heidelberg University Library

regē austri. Filij q̄ꝫ p̄uaricatoꝝ ꝓpli tui
extollent̄ ut impleāt visionē ⁊ corruēt.
Et veniet rex aquilonis et cōportabit
aggerē: et capiet vrbes munitissimas:
et brachia austri nō sustinebūt. Et cō-
surgent electi ei⁹ ad resistendū: ⁊ non e-
rit fortitudo. Et faciet veniēs super eū
iuxta placitū suū: ⁊ nō erit q̄ stet cōtra
faciē ei⁹. Et stabit in terra inclita et cō-
sumetur in manu eius: et ponet faciē
suā ut veniat ad tenendū vniūsum re-
gnū eius: et recta faciet cū eo. Et filiā
feminarū dabit ei ut euertat illud: et
nō stabit nec illi⁹ erit. Et cōuertet faciē
suā ad insulas et capiet multas: ⁊ ces-
sare faciet principem opprobrij sui. Et
opprobriū eius cōuertetur in eū. Et cō-
uertet faciē suā ad imperiū terre sue: et
impinget ⁊ corruet: ⁊ nō inueniet̄. Et
stabit in loco ei⁹ vilissim⁹ et indignus
decore regio: ⁊ in paucis diebꝫ cōteret̄
nō in furore nec in p̄lio. Et stabit ī lo-
co eius despectus: ⁊ nō tribuetur ei ho-
nor regius. Et veniet clam et obtine-
bit regnū in fraudulentia: et brachia
pugnātis expugnabunt̄ a facie eius:
et cōterentur. Insup et dux federis. Et
post amicicias cū eo faciet dolū: et a-
scendet ⁊ supabit in modico ꝓplo: ab-
undātes et vberes vrbes ingredietur.
Et faciet que nō fecerūt p̄res eius: ⁊ pa-
tres patrū eius. Rapinas et p̄dam et
diuicias eoꝝ dissipabit: et ꝯtra firmissi-
mas cogitationes iniet: ⁊ hoc usq; ad
tempus. Et concitabit̄ fortitudo eius
et cor eius adūsus regem austri: in ex-
ercitu magno. Et rex austri ꝓuocabit̄
ad bellū multis auxilijs et fortibꝫ ni-
mis: ⁊ nō stabūt: quia inibunt aduer-
sus eū consilia. Et comedentes panē
cū eo conterēt illū: exercitusq; ei⁹ oppri-
metur: ⁊ cadēt interfecti plurimi. Duoꝝ

quoq; regū cor erit ut male faciant: ⁊
ad mēsam vnā loquētur mendaciū et
nō ꝑficient: quia adhuc finis ī aliud
tempus. Et reūtetur in terram suam
cū opibꝫ multis: et cor eius aduersus
testamētum sanctū: et faciet et reuertet̄
in terrā suā. Statuto tp̄e reuertetur: et
veniet ad austrū: ⁊ nō erit priori simi-
le nouissimū. Et venient sup eū trieres
et romani et ꝑcuciet̄: ⁊ reūtetur. Et in-
dignabit̄ contra testamentū sanctua-
rij ⁊ faciet: reuerteturq; ⁊ cogitabit ad-
uersum eos qui dereliquerūt testamen-
tum sanctuarij. Et brachia ex eo sta-
būt: ⁊ polluēt sanctuariū fortitudinis
et auferēt iuge sacrificiū: ⁊ dabūt abo-
minationē in desolatione. Et impij ī
testamētum similabūt fraudulenter:
ꝓplus aūt sciens deū suū obtinebit et
faciet. Et docti in ꝓplo docebūt pluri-
mos: ⁊ ruent in gladio et in flāma et
in captiuitate ⁊ in rapina dieꝝ. Cūq;
corruerint subleuabūt̄ auxilio paruu-
lo: et applicabūt̄ eis plurimi fraudulē-
ter. Et de eruditis ruent ut cōflent̄ et eli-
gantur et dealbentur usq; ad tempus
p̄finitū: quia adhuc aliud temp⁹ erit.
Et faciet iuxta volūtatem suā rex: ⁊ ele-
uabitur et magnificabit̄ aduersus o-
mnem deū. Et adūsus deū deoꝝ loque-
tur magnifica et dirigēt: donec com-
pleatur iracūdia. Perpetrata quippe
est diffinitio. Et deū patrū suoꝝ nō re-
putabit: ⁊ erit in concupiscentijs femi-
narū: nec quēq̄ deoꝝ curabit quia ad-
uersum vniūsa cōsurget. Deū aūt ma-
ozim in loco suo venerabitur: ⁊ deum
quē ignorauerūt p̄res eius colet auro
et argento ⁊ lapide p̄cioso rebusq; pre-
ciosis. Et faciet ut muniat maozim
cū deo alieno quē nō cognouit: ⁊ mul-
tiplicabit gloriā: et dabit eis potestatē

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0282
powered by DWork • Heidelberg University Library

in multis: et terrā diuidet gratuito. Et
in tpe p̄finito preliabit̄ adūsus eū rex
austri: et quasi tempestas veniet cōtra
illū rex aquilonis in curribꝫ ⁊ in equi-
tibus ⁊ in classe magna: ⁊ ingredietur
terras et cōteret et ꝑtransiet. Et introi-
bit in terrā gloriosā: ⁊ multi corruent.
Hec aūt sole saluabunt̄ de manu ei⁹:
edom et moab ⁊ principes filioꝝ am-
mon. Et mittet manū suā in terras: et
terra egipti non effugiet. Et dn̄abitur
thesauroꝝ auri ⁊ argenti: et in om̄ibꝫ
preciosis egipti. Per libias q̄ꝫ et ethi-
opias trāsibit: et fama turbabit eum
ab oriente et ab aquilone: ⁊ veniet in
multitudine magna ut ꝯterat et inter-
ficiat plurimos. Et figet tabernaclm
suū apedno inter duo maria sup mōtē
inclitū et sāctū: et veniet usqꝫ ad sūmi-
tatē ei⁹: et nemo auxiliabit̄ ei. xij

In tempore aūt illo cōsurget michahel
princeps magnus qui stat ꝓ filijs po-
puli tui: et veniet temp⁹ quale nō fuit
ab eo ex quo gētes esse ceperūt usqꝫ ad
tēp⁹ illud. Et i tpe illo saluabit̄ ꝓplus
tuus: om̄is qui inuent⁹ fuerit scriptus
in libro. Et multi de hijs qui dormiūt
in terre puluere euigilabūt: alij in vitā
eternā: et alij in obprobriū ut videant
semp. Qui aūt docti fuerint fulgebunt
quasi splendor firmamenti: et qui ad
iusticiā erudiunt multos. quasi stelle
in perpetuas eternitates. Tu aūt daniel
claude sermones: ⁊ signa librū usqꝫ ad
temp⁹ statutū. Plurimi ꝑtransibūt: et
multiplex erit scientia. Et vidi ego da-
niel: ⁊ ecce quasi duo alij stabāt. unus
hinc sup ripā fluminis: ⁊ alius inde
ex altera ripa fluminis. Et dixi viro q̄
erat indut⁹ lineis: qui stabat super a-
quas fluminis. Usqꝫ quo finis horū
mirabiliū? Et audiui virū q̄ indutus
erat lineis qui stabat super aquas flu-
minis: cū eleuasset dexterā et sinistram
suā in celū et iurasset per viuētem in e-
ternū: quia in tēpus ⁊ tempora ⁊ dimi-
diū tēporis. Et cū cōpleta fuerit disper-
sio man⁹ ꝓpli sancti: cōplebunt̄ uniū-
sa hec Et ego audiui: ⁊ nō intellexi. Et
dixi. Domine mi quid erit post hec?
Et ait. Vade daniel: quia clausi sunt
signatiqꝫ sermones usqꝫ ad p̄finitū tem-
pus. Eligent̄ ⁊ dealbabūtur: ⁊ quasi
ignis ꝓbabūtur multi. Et impie agēt
impij: neqꝫ intelligent omnes impij.
Porro docti intelligēt: ⁊ a tempore cū
ablatū fuerit iuge sacrificiū ⁊ posita fu-
erit abominatio in desolationē: dies
milleducentinonaginta. Beatus qui
exspectat: et ꝑuenit ad dies milletrecen-
tostrigintaquīqꝫ. Tu aūt daniel vade
ad p̄finitū: ⁊ requiesces ⁊ stabis in sor-
te tua in fine dierū. Hucusqꝫ danielem
in hebraico volumine legim⁹: cetera q̄
sequuntur usqꝫ ad finem libri de theo-
dotionis editōne trāslata sūt. xiij

Et erat vir habitās in babilone: ⁊
nomē ei⁹ ioachim: ⁊ accepit vxo-
rem nomine susannā filiā helchie pul-
cram nimis ⁊ timentē deū. Parentes
enī illi⁹ cū essēt iusti erudierūt filiā suā
scd̄m legem moysi. Erat aūt ioachim
diues valde: ⁊ erat ei pomeriū vicinū
domui sue: et ad ip̄m cōfluebāt iudei
eo q̄ esset honorabilior omniū. Et cō-
stituti sunt duo iudices senes in illo
anno: de quibus locut⁹ est dn̄s quia
egressa est iniquitas de babilone a se-
nioribus iudicibus qui videbātur re-
gere ꝓplm. Isti frequētabant domū io-
achim: ⁊ veniebāt ad eos om̄es qui ha-
bebant iudicia. Cū aūt ꝓpls reuertisset
per meridiem: ingrediebatur susanna
et deambulabat in pomerio viri sui.



Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0283
powered by DWork • Heidelberg University Library

Et videbāt eā senes quotidie ingredientem & deambulātem: & exarserunt in cōcupiscentiā eius. Et euerterūt sensum suū: et declinauerūt oculos suos ut nō viderent celū: neq; recordarent̄ iudiciorum iustoꝝ. Erant ergo ambo vulnerati amore eius: nec indicauerūt sibi vicissim dolorē suū. Erubescebant enī indicare sibi concupiscentiā suā: volētes concūbere cū ea. Et obseruabāt quotidie sollicitius videre eā. Dixitq; alter ad alterū: eamus domū quia hora prādij est. Et egressi recesserūt a se. Cūq; reuertissent venerūt in vnū: & sciscitātes ab inuicē causam cōfessi sunt concupiscentiā suā. Et cūc in comune statuerūt tempus: quando eā possent inuenire solā. Factū est autē cū obseruarent diē aptum: ingressa est aliquādo sicut heri et nudiustercius cū duabus solis puellis: voluitq; lauari in pomerio. Estus quippe erat. Et non erat ibi quisq; p̄ter duos senes absconditos: et cōtemplantes eam. Dixit ergo puellis. Afferte michi oleū & smigmata: et ostia pomerij claudite ut lauer. Et fecerunt sicut p̄ceperat: clauserūtq; ostia pomerij: et egresse sunt per posticā ut afferrent que iusserat. Nesciebantq; senes intus esse absconditos. Cum aūt essent egresse puelle surrexerunt duo senes: & accurrerūt ad eā et dixerūt. Ecce ostia pomerij clausa sunt & nemo nos videt: & in cōcupiscētiā tui sum⁹. Quā obrem assentire nobis: et cōmisce nobiscū. Quod si nolueris: dicem⁹ cōtra te testimoniū q̄ fuerit tecū iuuenis: et ob hāc causam emiseris puellas a te. Ingemuit susanna et ait. Angustie michi sunt undiq;. Si enī hoc egero mors michi est: si aūt nō egero nō effugiam manꝰ vestras. Sed melius est michi absq; opere incidere in manus hominū: quā peccare in cōspectu dñi. Et exclamauit voce magna susanna: exclamauerūt aūt et senes aduersus eā. Et cucurrit vnus ad ostia pomerij et aperuit. Cū ergo audissent clamorem famuli domus in pomerio: irruerunt per posticam ut viderent quidnā esset. Postq; aūt senes locuti sūt erubuerūt serui vehementer: quia nūq; dictus fuerat sermo huiuscemodi de susāna. Et facta est dies crastina. Cumq; venisset ppl̄us ad virū eius ioachim: venerunt & duo prebiteri pleni iniqua cogitatione aduersus susannā ut interficerent eam. Et dixerunt coram ppl̄o. Mittite ad susannā filiam helchie uxorem ioachim. Et statim miserūt. Et venit cū parentibꝫ & filijs & uniuersis cognatis suis. Porro susanna erat delicata nimis et pulcra specie. Et iniqui illi iusserunt ut discooperiretur: erat enī cooperta: ut uel sic saciarent̄ decore eius. Flebant igit̄ sui: & oēs qui nouerāt eam. Cōsurgentes aūt duo prebiteri in medio ppli: posuerūt manus suas sup̄ caput eius. Que flens suspexit ad celū. Erat enī cor eius fiduciam habēs in dño. Et dixerūt prebiteri. Cū deambularemus in pomerio soli: ingressa est hec cū duabus puellis: et clausit ostia pomerij & dimisit a se puellas. Venitq; ad eā adolescens qui erat absc̄ditus: & concubuit cū ea. Porro nos cū essemus in angulo pomerij videntes iniquitatem cucurrimus ad eos: et vidimus eos pariter cōmiscerī. Et illum quidē nō quiuim⁹ comp̄hendere quia fortior nobis erat: et aperto ostio exiliit. Hanc aūt cū apprehendissem⁹ interrogauimus quisnā esset adolescēs: et noluit indicare nobis. Huius rei

ctes fuimus. Credidit eis multitudo quasi senibus & iudicibus populi: et condemnauerunt eam ad mortem. Exclamauit autē voce magna susanna et dixit. Deus eterne qui absconditorum es cognitor q̄ nosti omnia anteqū fiant: tu scis quoniā falsum testimoniū tulerunt ꝺra me: & ecce morior cū nichil horū fecerim que isti malitiose cōposuerunt adūsum me. Exaudiuit autē dñs voce eius. Cumq; duceret ad mortem: suscitauit dñs spiritū sanctū pueri iuniores cuius nomē daniel: et exclamauit voce magna. Mūdus ego sū a sanguine huius. Et cōuersus omnis populus ad eum dixit. Quis est iste sermo quē tu locus es? Qui cū staret in medio eorum ait. Sic facti filij israel nō iudicantes neq; qđ verū est cognoscentes condemnastis filiā israel. Reuertimini ad iudiciū: quia falsum testimoniū locuti sunt aduersus eā. Reuersus est ergo populus cū festinatione. Et dixerūt ei seniores. Veni et sede in medio nostrū et indica nobis: quia tibi deus dedit honorē senectutis. Et dixit ad eos daniel. Separate illos ab inuicem procul: et diiudicabo eos. Cū ergo diuisi essent alter ab altero: vocauit unū de eis: et dixit ad eū. Inueterate diebus malorū: nūc venerūt peccata tua que operabaris prius: iudicās iudicia iniusta: innocentes opprimēs et dimittens noxios dicente dño: innocentē et iustum nō interficies. Nunc ergo si vidisti eā: dic sub qua arbore videris eos colloquētes tibi. Qui ait. Sub ilice. Dixit aūt daniel. Recte mentitus es in caput tuū. Ecce enī angelus dei acceptā sententiā ab eo scindet te mediū. Et amoto eo iussit venire alium: et dixit ei. Semen chanaan & nō iuda species decepit te: et cōcupiscentia subuertit cor tuū. Sic faciebatis filiabus israel: et illē timentes loquebātur vobis: sed nō filia iuda sustinuit iniquitatē vestrā. Nūc ergo dic michi sub qua arbore cōprehendens eos loquentes tibi. Qui ait. Sub prino. Dixit aūt ei daniel. Recte mentitus es & tu in caput tuū. Manet enī angelus dei gladiū habens ut secet te mediū: et interficiat vos. Exclamauit itaq; omnis cetus voce magna: et benedixerūt deū qui saluat sperātes in se. Et cōsurrexerunt aduersus duos presbiteros. Cōuicerat enī eos daniel ex ore suo falsū dixisse testimoniū. Feceruntq; eis sicut male egerāt aduersus proximū ut facerent secūm legem moysi: & interfecerūt eos. Et saluatus est sanguis innoxius in die illa. Helchias aūt & uxor eius laudauerūt deū pro filia sua susanna cū ioachim marito eius & cognatis omnibus: quia nō est inuenta in ea res turpis. Daniel aūt factus est magnus in cōspectu populi a die illa et deinceps. Et rex astiages appositus est ad patres suos: et suscepit cyrus persa regnum eius.

Erat aūt daniel cōuiua regis: et honoratus sup omnes amicos eius. Erat quoq; ydolū apud babilonios nomine bel: & impendebātur in eo per dies singulos simile artabe duodecim: & oues quadraginta: vinique amphore sex. Rex q̄q; colebat eū: et ibat per singulos dies adorare eū porro daniel adorabat deum suū. Dixitq; ei rex. Quare nō adoras bel? Qui respōdens ait ei. Quia nō colo ydola manufacta sed viuentem deū: qui creauit celū et terrā et habet potestatē omnis carnis. Et dixit rex ad eū. Non videtur tibi esse bel vivus deus? An nō vides quanta comedat et bibat quotidie? Et ait daniel

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0285
powered by DWork • Heidelberg University Library

arrideus. Ait rex. Iste est enī intrinsecus lutū: forinsecus eneus: neq; comedit aliquādo. Et iratus rex vocauit sacerdotes eius: et ait eis. Nisi dixeritis mihi quis est qui comedat impensas has morietmini. Si aūt ostenderitis q̄ bel comedat hec moriet̄ daniel: quia blasphemauit in bel. Et dixit daniel regi. Fiat iuxta verbū tuum. Erant aūt sacerdotes bel septuagīta: exceptis uxoribus z paruulis z filijs. Et uenit rex cū daniele in templum belis. Et dixerūt sacerdotes belis. Ecce nos egredimur foras: et tu rex pone escas et uinū misce: et claude ostiū z signa anulo tuo. Et cū ingressus fueris mane nisi inueneris oīa comesta a bel morte moriemur: uel daniel qui mentitus est aduersum nos. Cōfidebant aūt quia fecerāt sub mensa absconditum introitū: z per illū ingrediebātur semp et deuorabāt ea. Factū est igitur postq̄ egressi sunt illi et rex posuit cibos ante bel: p̄cepit daniel pueris suis et attulerūt cinerē: et cribrauit p̄ totū templū coram rege: z egressi clauserūt ostiū: et signantes anulo regis abierunt. Sacerdotes aūt ingressi sunt nocte iuxta cōsuetudinē suā et uxores et filij eor: et comederūt oīa z bibert̄. Surrexit aut̄ rex primo diluculo: et daniel cū eo. Et ait rex. Salua ne sint signacula daniel? Qui respōdit. Salua rex. Statimq; cū aperuisset ostiū: intuitus rex mēsam exclamauit uoce magna. Magn⁹ es bel: et nō ē apud te dol⁹ quisq̄. Et risit daniel: et tenuit regem ne ingrederet̄ intro et dixit. Ecce pauimētum: animaduerte cuius uestigia sunt hec. Et dixit rex. Video uestigia uirorum et mulierū et infantū. Et iratus est rex. Tunc apprehendit rex sacerdotes et uxores et filios eor: et ostenderunt ei abscondita ostiola p q̄ ingrediebātur z cōsumebāt que erant sup mensam. Occidit ergo illos rex: z bel tradidit in potestatē danielis: qui subuūit eū et templū eius. Et erat draco magnus in loco illo: et colebāt eū babilonij. Et dixit rex danieli. Ecce nūc non potes dicere quia iste nō sit deus uiuēs. Adora ergo eū. Dixitq; daniel regi. Dominū deū meū adoro: quia ipe est deus uiuēs. Iste aūt nō est deus uiuens. Tu aūt rex da mihi potestatem: z interficiā draconē absq; gladio et fuste. Et ait rex. Do tibi. Tulit ergo daniel picem z adipē et pilos et coxit pariter: fecitq; massas et dedit in os draconis: et diruptus est draco. Et dixit daniel. Ecce quē colebatis. Quod cū audissent babilonij indignati sunt uehementer: et cōgregati aduersum regem dixerunt. Iudeus factus est rex. Bel destruxit: draconē interfecit: et sacerdotes occidit. Et dixerūt cū uenissent ad regē. Trade nobis danielē: alioquin interficiemus te z domū tuā. Vidit ergo rex q̄ irruerūt in eū uehemēter: et necessitate cōpulsus tradidit eis danielē. Qui miserūt eū in lacū leonū: et erat ibi diebus sex. Porro in lacu erant leones septem: et dabātur eis duo corpora quotidie et due oues: et tūc nō data sunt eis ut deuorarēt danielē. Erat aūt abbacuc pphēta in iudea: et ipse coxerat pulmentū et intinxerat panes in alueolo: z ibat in campū ut ferret messoribus. Dixitq; angelus dñi ad abbacuc. Fer prandiū q̄ habes in babilonem danieli: qui est in lacu leonū. Et dixit abbacuc. Domine babilonē nō uidi: et lacū nescio. Et apprehendit eū angelus dñi in uertice eius: et portauit eū

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0286
powered by DWork • Heidelberg University Library

capillo capitis sui: posuitq; eum in
babilonem super lacum in impetu
spiritus sui. Et clamauit abbacuc di-
cens. Daniel serue dei: tolle prandi-
um quod misit tibi deus. Et ait dani-
el. Recordatus es mei deus: et non de-
reliquisti diligentes te. Surgensq; da-
niel comedit. Porro angelus domi-
ni restituit abbacuc confestim in loco
suo. Venit ergo rex die septimo ut lu-
geret danielem: et venit ad lacum et
introspexit: et ecce daniel sedēs in me-
dio leonum. Et exclamauit voce ma-
gna rex dicens. Magnus es domine
deus danielis. Et extraxit eū. Porro
illos qui perditionis eius causa fue-
rant intromisit in lacum: ⁊ deuorati
sunt in momento coram eo. ¶ Hic
Incipit prologus duodecim ꝓpheta-
rum Prologus osee ꝓphete iiii.

Non idem ordo est duode-
cim prophetarum apud
hebreos qui ē apud nos.
Unde secūdum id quod
ibi legitur: hic quoq; dispositi sunt.
Osee commaticus est: et quasi per sen-
tentias loquēs. Iohel planus in prin-
cipijs in fine obscurior: et usq; ad
malachiam habent singuli proprie-
tates suas: quem esdram scribam le-
gisq; doctorem hebrei autumant. Et
quia longum est nunc de omnibus
dicere: hoc tantum nos o paula et
eustochium ammonitas scire volo
unum librum esse duodecim prophe-
tarum: et osee synchronon ysaie: ma-
lachiam vero aggei et zacharie fuis-
se temporibus. In quibus autem tem-
pus nō p̄fertur in titulo: sub illis eos
regibꝫ ꝓphetasse sub quibꝫ et hij q̄ an-
te eos habēt titulos ꝓphetauerūt.
Incipit liber osee prophete capl' i.

Verbū dñi quod fa-
ctum est ad osee fili-
um beeri in diebus
ozie ioathan achaz
ezechie regū iuda: ⁊
in diebus iheroboā
filij ioas regis isrl'. Principiū loquen-
di dñm in osee. Et dixit dñs ad osee.
Vade sume tibi vxorem fornicariā: ⁊
fac tibi filios fornicatōnū: quia forni-
cans fornicabit̄ terra a dño. Et abijt
et accepit gomer filiam de belaim: et
cōcepit et peperit ei filiū. Et dixit dñs
ad eū. Voca nomē ei⁹ ihezrahel. Quo-
niam adhuc modicū ⁊ visitabo san-
guinē ihezrahel sup domū iehu: ⁊ qui-
escere faciā regnū domus israhel. Et
in illa die cōteram arcū isrl': in valle
ihezrahel. Et concepit adhuc: ⁊ pepe-
rit filiā. Et dixit ei. Voca nomē eius
absq; misericordia. Quia nō addam
vltra misereri domui israhel: sed obli-
uione obliuiscar eoꝝ. Et domui iuda
miserebor: et saluabo eos in dño deo
suo: et nō saluabo eos in arcu et gla-
dio ⁊ in bello ⁊ in equis et in equitibꝫ.
Et ablactauit eā que erat absq; mise-
ricordia. Et cōcepit: et peperit filiū. Et
dixit ei. Voca nomē ei⁹ nō ꝓplus me⁹.
Quia vos nō ꝓplus meus: et ego nō
ero vester de⁹. Et erit numer⁹ filioꝝ isrl'
quasi arena maris que sine mensura
est: et nō numerabitur. Et erit in loco
vbi dicetur eis non ꝓplus meus vos:
dicetur eis filij dei viuentis. Et congre-
gabuntur filij iuda et filij isrl' pariter ⁊
ponēt sibimet caput vnū: et ascendēt de
terra: q̄a magn⁹ dies ihezrahel. ¶

Dicite fratribꝫ vestris ꝓplus me⁹:
et sorori vestre misericordiā con-
secuta. Iudicate matrem vestrā iudi-
cate: quoniā ipsa nō vxor mea: et ego



Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
Et reūlus est angelus qui loquebatur ī me: et suscitauit me quasi virū qui suscitat̄ de somno suo. Et dixit ad me. Quid tu vides? Et dixi. Vidi: et ecce candelabrū aureū totū: et lampas eius sup caput ipi9: et septem lucerne eius sup illud: et septē infusoria a lucernis que erāt sup caput eius: et due oliue sup illud: una a dextris lampadis: et una a sinistris eius. Et respōdi: et aio ad angelū qui loquebat̄ in me dicens. Quid sunt hec dñe mi? Et respondit angel9 qui loquebat̄ in me: et dixit ad me. Nunquid nescis quid sunt hec? Et dixi. Non dñe mi. Et respōdit: et ait ad me dicens. Hoc est verbum dñi ad zorobabel dicens. Non in exercitu nec in robore: sed in spiritu meo dicit dñs exercituū. Quis tu mōs magne coram zorobabel in planū? Et educet lapidē primariū: et exequabit gratiā gratie eius. Et factū est verbū dñi ad me dicēs. Manus zorobabel fundauerūt domū istā: et manus ei9 perficiēt eā: et scietis quia dñs exercituū misit me ad vos. Quis enī despexit dies paruos? Et letabūtur: et videbunt lapidē stagneum in manu zorobabel. Septē sunt isti oculi dñi: qui discurrūt in uniūsam terrā. Et respondi: et dixi ad eū. Quid sunt due olive iste ad dexteram candelabri et ad sinistrā ei9? Et respondi sēd o: et dixi ad eū. Quid sūt due spice oliuarū que sunt iuxta duo rostra aurea: in quibz sunt suffusoria ex auro? Et ait ad me dicēs. Nūquid nescis q̄d sūt hec? Et dixi. Nō dñe mi. Et dixit. Isti sūt duo filij olei splendoris: q̄ assistūt dñatori uniūsi re.

Et rōuersus sū: et leuaui oculos meos et vidi: et ecce volumē volās. Et dixit ad me. Quid tu vides? Et dixi. Ecce ego video volumē volās: lōgitudo ei9 viginti cubitorū: et latitudo ei9 decem cubitorū. Et dixit ad me. Hec est maledictio que egredit̄ sup faciē oīm terre: quia oīmis fur sicut ibi scriptū est iudicabitur: et oīmis iurās ex hoc similiter iudicabit̄. Educā illud dicit dñs exercituū: et veniet ad domū furis et ad domū iurantis in nomine meo mendaciter: et cōmorabit̄ in medio domus eius: et cōsumet eā et ligna eius et lapides eius. Et egressus ē angelus qui loquebat̄ in me: et dixit ad me. Leua oculos tuos et vide. Quid est hoc q̄ egreditur? Et dixi. Quidnam est? Et ait. Hec est anfora egrediens. Et dixit. Hec est oculus eorum in uniuersa terra. Et ecce talētum plumbi portabat̄: et ecce mulier una sedens in medio anfore. Et dixit. Hec ē impietas. Et proiecit eā in medio anfore: et misit massam plumbeam in os eius. Et leuaui oculos meos et vidi: et ecce due mulieres egredientes: et spiritus in alis earū. Et habebāt alas quasi alas milui: et

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0318
powered by DWork • Heidelberg University Library

leuauerunt anforā inter terram et celū.
Et dixi ad angelū qui loquebat̄ i me.
Quo iste deferūt anforā? Et dixit ad
me. Vt edificet̄ ei dom⁹ i terra sennaar:
et stabiliat̄ et ponat̄ ibi sup basem suā.
Et cōuersus sum: et leuaui vi
oculos meos et vidi: et ecce qua-
tuor quadrige egrediētes de medio du-
orū montiū: ⁊ mōtes montes erei. In
quadriga prima equi rufi: in quadri-
ga scd̄a equi nigri in quadriga tercia
equi albi. ⁊ in q̄driga quarta equi va-
rij ⁊ fortes. Et respōdi: ⁊ dixi ad ange-
lū qui loquebat̄ in me. Quid sunt hec
dn̄e mi? Et respondit angelus: et ait
ad me. Isti sunt q̄tuor venti celi: qui e-
grediūtur ut stent corā dn̄atore om̄is
terre. In qua erāt equi nigri egrediebā
tur in terrā aquilonis: et albi egressi
sunt post eos: et varij egressi sunt ad
terrā austri. Qui aūt erāt robustissimi
exierūt: ⁊ querebāt ire ⁊ discurrere per o-
mnē terrā. Et dixit. Ite: ⁊ perambulate
terrā. Et perambulauerūt terrā. Et vo-
cauit me: ⁊ locut⁹ est ad me dicēs. Ec-
ce qui egrediūtur in terrā aquilonis:
requiescere fecerūt spiritū meū in terra
aquilonis. Et factū est verbū dn̄i ad
me dicens. Sume a transmigratione
ab oldai et a thobia et ab idaia et ve-
nies tu in die illa et intrabis domū io-
sye filij sophonie qui venerūt de babi-
lone: ⁊ sumes aurū ⁊ argentū ⁊ facies
coronas et pones in capite ihesu filij
iosedech sacerdotis magni: ⁊ loqueris
ad eū dicens. Hec ait dn̄s exercituum
dicēs. Ecce vir: oriens nomē eius. Et
subter eū orietur: et edificabit templū
dn̄o: et ipe extruet templū dn̄o. Et ipse
portabit gloriā: ⁊ sedebit ⁊ dn̄abitur
sup solio suo. Et erit sacerdos sup so-
lio suo: et cōsiliū pacis erit inter illos
duos. Et corone erūt helem et thobie
et idaie ⁊ hen filio sophonie: memori-
ale in templo dn̄i. Et qui procul sunt
venient et edificabūt in templo dn̄i: et
scietis quia dominus exercituum mi-
sit me ad vos. Erit aūt hoc: si auditu
audieritis vocē dn̄i dei vestri. vij
Et factū est in anno quarto darij
regis: factum est verbum dn̄i ad
zachariā in quarta mensis noni qui
est casleu. Et miserūt ad domū dei sa-
rasar et rogomelech et viri qui erāt cū
eis ad deprecandā faciē dn̄i: ut dicerēt
sacerdotibꝫ dom⁹ dn̄i exercituū ⁊ ꝓphe-
tis loquētes. Nūquid flendū ē michi
in quinto mense: uel sanctificare me
debeo sicut feci iam multis ānis? Et
factū est verbū dn̄i exercituū ad me di-
cens. Loquere ad omnē ꝑsm terre: et
ad sacerdotes dicens. Cū ieiunaretis
et plangeretis in quinto ⁊ septimo per
hos septuaginta ānos: nūquid ieiu-
niū ieiunastis michi? Et cum comedi-
stis ⁊ bibistis: nunq̄d nō vobis come-
distis et vobismetipsis bibistis? Nū-
quid nō hec sunt verba que locutus
est dn̄s in manu ꝓphetaꝝ prioꝝ cū ad-
huc iherusalē habitaret̄ et esset opulē-
ta: ipa ⁊ vrbes in circuitu ei⁹: et ad au-
strū ⁊ in cāpestribꝫ habitaretur? Et fa-
ctū est verbum dn̄i ad zachariā dicēs.
Hec ait dn̄s exercituū dicens. Iudiciū
verū iudicate: et misericordiā et misera-
tiones facite vnusquisq; cū fratre suo.
Et viduā et pupillū ⁊ aduenā et pau-
perem nolite calūniari: ⁊ malū vir fra-
tri suo non cogitet in corde suo. Et no-
luerūt attendere et auerterunt scapulā
recedētes: ⁊ aures suas aggrauauerūt
ne audirent: et cor suum posuerūt ut
adamātem ne audirēt legē et verba q̄
misit dominus exercituū i spiritu suo





Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0319
powered by DWork • Heidelberg University Library

sancto p manū pheraz priorum. Et facta ē indignatio magna a dñmino ex̄ercituū. Et factū ē: sicut locutus sum et non audierūt: sic clamabūt et non exaudiā dicit dñs ex̄ercituū. Et dispersi eos p omnia regna que nescāūt: et terra desolata est ab eis eo q̄ non esset transiens z reuertens: z posuerunt terram desiderabilem in desertum.

Et factum ē verbū dñi ex̄ercituū dicēs. Hec dicit dñs ex̄ercituū. Zelatus sū syon zelo magno: z indignatione magna zelatus sum eā. Hec dicit dñs ex̄ercituū: reūrsus sum ad syō: z habitabo in medio ihrlm. Et vocabitur iherusalē ciuitas veritatis: z mōs dñmi ex̄ercituū mons sanctificatus. Hec dicit dñs ex̄ercituū. Adhuc habitabūt senes z anus in plateis ihrlm: et vir baculus in manu ei⁹ p̄ multitudine dierū. Et platee ciuitatis complebunt infantibz: z puellis ludentibus in plateis eius. Hec dicit dñs ex̄ercituum. Si videbit difficile in oculis reliquiarū pp̄li huius in diebz illis: numquid in oculis meis difficile erit dicit dñs ex̄ercituū? Hec dicit dñs ex̄ercituū. Ecce ego saluabo pp̄lm meum de terra orientis z de terra occasus solis: z adducam eos z habitabūt in medio iherusalē: z erunt michi in populū z ego ero eis in deū in veritate z in iustitia. Hec dicit dñs ex̄ercituū. Confortentur manus vr̄e qui auditis in hijs diebz sermones istos per os pheraz: in die qua fundata ē domus dñi ex̄ercituū ut templū edificaretur. Siquidē ante dies illos merces hominū nō erat nec merces iumentorū erat: neq; introeūti et exeunti erat pax pre tribulatione: et dimisi omnes homines vnūquenq; cōtra proximū suū. Nūc autem non iuxta dies p̄mores ego faciam reliquijs populi huius dicit dñs ex̄ercituū: sed semen pacis erit. Vinea dabit fructum suū: z terra dabit germen suū. Et celi dabunt rorem suū: z possidere faciā reliquias pp̄li huius vniuersa hec. Et erit: sicut eratis maledictio in gentibz domus iuda z domus israhel: sic saluabo vos z eritis benedictio. Nolite timere. Cōfortentur manus vr̄e: quia hec dicit dñs ex̄ercituū. Sicut cogitaui ut affligerem vos cum ad iracundiā prouocassent patres vestri me dicit dominus et nō sum misertus: sic conuersus cogitaui i diebus istis ut benefaciā domui iuda z ihrlm. Nolite timere. Hec sunt ergo verba q̄ facietis. Loquimini veritatem vnusquisq; cum proximo suo. Veritatē et iudicium pacis iudicate i portis vestris: z vnusquisq; malū contra amicū suū ne cogitetis in cordibz vestris: z iuramētū mendax ne diligatis. Omnia enī hec sūt q̄ odi dicit dñs. Et factū est verbū dñi ex̄ercituū ad me dicens. Hec dicit dñs ex̄ercituū. Ieiunium quarti z ieiunium quinti z ieiunium septimi et ieiunium decimi erit domui iude in gaudiū z in letitiā: z i solēnitates preclaras. Veritatē tantū z pacem diligite. Hec dicit dñs ex̄ercituū. Usque quo veniant populi z habitent in ciuitatibus multis: z vadant habitatores vnus ad alterū dicentes. Eamus z deprecemur faciem dñi: z quecamus dominū ex̄ercituū. Vadam etiam ego. Et venient populi multi z gentes robuste ad querendū dñm ex̄ercituū in iherusalem: z deprecandā faciem domini. Hec dicit dominus ex̄ercituū. In diebus illis in q̄bz apprehendent decē hōies ex omnibz linguis gentiū: z apprehendet fimbriā viri iudei dicētes: ibimus vobiscū.

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0320
powered by DWork • Heidelberg University Library

Audiuim⁹ enī qm̄ de⁹ vobiscū ē. ix

Onus verbi dn̄i in terra adrach ⁊ damasci requiei eius: quia dn̄s est oculꝰ hominis: et omniū tribuum isrl̄. Emath quoq; in terminis eius: ⁊ tyrus et sydon. Assumpserūt quippe sibi sapientiā valde. Et edificauit tyrꝰ munitionē suā: et coaceruauit argētū quasi humū: et aurū ut lutū platearū. Et ecce dn̄s possidebit eā: et ꝑcutiet in mari fortitudinē eiꝰ: ⁊ hec igni deuorabitur. Videbit ascalon ⁊ timebit: ⁊ gaza et dolebit nimis: et accaron quoniā cōfusa est spes eius. Et peribit rex de gaza: et ascalon non habitabitur. Et sedebit separator in azoto: et disperdam suꝑbiā philistinoꝝ. Et auferam sanguinē eius de ore eius: et abominationes eius de medio dentiū eiꝰ. Et relinquet̄ etiā ip̄e deo nostro: et erit q̄si dux ī iuda: ⁊ accaron quasi iebuseus. Et circūdabo domū meā ex hijs q̄ militant michi eūtes et reuertentes: et non trāsibit suꝑ eos vltra exactor: quia nūc vidi in oclis meis. Exulta satis filia syon: iubila filia iherusalē. Ecce rex tuꝰ veniet tibi iustꝰ et saluator: ip̄e pauꝑ et ascendēs suꝑ asinā: ⁊ suꝑ pullū filium asine. Et disperdā quadrigā ex ephraim: et equū de iherusalē: et dissipabitur arcus belli. Et loquet̄ pacē gentibꝫ: ⁊ potestas eiꝰ a mari usq; ad mare: et a fluminibus usq; ad fines terre. Tu quoq; in sanguine testamēti tui emisisti vinctos tuos de lacu: in quo nō est aqua. Cōuertimini ad munitionē iuncti spei. Hodie quoq; ānuncians duplicia reddam tibi: quoniā extendi michi iudam quasi arcū: impleui terrā ephraim. Et suscitabo filios tuos syon super filios tuos grecia: et ponā te quasi gladiū fortiū. Et dn̄s deus suꝑ eos videbit̄: et exibit ut fulgur iaculū eius. Et dn̄s deus in tuba canet: et vadet in turbine austri. Dominꝰ exercituum protiget eos: et deuorabūt et subicient lapibꝫ funde. Et bibentes inebriabunt̄ quasi a vino: et replebūtur ut phiale: ⁊ quasi cornua altaris. Et saluabit eos dn̄s deus eoꝝ in die illa ut gregē ꝓpli sui: q̄a lapides sancti eleuabūt̄ suꝑ terrā eiꝰ. Quid enī bonū eiꝰ est. et quid pulcrū eiꝰ: nisi frumētū electoꝝ et vinum germinans virgines? x

Petite pluuiā a dn̄o ī tp̄e serotino: et dn̄s faciet niues et pluuiam ymbris: et dabit eis singulis herbam in agro. Quia simulacra locuta sunt inutile: ⁊ diuini viderūt mendacium: et somniatores locuti sunt frustra et vane cōsolabantur. Idcirco adducti sunt quasi grex: affligent̄ quia nō est pastor eis. Suꝑ pastores iratꝰ est furor meꝰ: et suꝑ hircos visitabo. Quia visitauit dn̄s exercituū gregem suū domū iuda: et posuit eos quasi equum glorie sue in bello. Ex ipso angulꝰ. et ex ip̄o paxillꝰ: ex ip̄o arcꝰ p̄lij: et ex ipso egredient̄ om̄is exactor simul. Et erunt quasi fortes: cōculcātes lutū viarū in prelio. Et bellabūt quia dn̄s cū eis: et confundent̄ ascensores equorū. Et cōfortabo domū iuda: et domū ioseph saluabo. Et conuertā eos quia miserebor eoꝝ: et erūt sicut fuerūt quādo nō proiecerā eos. Ego enī dn̄s deꝰ eoꝝ: et exaudiā eos. Et erunt q̄si fortes ephraim: et letabitur cor eorū quasi a vino. Et filij eoꝝ videbūt et letabūtur: et exultabit cor eoꝝ in dn̄o. Sibilabo eis et cōgregabo illos: quia redemi eos. Et multiplicabo eos sicut ante fuerāt multiplicati: et seminabo eos in ꝓplis. Et de longe recordabūtur mei: ⁊ viuēt





Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0321
powered by DWork • Heidelberg University Library

cū filijs suis et reūtent̄. Et reducā eos
de terra egipti: ⁊ de assirijs cōgregabo
eos. Et ad terrā galaad et libani ad-
ducā eos: ⁊ nō inuenietur eis locꝰ. Et
transijt in maris freto: et percutiet in
mari fluctus: et cōfundētur om̄ia pro-
funda fluminis. Et humiliabitur su-
perbia assur: et sceptrum egipti recedet.
Confortabo eos in domino: et in no-
mine eius ābulabūt dicit dn̄s. xi

Aperi libane portas tuas: et come-
dat ignis cedros tuas. Vlula
abies quia cecidit cedrꝰ: quoniā ma-
gnifici vastati sunt. Vlulate quercus
basan: quoniā succisus est saltus mu-
nitus. Vox vlulatꝰ pastorū: quia va-
stata est magnificentia eoꝝ. Vox rugi-
tus leonū: quoniā vastata est sup̄bia
iordanis. Hec dicit dn̄s deus meus.
Pasce pecora occisionis: que qui pos-
sederāt occidebāt et nō dolebāt: ⁊ ven-
debāt ea dicētes. Benedictꝰ dn̄s: diui-
tes facti sumꝰ. Et pastores eoꝝ nō par-
cebāt eis: et ego nō parcā vltra sup̄ ha-
bitantes terrā dicit dn̄s. Ecce ego tra-
dam homines · vnūquēq; in manu
proximi sui · et in manu regis sui: ⁊ cō-
scindēt terrā ⁊ nō eruā de manu eoꝝ: ⁊
pascam pecus occisionis ꝓpter hoc o
pauperes gregis. Et assumpsi michi
duas virgas: vnā vocaui decorē et
alterā vocaui funiculū: et paui gregē.
Et succidi tres pastores in mēse vno:
et contracta est anima mea in eis. Si-
quidē et anima eorū variauit in me.
Et dixi. Nō pascam vos. Quod mo-
ritur moriat̄: et quod succiditur succi-
datur: et reliqui deuorēt vnusquisq;
carnē proximi sui. Et tuli virgā meā
que vocabat̄ decus et abscondi eā: ut
irritū facerē fedus meū quod percussi
cū omnibꝫ ꝓplis: et in irritū deductum
est in die illa. Et cognouerunt sic pau-
peres gregis qui custodiūt michi: q̄a
verbū dn̄i est. Et dixi ad eos. Si bonū
est in oculis vr̄is afferte mercedē meā:
et si nō · quiescite. Et appenderūt merce-
dem meā: triginta argenteos. Et dixit
dn̄s ad me. Proice illud ad statuari-
um. Decorū preciū: quo appreciatꝰ sū
ab eis. Et tuli trigīta argēteos: et pro-
ieci illos in domo dn̄i ad statuarium.
Et p̄scidi virgā meā secūdā que appel-
labatur funiculꝰ: ut dissoluerē germa-
nitatem inter iudā et israhel. Et dixit
dn̄s ad me. Adhuc sume tibi vasa pa-
storis stulti. Quia ecce ego suscitabo
pastorē in terra qui derelicta nō visita-
bit · dispersum nō queret: et cōtritū nō
sanabit ⁊ id qd̄ stat nō enutriet: et car-
nes pinguiū comedet · et vngulas eo-
rum dissoluet. O pastor et ydolū: dere-
linquēs gregem. Gladius sup̄ brachi-
um eius: ⁊ sup̄ oculū dextrū eiꝰ. Brachi-
um eius ariditate siccabit̄: ⁊ oculus de-
xter eiꝰ tenebrescens obscurabit̄. xii

Onus verbi dn̄i sup̄ israhel. Dixit
dn̄s extendēs celū et fundās ter-
ram: et fingens spiritū hominis in eo.
Ecce ego ponā ihrl̄m sup̄liminare cra-
pule om̄ibꝫ ꝓplis in circuitu: sed ⁊ iuda
erit in obsidione cōtra ihrl̄m. Et erit:
in die illa ponā iherusalē lapidē one-
ris cūctis ꝓplis. Om̄es qui eleuabunt
eam concisione lacerabūtur: et colligē-
tur adūsus eam om̄ia regna terre. In
die illa dicit dn̄s ꝑcutiā omnē equū ī
stupore: et ascensorem eiꝰ in amentia.
Et sup̄ domū iuda aperiā oculos me-
os: et omnē equū ꝓplorū ꝑcutiā cecita-
te. Et dicent duces iuda in corde suo.
confortentur michi habitatores iheru-
salē: in dn̄o exercituū deo eorū. In die
illa ponā duces iuda sicut caminum

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0322
powered by DWork • Heidelberg University Library

ignis in lignis et sicut facem ignis in
feno: et deuorabūt ad dextrā ⁊ ad sini-
stram omnes ꝓplos in circuitu. Et habi-
tabitur iherusalē rursus in loco suo ī
iherusalē: et saluabit dn̄s tabernacla
iuda sicut in principio: ut nō magni-
fice glorietur domꝰ dauid: ⁊ gloria ha-
bitantiū ihrlm ɔtra iudā. In die illo
proteget dn̄s habitatores iherusalem.
Et erit qui offenderit ex eis in die illa
quasi dauid: et domus dauid quasi
dei: sicut angelꝰ dn̄i in ɔspectu eius. Et
erit in die illa querā conterere omnes
gentes que veniūt cōtra iherusalē: ⁊ ef-
fundā sup domū dauid et sup habi-
tatores iherusalē spiritū gratie ⁊ precū.
Et aspiciēt ad me quē cōfixerūt: et plā-
gēt eū plāctu q̄si sup unigenitū: ⁊ dole-
būt sup eū ut doleri solet in morte pri-
mogeniti. In die illa magnꝰ erit plā-
ctus ī ihrlm sicut plāctꝰ adrēmon: in
campo magedon. Et planget terra:
familie ⁊ familie seorsum. Familie do-
mus dauid seorsum: et mulieres eorū
seorsum. Familie domꝰ nathan seorsū:
et mulieres eoꝝ seorsum. Familie do-
mus leui seorsum: et mulieres eorum
seorsum. Familie semei seorsum: ⁊ mu-
lieres eorum seorsum. Omnes famili-
e relique: familie et familie seorsum:
et mulieres eorum seorsum. xiij

In die illa erit fons patēs domꝰ dauid
et habitātibꝫ iherusalē: in ablutionē
peccatoris ⁊ menstruate. Et erit in die
illa dicit dn̄s exercituū disperdā nomi-
na ydoloꝝ de terra: et nō memorabū-
tur ultra. Et pseudo ꝓphetas et spiritū
immūdū auferā de terra. Et erit cum
prophetauerit quispiā ultra: dicent ei
pater eius et mater eius qui genuerūt
eum. Non viues: quia mendacium lo-
cutus es ī nomine dn̄i. Et configent
eū pater eius et mater eius genitores
eius cū ꝓphetauerit. Et erit: in die illa
cōfundentur prophete unusquisq; ex vi-
sione sua cū ꝓphetauerint: nec operien-
tur pallio saccino ut mentiantur. Sed
dicet: nō sum propheta. Homo agri-
cola ego sum: quoniā adam exemplū
meū ab adolescentia mea. Et dicetur ei.
Quid sunt plage iste in medio manu-
um tuaꝝ? Et dicet. Hijs plagatꝰ sum
in domo eoꝝ qui diligebant me. Fra-
mea suscitare sup pastorē meū: et sup
virū coherentē michi dicit dn̄s exercitu-
um. Percute pastorem: et dispergētur
oues. Et cōuertam manū meā ad par-
uulos: et erūt in omni terra dicit dn̄s.
Partes due in ea dispergentur et defici-
ent: et tercia pars relinquetur in ea. Et
ducam terciā partē per ignē: et vram
eos sicut vritur argentū: et probabo eos
sicut probatur aurū. Ipse vocabit nomē
meū: ⁊ ego exaudiā eū. Et dicā ꝓplus
meus es: ⁊ ipse dicet dn̄s deus meus.

xiiij

Ecce dies veniūt dicit do-
minus: et diuidentur spolia tua ī
medio tui. Et cōgregabo omnes gen-
tes ad iherusalē in p̄liū: et capietur ci-
uitas et vastabūtur domꝰ: et mulieres
violabūtur. Et egredietur media pars
ciuitatis in captiuitatē: et reliquū ꝓpli
nō auferetur ex vrbe. Et egredietur dn̄s
et preliabitur contra gentes illas: sicut
preliatus est in die certaminis. Et sta-
būt pedes eius in die illa sup mōtem
oliuarū: qui est ɔtra iherusalē ad ori-
entem. Et scindetur mōs oliuaꝝ ex me-
dia parte sui ad orientem et ad occidē-
tem p̄rupto grandi valde. Et separa-
bitur mediū montis ad aquilonē: et
mediū eius ad meridiē. Et fugietis ad
vallē mōtiū eoꝝ: quoniā cōiungetur
vallis mōtium usq; ad proximū. Et



Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0323
powered by DWork • Heidelberg University Library

fugietis sicut fugistis a facie terremotꝰ
in diebꝫ ozie regis iuda. Et veniet do-
minus deus meꝰ: omēsq; sancti cū eo.
Et erit: in die illa nō erit lux sed frigus
et gelu. Et erit dies vna que nota ē do-
mino: nō dies neq; nox: et in tpe vespe-
ri erit lux. Et erit: ī die illa exibūt aque
viue de iherusalē. Mediū earū ad ma-
re orientale: et mediū earꝫ ad mare no-
uissimū. In estate ⁊ in hyeme erūt: et e-
rit dn̄s rex sup omnē terrā. In die illa
erit dn̄s vnus: et erit nomē eius vnū.
Et reuertet̄ omnis terra usq; ad deser-
tū: de colle remmon ad austrū ihrl'm.
Et exaltabit̄ et habitabit in loco suo
a porta beniamin usq; ad locū porte
prioris et usq; ad portā angulorꝫ: et
a turre ananehel usq; ad torcularia re-
gis. Et habitabūt in ea: et anathema
nō erit amplius. Sed sedebit ihrl'm secu-
ra: et hec erit plaga qua pcutiet dn̄s o-
mnes gentes q̄ pugnauerūt aduersus
ihrl'm. Tabescet caro vniuscuiusq; stā-
tis sup pedes suos: et ocli eius cōtabe-
scent in foraminibꝫ suis: ⁊ lingua eorꝫ
ɔtabescet in ore suo. In die illa erit tu-
multus dn̄i magnus in eis: et appre-
hendet vir manū proximi sui: et cōse-
retur manus eiꝰ sup manū proximi
sui. Sed et iudas pugnabit adūsus
ihrl'm. Et cōgregabūtur diuicie omni-
um gentiū in circuitu: aurꝫ et argentū
et vestes multe satis. Et sic erit ruina
equi et muli et cameli et asini et omni-
um iumētorꝫ que fuerit ī castris illis:
sicut ruina hec. Et omnes qui reliqui
fuerint de vniūsis gentibꝫ que venerūt
ɔtra ihrl'm: ascendēt ab āno in annū.
ut adorēt regem dn̄m exercituū. et cele-
brent festiuitates tabernacl'orꝫ. Et erit
qui nō ascenderit de familijs terre ad
iherusalē ut adorēt regē dn̄m exercituū:
nō erit sup eos ymber. Qd̄ et si famili-
a egipti nō ascenderit ⁊ nō venerit: nec
sup eos erit. Sed erit ruina qua pcuti-
et dn̄s omēs gentes: que non ascende-
rint ad celebrādā festiuitatē taberna-
cl'orꝫ. Hoc erit peccatū egipti et hoc pec-
catū omniū gentiū: que nō ascenderit
ad celebrādā festiuitatem tabernacl'o-
rū. In die illa erit qd̄ sup frenū est equi
sanctū dn̄o: et erūt lebetes in domo do-
mini quasi phyale corā altari. Et erit
omīs lebes in ihrl'm et in iuda sancti-
ficatꝰ dn̄o exercituū. Et veniēt omnes
ymolātes ⁊ sumēt ex eis: ⁊ coquēt ī eis.
Et nō erit mercator vltra ī domo dn̄i
exercituū in die illo.

Incipit liber malachie ꝓphe ·i·

Onus verbi dn̄i ad
israhel ī manu ma-
lachie prophete. Di-
lexi vos dicit dn̄s.
Et dixistis. In quo
dilexisti nos? Non-
ne frater erat esau iacob dicit dn̄s? Et
dilexi iacob: esau aūt odio habui. Et
posui seyr mōtes eius in solitudinem:
et hereditatē eius in dracones deserti.
Qd̄ si dixerit ydumea destructi sumus
sed reuertentes edificabimꝰ que destru-
cta sunt: hec dicit dn̄s exercituū. Isti edi-
ficabūt et ego destruā. Et vocabūtur
termini iniquitatis: et ꝓplus cui iratus
est dn̄s usq; in eternū. Et ocli vr̄i vide-
būt: et vos dicetis. Magnificet̄ dn̄s
sup terminū isrl'. Filiꝰ honorat pr̄em:
et seruꝰ dn̄m suū. Si ergo pater ego sū
vbi est honor meus: ⁊ si dn̄s ego sum.
vbi est timor meꝰ dicit dn̄s exercituū?
Ad vos o sacerdotes: qui despicitis
nomē meū. Et dixistis. In quo despe-
ximus nomen tuū? Offertis super al-
tare meū panē pollutum. Et dicitis.

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0324
powered by DWork • Heidelberg University Library

In quo polluimꝰ te? In eo ꝙ dicitis: mēsa dñi despecta ē. Si offeratis cecū ad īmolādū: nōne malū est? Et si offeratis claudū et lāguidū: nōne malū ē? Offer illud duci tuo: si placuerit ei. aut si susceperit faciē tuā dicit dñs exercituū. Et nūc deprecamini vultū dei ut misereatur vr̄i: de manu enī vr̄a factū ē hoc: si quo modo suscipiat facies vr̄as dicit dñs exercituū. Quis ē in vobis q̄ claudat ostia ⁊ incendit altare meū gratuito? Nō ē michi volūtas ī vobis dicit dñs exercituū: ⁊ munꝰ nō suscipiā de manu vr̄a. Ab ortu enī solis usq; ad occasū magnū ē nomē meū ī gētibꝫ: ⁊ in omī loco sāctificatur ⁊ offertur nomini meo oblatio mūda: q̄a magnū nomē meū in gētibꝫ dicit dñs exercituū. Et vos polluistis illud in eo ꝙ dicitis mēsa dñi ꝯtaminata ē: ⁊ q̄d supponitur ꝯtēptibile ē cū igne q̄ illud deuorat. Et dixistis. Ecce de labore: ⁊ exsufflastis illud dicit dñs exercituū. Et intulistis de rapinis claudū ⁊ lāguidū: et intulistis munꝰ. Nūq̄d suscipiā illud de manu vr̄a dicit dñs? Maledictꝰ dolosus q̄ habet ī grege suo masculū: ⁊ votū faciēs īmolat debile domino. Quia rex magnꝰ ego dicit dominus exercituum: et nomē meum horribile in gentibus. ij

Et nūc ad vos mādatū hoc o sacerdotes. Si nolueritis audire et si nolueritis ponere sup cor ut detis gloriā nomini meo ait dñs exercituū: mittā ī vos egestatē et maledicā benedictionibꝫ vr̄is: ⁊ maledicā illis qm̄ nō posuistis sup cor. Ecce ego proiciā vobis brachiū: ⁊ dispergā sup vultū vr̄m stercus solēnitatū vr̄arꝫ: ⁊ assumet vos secū. Et scietis q̄a misi ad vos mādatū istud: ut esset pactū meū cū leui dicit dñs exercituū. Pactū meū fuit cū eo vite et pacis: ⁊ dedi ei timorē ⁊ timuit me: ⁊ a facie nominis mei pauebat. Lex veritatis fuit ī ore eiꝰ: ⁊ iniq̄tas nō ē inuēta ī labijs eiꝰ. In pace et ī eq̄tate ābulauit mecū: ⁊ multos auertit ab iniq̄tate. Labia enī sacerdotis custodiūt sciētiā: et legē requirēt ex ore eiꝰ: q̄a āgelꝰ dñi exercituum ē. Vos aūt recessistis de via: et scādalizastis plurimos ī lege. Irritū fecistis pactū leui: dicit dñs exercituū. Propter q̄d ⁊ ego dedi vos ꝯtēptibiles ⁊ humiles omībꝫ ꝓplis: sicut nō seruastis vias meas: ⁊ accepistis faciē ī lege. Nūq̄d nō pater vnꝰ omīū nr̄m? Nūq̄d nō deꝰ vnꝰ creauit nos? Quare ergo despicit vnusquisq; nr̄m fratrē suū: violās pactū pr̄m nr̄orꝫ? Trāsgressus ē iuda ⁊ abominatio facta ē in isrl' ⁊ in ihrlm: q̄a ꝯtaminauit iudas sāctificationem dñi quā dilexit: ⁊ habuerūt filiā dei alieni. Disperdat dñs virū q̄ fecerit hoc: magistrū et discipulū de tabernaculo iacob. ⁊ offerentē munꝰ dño exercituū. Et hoc rursū fecistis. Operiebatis lacrimis altare dñi fletu et mugitu: ita ut nō respiciam vltra ad sacrificiū: nec accipiā placabile q̄d de manu vr̄a. Et dixistis. Quā ob causā? Quia dñs testificatꝰ est inter te ⁊ vxorē pubertatis tue: quā tu despexisti. Et hec particeps tua: et vxor federis tui. Nōne vnꝰ fecit: et residuū spiritꝰ eiꝰ ē? Et q̄d vnꝰ querit. nisi semen dei? Custodite ergo spiritū vr̄m: et vxorē adolescentie tue noli despicere. Cū odio habueris dimitte: dicit dñs deus isrl'. Operiet aūt iniq̄tas vestimētū eiꝰ: dicit dñs exercituum. Custodite spiritū vr̄m: et nolite despicere. Laborare fecistis dñm in sermonibus vr̄is. Et dixistis. In quo eū fecimus laborare? In eo ꝙ dicitis. Omīs qui facit malū bonꝰ ē ī ꝯspectu dñi: ⁊ tales





Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0325
powered by DWork • Heidelberg University Library

ei placet. Aut certe: ubi est deus iudicij?
Ecce ego mittam angelum meum: iij
et preparabit viam ante faciem meam. Et
statim veniet ad templum suum dominator quem
vos queritis: et angelus testamenti quem vos
vultis. Ecce venit: dicit dominus exercituum.
Et quis poterit cogitare diem aduentus eius?
Et quis stabit ad videndum eum? Ipse enim quasi
ignis conflans: et quasi herba fullonum. Et se-
debit conflans et emundans argentum: et purga-
bit filios leui. Et colabit eos quasi aurum
et quasi argentum: et erunt domino offerentes sacri-
ficia in iusticia. Et placebit domino sacrifi-
cium iuda et ihrlm sicut dies seculi: et sicut
anni antiqui. Et accedam ad vos in iudi-
cio: et ero testis velox maleficis et adul-
teris et periuris: et qui calumniantur merce-
dem mercennarij: et humiliant viduas et
pupillos et opprimunt peregrinum: nec ti-
muerunt me dicit dominus exercituum. Ego e-
nim dominus et non mutor: et vos filij iacob
non estis consumpti. A diebus enim patrum ve-
strorum recessistis a legitimis meis: et non
custodistis. Reuertimini ad me et reuertar
ad vos: dicit dominus exercituum. Et dixistis.
In quo reuertemur? Si effiget homo
deum: quia vos configitis me. Et dixistis?
In quo configimus te? In decimis et in
primitijs et in penuria. Vos maledicti
estis: et me vos configitis gens tota. In-
ferte omnem decimam in horreum: et sit cibus
in domo mea: et probate me super hoc di-
cit dominus. Si non aperuero vobis katha-
ractas celi: et effudero vobis benedictio-
nem usque ad abundantiam. Et increpabo
pro vobis deuorantem: et non corrumpet fru-
ctum terre vestre: nec erit sterilis vinea in agro
dicit dominus exercituum. Et beatos vos di-
cent omnes gentes. Eritis enim vos terra de-
siderabilis dicit dominus exercituum. Inua-
luerunt super me verba vestra dicit dominus. Et
dixistis. Quid locuti sumus contra te?
Dixistis. Vanus est qui seruit deo. Et
quod emolumentum quia custodiuimus
precepta eius: et quia ambulauimus tristes
coram domino exercituum? Ergo nunc beatos
dicimus arrogantes. Siquidem edifica-
ti sunt facientes impietates: et temptaue-
runt deum et salui facti sunt. Tunc locuti
sunt timentes deum: unusquisque cum pro-
ximo suo. Et attendit dominus et audiuit:
et scriptus est liber monumenti coram eo
timentibus dominum et cogitantibus nomen eius.
Et erunt michi ait dominus exercituum
in die qua ego faciam in peculium: et
parcam eis sicut parcit vir filio suo ser-
uienti sibi. Et conuertemini et videbitis
quid sit inter iustum et impium: et inter
seruientem deo et non seruientem ei. iiij
Ecce enim dies veniet succensa quasi
caminus: et erunt omnes super-
bi et omnes facientes impietatem stipu-
la. Et inflammabit eos dies veniens di-
cit dominus exercituum: que non derelin-
quet eis radicem et germen. Et orietur
vobis timentibus nomen meum sol iu-
sticie: et sanitas in pennis eius. Et egre-
diemini et saluetis sicut vituli de armen-
to: et calcabitis impios cum fuerint ci-
nis sub planta pedum vestrorum in die
qua ego facio dicit dominus exercituum. Me-
mentote legis moysi serui mei: quam man-
daui ei in oreb ad omnem israhel. prece-
pta et iudicia. Ecce ego mittam vobis he-
lyam prophetam: antequam veniat dies domi-
ni magnus et horribilis. Et conuertet cor
patrum ad filios: et cor filiorum ad patres eo-
rum: ne forte veniam et percutiam terram ana-
themate.

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0326
powered by DWork • Heidelberg University Library

Hic incipit prologus in primo libro machabeorum :- mv· mv·

Machabeorū libri duo p̄notant prelia· inter hebreoꝝ duces gentemq; persarū: pugnā q̄ꝫ sabbatoꝝ· ⁊ nobiles machabei ducis triūphos: ex cui⁹ noīe ⁊ libri ijdem sūt nūcupati. Hec q̄ꝫ historia cōtinet eciā inclita illa gesta machabeoꝝ fratrū: qui sub antiocho rege pro sacris legibꝫ dira tormenta perpessi sunt. Quos mater pia dum diuersis supplicijs vrgerent̄ non solū nō fleuit: sed et gaudēs hortabat̄ ad gloriā passionis. Hic incipit liber machabeorū p̄mo Capitulū p̄mū:

Et factū est postq̄ꝫ percussit alexander philippi rex macedo qui primus regnauit ī grecia egressus de terra cethim dariū regē persarū ⁊ medoꝝ· ꝯstituit prelia multa: et obtinuit omniū municōnes: et interfecit reges terre. Et ꝑtrāsijt usq; ad fines terre: ⁊ accepit spolia mltitudinis gentiū: ⁊ siluit terra in ꝯspectu eius. Et cōgregauit virtutē ⁊ exercitū fortem nimis: et exaltatū est et eleuatū cor ei⁹: et obtinuit regiones gentiū ⁊ tirannos et facti sunt illi in tributū. Et post hec decidit in lectū: ⁊ cognouit quia moreretur. Et vocauit pueros suos nobiles qui secū erant nutriti a iuuentute sua: et diuisit illis regnū suū cum adhuc viueret. Et regnauit alexander annis duodecim: ⁊ mortu⁹ ē. Et obtinuerūt pueri ei⁹ regnū vnusquisq; ī loco suo: et imposuerūt om̄es sibi diademata post mortē ei⁹ ⁊ filij eoꝝ post eos annis mltis: et mltiplicata sūt mala ī terra. Et exijt ex eis radix peccati· antiochus illustris fili⁹ antiochi regis qui fuerat rome obses: et regnauit in anno centesimotricesimo et septimo regni grecorum. In diebꝫ illis exierunt ex isrl filij iniqui: ⁊ suaserūt mltis dicentes. Eamus ⁊ disponam⁹ testamentū cū gentibus que circa nos sūt: quia ex quo recessim⁹ ab eis inuenerūt nos multa mala. Et bonus visus ē sermo ī oclis eoꝝ. Et destinauerūt aliqui de ꝑplo ⁊ abierūt ad regē: et dedit illis potestatē· ut facerēt iusticiā gentiū. Et edificauerūt gymnasiū in iherosolimis scdm leges nacōnū· ⁊ fecerūt sibi p̄pucia: ⁊ recesserūt a testamēto sancto· ⁊ iuncti sūt nationibꝫ: et venūdati sunt ut facerēt malū. Et paratū ē regnū in conspectu antiochi: ⁊ cepit regnare ī terra egipti: ut regnaret sup duo regna. Et intrauit in egiptū in mltitudine graui in curribus ⁊ elephantis ⁊ equitibꝫ: ⁊ copiosa nauiū mltitudine. Et constituit bellū aduersus ptolomeū regē egipti: ⁊ veritus ē ptolomeus a facie eius ⁊ fugit: et ceciderūt vulnerati mlti. Et comprehendit ciuitates munitas in terra egipti: ⁊ accepit spolia terre egipti. Et conuertit antiochus postq̄ꝫ ꝑcussit egiptū in centesimo ⁊ q̄dragesimo ⁊ tercio anno ⁊ ascendit ad isrl: et ascendit iherosolimis ī mltitudine graui. Et intrauit in sanctificationē cū supbia: ⁊ accepit altare aureū ⁊ candelabrū luminis ⁊ vniuersa vasa eius ⁊ mensam ꝓposicionis ⁊ libatoria ⁊ fialas ⁊ mortariola aurea ⁊ velū ⁊ coronas ⁊ ornamentum aureum qd̄ in facie templi erat: ⁊ cōminuit oīa. Et accepit argentum ⁊ aurū et vasa cōcupiscibilia: et accepit thesauros occultos quos inuenit: et sublatis omnibꝫ abijt ī terrā suā. Et fecit cedem hominū: et locutus est in

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0327
powered by DWork • Heidelberg University Library

superbia magna. Et factus ē planctus
magnus in isrl': et in omni loco eorꝝ.
Et ingemuerūt principes ⁊ seniores:
et iuuenes ⁊ virgines infirmati sunt:
et speciositas mulierū immutata est.
Omnis maritus sumpsit lamentū: ⁊
que sedebāt in thoro maritali lugebāt.
Et cōmota est terra sup habitātes ī ea:
et uniuersa domꝰ iacob induit ꝯfusio-
nem. Et post duos annos dierꝝ misit
rex principē tributorꝝ ī ciuitates iuda:
et venit ihrlm cū turba magna. Et lo-
cutus est ad eos verba pacifica ī dolo:
et crediderūt ei. Et irruit sup ciuitatem
repente: ⁊ ꝑcussit eam plaga magna:
⁊ ꝑdidit ꝓplm multū ex isrl'. Et accepit
spolia ciuitatis: ⁊ succendit eam igni.
Et destruxit domos eius ⁊ muros eiꝰ
in circuitu: et captiuas duxerunt mlie-
res et natos: et pecora possederūt. Et
edificauerūt ciuitatē dauid muro ma-
gno ⁊ firmo et turribꝫ firmis: et facta
est illis ī arcem. Et posuerūt illic gentē
peccatricē viros iniquos: ⁊ ꝯualuerūt
in ea. Et posuerunt arma et escas: et
congregauerūt spolia ihrlm ⁊ reposu-
erūt illic: ⁊ facti sunt ī laqueū magnū.
Et factū est hoc ad insidias sanctifica-
cioni ⁊ ī diabolū magnū in isrl' semꝑ.
Et effuderūt sanguinē innocentē ꝑ cir-
cuitū sanctificacōnis: ⁊ ꝯtamīauerūt
sāctificationē. Et fugerūt habitatores
ihrlm ꝓpter eos: et facta est habitacio
exterorꝝ et facta est extera semini suo: et
nati eius reliquerūt eam. Sanctifica-
cio eius desolata ē sicut solitudo: dies
festi eius ꝯuersi sunt in luctū: sabbata
eius ī opprobriū. honores eiꝰ in nichi-
lum. Secundū gloriā eiꝰ mltiplicata
est ignominia eius: et sublimitas eiꝰ
conuersa est ī luctū. Et scripsit rex anti-
ochus omni regno suo: ut esset omīs
ꝓplꝰ unus. Et reliquerūt unusquisqꝫ
legem suā: et ꝯsenserūt omnes gentes
scdm verbū regis antiochi. Et multi
ex isrl' ꝯsenserūt ei: ⁊ sacrificauerūt ydo-
lis: ⁊ coinquinauerūt sabbatū. Et mi-
sit rex antiochus libros per manus
nunciorꝝ in ihrlm ⁊ in omēs ciuitates
iude. ut sequerentur leges gentiū terre: et
prohiberēt olocausta ⁊ sacrificia ⁊ pla-
cationes fieri ī templo dei: et ꝓhiberēt
celebrari sabbatū ⁊ dies solemnes. Et
iussit coinquinari sancta: ⁊ sanctū po-
pulum isrl'. Et iussit edificari aras et
templa et ydola et immolari carnes
suillas et pecora cōmunia: et relinq̄re
filios suos incircūcisos ⁊ coinquina-
ri animas eorꝝ ī omnibꝫ immūdiciis
⁊ abominacōnibꝫ: ita ut obliuiscerēn-
tur legem et immutarēt omnes iustifi-
cationes dei. Et quicūqꝫ non fecissent
scdm verbū regis antiochi morerētur.
Secundū oīa verba hec scripsit omni
regno suo: et preposuit principes po-
pulo qui hec fieri cogerent. Et iusserūt
ciuitatibꝫ iude sacrificare. Et ꝯgregati
sunt mlti de ꝓplo ad eos qui dereliqueꝛ-
rant legē dñi: ⁊ fecerūt mala sup terrā:
et effugauerūt ꝓplm isrl' in abditis et
in absconditis fugitiuorꝝ locis. Die
quintadecima mensis calleu. quinto
et q̄dragesimo ⁊ centesimo anno edifi-
cauit rex antiochus abominandum
ydolum desolacōnis sup altare dei: ⁊
per uniuersas ciuitates iude in circui-
tu edificauerunt aras: ⁊ ante ianuas
domorꝝ ⁊ ī plateis incendebāt thura
⁊ sacrificabāt. Et libros legis dei com-
busserūt igni scindentes eos: ⁊ apud
quemcūqꝫ inueniebantur libri testamēti
dñi ⁊ quicūqꝫ obseruabat legem dñi:
scdm edictum regis trucidabāt eū. In
virtute sua faciebāt hec ꝓplo isrl': qui

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0328
powered by DWork • Heidelberg University Library

inueniebatur in omni mense in ciuitatibus. Et quinta et vicesima die mensis sacrificabant sup aram que erat contra altare: et mulieres que circumcidebant filios suos trucidabant secundum iussum regis antiochi. Et suspendebant pueros a cervicibus per uniuersas domos eorum: et eos qui circumciderant illos trucidabant. Et multi de populo israel diffinierunt apud se. ut non manducarent immunda: et elegerunt magis mori quam cibis coinquinari immundis: et noluerunt infringere legem dei sanctam. et trucidati sunt. Et facta est ira magna super populum valde.

¶ In diebus illis surrexit mathathias filius iohannis filii symeonis sacerdos de filiis ioarim ab ierusalem: et consedit in monte modin. Et habebat filios quinque: iohannan qui cognominabatur gaddis. et symonem qui cognoiabatur thassi. et iudam qui vocabatur machabeus: et eleazarum qui cognoiabatur abaron. et ionathan qui cognoiabatur apphus. Hii viderunt mala que fiebant in populo iuda et in ierusalem. Et dixit mathathias. Ve mihi. Ut quid natus sum videre contritionem populi mei et contritionem ciuitatis sancte. et sedere illic cum datur in manibus inimicorum? Sancta in manu extraneorum facta sunt: templum eius sicut homo ignobilis. Vasa glorie eius captiua adducta sunt: trucidati sunt senes eius in plateis: et iuuenes eius ceciderunt in gladio inimicorum. Que gens non hereditauit regnum eius: et non obtinuit spolia eius? Omnis compositio eius ablata est. Que erat libera. facta est ancilla. Et ecce sancta nra et pulcritudo nostra et claritas nra desolata est: et coinquinauerunt eam gentes. Quo ergo nobis adhuc uiuere? Et scidit uestimenta sua mathathias et filii eius: et operuerunt se cilicijs: et planxerunt valde. Et venerunt illuc qui missi erant a rege antiocho: ut cogerent eos qui confugerant in ciuitatem modin immolare et accendere thura: et a lege dei discedere. Et multi de populo israel consentientes accesserunt ad eos: sed mathathias et filii eius constanter steterunt. Et respondentes qui missi erant ab antiocho dixerunt mathathie. Princeps et clarissimus et magnus es in hac ciuitate: et ornatus filiis et fratribus. Ergo accede primus et fac iussum regis sicut fecerunt omnes gentes et uiri iuda et qui remanserunt in ierusalem: et eris tu et filii tui inter amicos regis: et amplificaris auro et argento et muneribus multis. Et respondit mathathias: et dixit magna uoce. Et si omnes gentes regi antiocho obediunt ut discedant unusquisque a seruitute legis patrum suorum et consentiant mandatis eius: ego et filii mei et fratres mei obediemus legi patrum nostrorum. Propicius sit nobis deus: non est nobis utile relinquere legem et iustitias dei. Non audiemus verba regis antiochi: nec sacrificabimus transgredientes legis nre mandata: ut eamus alteram uiam. Et ut cessauit loqui uerba hec: accessit quidam iudeus in omnium oculis sacrificare ydolis sup aram in ciuitate modin secundum iussum regis. Et uidit mathathias et doluit: et contremuerunt renes eius. Et accensus est furore eius secundum iudicium legis: et insiliens trucidauit eum sup aram. Sed et uirum qui rex antiochus miserat qui cogebat immolari occidit in ipso tpe. et aram destruxit: et zelatus est legem sicut fecit finees zambri filio salomi. Et exclamauit mathathias uoce magna in ciuitate dicens. Omnis qui zelum habet legis statuens testamentum exeat post me. Et




Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0329
powered by DWork • Heidelberg University Library

fugit ipse et filij eius in montes: et re-
liq̄runt quecūq; habebant in ciuitate.
Tunc descēderūt mlti q̄rentes iudiciū
et iusticiā in desertū: et cederūt ibi ipsi
et filij eius ⁊ mlieres eoꝝ ⁊ pecora eoꝝ:
quoniā induraueruṫ super eos mala.
Et renunciatū ē viris regis ⁊ exercitui
qui erāt in ihrl'm ciuitate dauid: qm̄
discessissent viri quidā qui dissipaue-
runt mandatū regis ī loca occulta in
deserto: et abissent post illos mlti. Et
statim p̄rexerūt ad eos: et constituerūt
aduersus eos p̄lium in die sabbatoꝝ.
Et dixerūt ad eos. Resistitis et nūc ad-
huc? Exite: et facite secundū verbum
regis antiochi ⁊ viuetis. Et dixerūt.
Non exibim⁹: neq; faciemus verbum
regis ut polluam⁹ diē sabbatoꝝ. Et
concitauerūt aduersus eos p̄liū: ⁊ nō
responderunt illis. nec lapidem mise-
runt in eos nec oppilauerunt loca oc-
culta dicentes. Moriamur omnes ī
simplicitate nostra: ⁊ testes erūt super
nos celū ⁊ terra quod iniuste perditis
nos. Et intulerūt illis bellū sabbatis: ⁊
mortui sūt ipi ⁊ vxores eoꝝ ⁊ filij eoꝝ
⁊ pecora eorū: usq; ad mille animas
hominū. Et cognouit matathias et
amici eius: et luctum habuerūt super
eos valde. Et dixit vir proximo suo.
Si om̄es fecerim⁹ sicut fratres nostri
fecerūt ⁊ non pugnauerim⁹ aduersus
gentes pro animabꝫ nostris et iustifi-
cationibus nostris: citius disperdēt
nos a terra. Et cogitauerūt in die illa
dicentes. Om̄is homo quicūq; vene-
rit ad nos in bello die sabbatorum
pugnem⁹ aduersus eū: et non morie-
mur omnes sicut mortui sunt fratres
nostri in occultis. Tunc congregata ē
ad eos sinagoga iudeoꝝ fortis viri-
bus ex isrl': omnis volūtarius ī lege ⁊

om̄es qui fugiebant a malis additi
sūt ad eos: et facti sunt illis ad firma-
mentū. Et collegerūt exercitū: ⁊ percusse-
runt peccatores in ira sua ⁊ viros ini-
quos ī indignacōne sua: ⁊ ceteri fuge-
runt ad nationes ut euaderēt. Et cir-
cuiuit matathias ⁊ amici ei⁹ ⁊ destruxe-
rūt aras: ⁊ circūciderūt pueros incir-
cumcisos quotq̄t inuenerūt ī finibus
isrl' in fortitudine. Et p̄secuti sūt filios
sup̄bie: et p̄speratū ē opus ī manibꝫ
eoꝝ. Et obtinuerūt legem de manibꝫ
gentium et de manibus regū: et non
dederunt cornu pccōri. Et appropinq̄-
uerūt dies matathie moriēdi: et dixit
filijs suis. Nūc cōfortata ē superbia ⁊
castigatio: et tp̄s eūsionis et ira indi-
gnationis. Nūc ergo o filij emulato-
res estote legis: ⁊ date animas vestras
pro testamēto patrū. Et memētote opeꝝ
patrum que fecerūt in generationibus
suis: et accipietis gloriā magnam et
nomē eternū. Abraham nōne in tem-
ptatione inuentus est fidelis: et repu-
tatum est ei ad iusticiam? Joseph in
tp̄e angustie sue custodiuit mādatū:
et factus est dn̄s egipti. Finees pater
noster zelando zelum dei accepit testa-
mentū sacerdotij eterni. Jhesus dū im-
pleuit v̄bū factus ē dux ī isrl'. Caleph
dum testificatur ī ecclesia accepit here-
ditatem. Dauid in sua misericordia
cōsecut⁹ ē sedem regni ī secula. Helias
dum zelat zelū legis. receptus est in ce-
lum. Ananias azarias ⁊ misahel cre-
dentes liberati sunt de flāma. Daniel
in sua simplicitate liberatus est de ore
leonū. Et ita cogitate per generationē
⁊ generationem: quia omnes qui spe-
rant in eū non infirmant̄. Et a verbis
viri pccōris ne timueritis: quia gl'a
ei⁹ stercus ⁊ vermis est. Hodie extollit̄

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0330
powered by DWork • Heidelberg University Library

ꝛ cras nō inuenietur: quia cōuersus ē
in terrā suam: et cogitatio eius perit.
Vos ergo filij cōfortamini et viriliter
agite in lege: quia cū feceritis q̄ vobis
precepta sunt in lege a dn̄o deo vr̄o: in
ipsa gl'osi eritis. Et ecce simon frater
vester scio quod vir consilij ē. Ipsum
audite semp̄: ꝛ ip̄e erit vobis pater. Et
iudas machabeus fortis viribꝫ a iu-
uentute sua sit vobis prīceps milicie:
et ip̄e aget bellum ꝓpl'i. Et adducetis
ad vos om̄es factores legis: et vindi-
cate vindictā ꝓpl'i vestri. Retribuite re-
tributionem gentibus: ꝛ intendite in
preceptum legis. Et benedixit eos: et
appositus ē ad patres suos. Et defun-
ctus ē cēcesimo et quadragesimo sexto
anno: et sepultus est a filijs suis in se-
pulcris patrum suorum in modin: ꝛ
planxerūt eū om̄is isrl' plāctu magno.
Et surrexit iudas qui voca- ·iij·
batur machabeus filius ei⁹ pro
eo: ꝛ adiuuabāt eū om̄es fratres eius
et vniūsi qui se cōiunxerāt patri eius:
et p̄liabātur prelium isrl' cū leticia. Et
dilatauit gloriā ꝓpl'o suo: ꝛ induit se
loricā sicut gigas ꝛ succinxit se arma
bellica sua ī prelijs: ꝛ ꝓtegebat castra
gladio suo. Similis factus est leoni
in operibꝫ suis: ꝛ sicut catulus leonis
rugiens in venatione. Et ꝑsecutus est
iniquos ꝑscrutans eos: ꝛ qui cōturba-
bant ꝓpl'm suum· eos succendit flam-
mis: ꝛ repulsi sunt inimici eius pre ti-
more ei⁹. Et om̄es oparij iniquitatis
conturbati sunt: ꝛ directa est salus in
manu ei⁹. Et exacerbabat reges mlt'os:
et letificabat iacob in operibus suis:
et in seculū memoria ei⁹ in benedictio-
ne. Et perambulabat ciuitates iuda ꝛ
perdidit impios ex eis: et auertit irā ab
isrl'. Et noīat⁹ est usq; ad nouissimū
terre: et congregauit pereūtes. Et con-
gregauit appollonius gentes: et a sa-
maria virtutem mlt'am et magnam
ad bellandū contra isrl'. Et cognouit
iudas et exijt obuiam illi: et percussit
et occidit illum et ceciderūt vulnerati
mlt'i ꝛ reliqui fugerūt: ꝛ accepit spolia
eoꝝ. Et gladiū appollonij abstulit iu-
das: et erat pugnās ī eo om̄ibꝫ diebꝫ.
Et audiuit seron princeps exercit⁹ si-
rie: quod cōgregauit iudas cōgrega-
tionē fideliū ꝛ ecclesiam secum. Et ait.
Faciam michi nomen et glorificabor
in regno: et debellabo iudam et eos
qui cū ip̄o sunt: qui spernebāt verbū
regis. Et p̄parauit se: et ascenderūt cū
eo castra impioꝝ fortes auxiliarij ut
facerēt vindictā in filios isrl'. Et appro-
pinq̄uerūt usq; bethoron: ꝛ exiuit iudas
obuiam illis cū paucis. Vt autē vide-
runt exercitū venientem sibi obuiam:
dixerūt iude. Quomō poterim⁹ pauci
pugnare contra mlt'itudinē tantam·
tam fortem? Et nos fatigati sum⁹ ie-
iunio hodie. Et ait iudas. Facile est
cōcludi mlt'os ī manu paucoꝝ: et nō
est differentia in cōspectu dei celi libera-
re in multis ꝛ in paucis: quoniā nō
in mlt'itudine exercitus victoria belli:
sed de celo fortitudo ē. Ipsi veniunt ad
nos ī mlt'itudine cōtumaci ꝛ sup̄bia:
ut disperdāt nos ꝛ vxores nostras et
filios nr̄os: ꝛ ut spolient nos. Nos
vero pugnabim⁹ pro animabꝫ nr̄is
et legibus nostris· et ip̄e dn̄s conteret
eos ante faciem nostram. Vos autē
ne timueritis eos. Vt cessauit autē lo-
qui insiluit ī eos subito: et cōtritus est
seron ꝛ exercit⁹ eius in cōspectu ip̄ius:
et persecutus est eū in descēsu bethoron
usq; in campum. Et ceciderunt ex eis
octingenti viri: reliqui autem fugerūt





Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0331
powered by DWork • Heidelberg University Library

in terram philistiim. Et cecidit timor iude ac fratrū eius et formido super oēs gentes in circuitu eor: et peruenit ad regem nomen eius: et de pliis iude narrabāt oēs gentes. Vt audiuit aut̄ rex antiochus sermones istos iratus est animo: et misit et congregauit exercitū uniūsi regni sui castra fortia valde. Et aperuit erarium suū: et dedit stipendia exercitui in annum: et mādauit illis ut essent parati ad oia. Et vidit q defecit pecunia de thesauris suis: et tributa regionis modica propter dissensionem et plagā quam fecit in terra: ut tolleret legitima que erant a primis diebus. Et timuit ne non haberet et semel et bis in sumptū et donatiua que dederat ante larga manu: et abūdauerat sup reges qui ante eū fuerāt. Et cōfusus est ait valde: et cogitauit ire in persidem et accipere tributa regionū: et congregare argentū multū. Et reliquit lisiam hominem nobilem de genere regali sup negocia regia a flumine eufraten usq; ad flumen egipti: et ut nutriret antiochū filiū suū donec rediret. Et tradidit ei medium exercitū et elephantos: et mandauit ei de omnibus que volebat et de inhabitantibus iudeam et ihrlm: et ut mitteret ad eos exercitū ad conterendā et exterminandam virtutē isrl: et reliquias ihrlm: et auferendā memoriam eorū de loco: et ut constitueret habitatores filios alienigenas in oīm finibus eor: et sorte distribueret terrā eorū. Et rex assūpsit partem exercitus reliqui: et egressus est ab antiochia ciuitate regni sui anno centesimo et quadragesimo septimo: et transiecerunt eufraten flumē: et pambulabat superiores regiones. Et elegit lisias ptholomeum filium dorimini et nichanorē et gorgiā viros potentes ex amicis regis: et misit cum eis quadraginta milia uiroz et septē milia equitū: ut uenirēt in terrā iuda et disperderēt eā secundum uerbū regis. Et processerūt ut irent cū uniūsa uirtute sua: et uenerūt et applicuerunt ammaum in terra campestri. Et audierūt mercatores regionū nomē eoz: et acceperūt argentū et aurum mltum valde et pueros: et uenerūt in castra ut acciperent filios isrl in seruos: et addite sunt ad eos exercitus syrie et terre alienigenaz. Et vidit iudas et fratres ei quia multiplicata sunt mala: et exercitus applicabat ad fines eoz: et cognouerūt verba regis que mandauit ppō facere in interitū et consūmationē. Et dixerunt unusquisq; ad primū suū. Erigam⁹ detectionem ppli nostri: et pugnemus pro ppō nostro et sanctis nostris. Et cōgregat⁹ ē cōuentus ut essent parati in plīū: et ut orarēt et peterent misericordiam et miserationes. Et ihrlm non habitabatur: sed erat sicut desertū. Nō erat qui ingrederetur et egrederet de natis eius: et sanctū cōculcabat. Et filij alienigenaz erāt in arce: ibi erat habitatio gentiū. Et ablata est uoluptas a iacob: et defecit ibi tibia et cithara. Et cōgregati sūt et uenerūt i malphat cōtra ihrlm quia loc⁹ oracōnis erat i malphat ante i isrl. Et ieiunauerūt illa die: et induerūt se cilicijs et cinere imposuerūt capiti suo: et dilaceraūt uestimēta sua. Et expanderūt libros legis de quibus scrutabātur gentes similitudinē simulacroū suoz: et attulerūt ornamenta sacerdotalia et primicias et decimas: et suscitauerunt nazareos q impleuerant dies: et clamauerunt uoce magna i celū dicentes. Quid faciem⁹

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0332
powered by DWork • Heidelberg University Library

illis: et quo eos ducemus? Et sancta
tua conculcata sūt et cōtaminata sunt:
et sacerdotes tui facti sunt ī luctum et
in humilitatē. Et ecce nationes con-
uenerūt aduersum nos: ut nos disper-
dant. Tu scis que cogitāt ī nos. Quō
poterimꝰ subsistere ante faciem eorū:
nisi tu deus adiuues nos? Et tubis
exclamauerūt voce magna. Et post
hec constituit iudas duces populi: cō-
bunos et centuriones et pentacontar-
chos ⁊ decuriones. Et dixit hijs qui
edificabāt domos et sponsabāt uxo-
res et plantabant vineas ⁊ formido-
losis: ut rediret unusquisq; in domū
suam secundū legem. Et mouerūt ca-
stra: ⁊ collocauerūt ad austrū ammau-
um. Et ait iudas. Accingimini ⁊ este
et filij potentes: et estote parati ī mane
ut pugnetis aduersus nationes has
que cōuenerunt disperdere nos ⁊ san-
cta nostra: quoniam melius est nos
mori in bello: q̄ videre mala gentis
nostre et sanctorum. Sicut autem fue-
rit voluntas in celo sic fiat.

Et assumpsit gorgias quinq; mi-
lia virorū: et mille equites electos.
Et mouerunt castra nocte ut applica-
rent ad castra iudeorū: et percuterent eos
subito. Et filij qui erant ex arce erant
illis duces. Et audiuit iudas: et sur-
rexit ipe et potentes percutere virtutem
exercituū regis: que erant in ammaū.
Adhuc enī dispersus erat exercitꝰ a ca-
stris. Et venit gorgias in castra iude
nocte: et neminē inuenit. Et querebat
eos in montibus: quoniā dixit: fugi-
unt hij a nobis. Et cū dies factꝰ esset
apparuit iudas in campo cum tribus
milibus virorū tantū: qui tegumēta ⁊
gladios non habebant. Et viderūt
castra gentium valida: et loricatus et
equitatus in circuitu eorū: et hij docti
ad prelium. Et ait iudas viris qui secū
erant. Ne timueritis multitudinē eorū:
et impetū eorū ne formideris. Memen-
tote qualiter salui facti sūt patres nri
in mari rubro: cū sequeretur eos pha-
rao cū exercitu multo. Et nūc clamemus
in celum et miserebitur nostri dñs: et
memor erit testamenti patrū nostrorū
et cōteret exercitum istum ante faciem
nostram hodie: ⁊ scient omnes gentes
quia ē deus qui redimat et liberet isrl.
Et leuauerūt alienigene oculos suos:
et viderunt eos venientes exaduerso.
Et exierunt de castris in prlium: et tuba
cecinerūt hijs qui fuerant cum iuda. Et
congressi sunt: et contrite sunt gentes
et fugerūt in campū. Nouissimi aut
ceciderūt in gladio: et persecuti sūt eos
usq; gazeron et usq; in campos ydu-
mee ⁊ azoti et iamne: ⁊ ceciderunt ex
illis usq; ad tria milia virorū. Et re-
uersus est iudas: ⁊ exercitus eius sequēs
eum. Dixitq; ad populum. Nō cōcupiscā-
tis spolia quia bellū contra nos est:
⁊ gorgias ⁊ exercitus eius ppe nos in
mōtibus: sed state nūc contra inimicos
nostros et expugnate eos: et sumetis
postea spolia securi. Et adhuc loquēte
iuda hec: ecce apparuit pars quedam
prospicies de mōte. Et vidit gorgias
qꝰ in fugam conuersi sūt sui: ⁊ succensa
sunt castra. Fumus enī qui videbatur
declarabat qđ factū est. Quibus illi con-
spectis timuerūt valde: aspicientes si-
mul ⁊ iudam ⁊ exercitū in campo pa-
ratum ad prlium. Et fugerūt omnes
in cāpo alienigenarū: et iudas reuersus
est ad spolia castrorū. Et acceperunt
aurum multum et argentū et iacinctū
⁊ purpurā marinā ⁊ opes magnas:
⁊ conuersi hymnū canebāt ⁊ benedicebāt




Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0333
powered by DWork • Heidelberg University Library

deum in celū quoniā bonꝰ est: qm̄ in
seculū misericordia eiꝰ. Et facta est sa-
lus magna in isrl' ī die illa. Quicūqꝫ
autē alienigenarꝫ euaserūt: venerūt et
nūciauerūt lisie uniūsa que acciderāt.
Quibus ille auditis cōsternatus aīo
deficiebat: q̄ nō qualia voluit talia
cōtigerūt in isrl': et qualia mandauit
rex. Et sequēti anno cōgregauit lisias
virorꝫ electorū sexaginta milia et equi-
tum quīqꝫ milia: ut debellaret eos. Et
venerūt in iudeam: et castra posuerūt
in bethoron: ⁊ occurrit illis iudas cū
decem milibꝫ viris. Et viderūt exercitū
fortem: et orauit et dixit. Bn̄dictus es
saluator isrl' qui contriuisti impetum
potentis in manu serui tui dauid: et
tradidisti castra alienigenarꝫ ī manu
ionathe filij saul ⁊ armigeri eiꝰ. Con-
clude exercitū istū in manu ꝓpli tui isrl':
⁊ cōfūdant̄ ī exercitu suo ⁊ eq̄tibꝫ. Da
illis formidinem: et tabefac audaciā
virtutis eorꝫ: ⁊ cōmoueant̄ cōtricōne
sua. Deice illos gladio diligentiū te:
et collaudēt te om̄es qui nouerūt no-
men tuū ī ymnis. Et cōmiserūt p̄liū:
et ceciderūt de exercitu lisie quīqꝫ milia
virorꝫ. Videns autē lisias suorꝫ fugā·
⁊ iudeorꝫ audaciam· ⁊ q̄ parati sunt
aut viuere aut mori fortiter: abijt an-
tiochiam et elegit milites: ut mscipli-
cati rursus venirēt ī iudeā. Dixit autē
iudas et fratres eiꝰ. Ecce ꝯtriti sunt ini-
mici nostri: ascendamꝰ nūc mūdare
sancta ⁊ renouare. Et cōgregatus est
om̄is exercitus: et ascenderūt ī montē
syon. Et viderūt sanctificationē desertā
⁊ altare ꝓphanatū· ⁊ portas exustas: ⁊
in atrijs virgulta nata sicut in saltu·
uel in montibꝫ: ⁊ pastoforia diruta.
Et sciderūt vestimēta sua et planxerūt
planctu magno: ⁊ imposuerūt cinerē

sup caput suū· ⁊ ceciderūt in faciē sup
terrā: et exclamauerūt tubis signorꝫ et
clamauerūt in celū. Tunc ordinauit
iudas viros ut pugnarēt adūsus eos
qui erant in arce: donec emundarent
sancta. Et elegit sacerdotes sine macu-
la volūtatem habentes in lege dei: et
mūdauerūt sancta: et tulerūt lapides
cōtaminationis in locū immūdum.
Et cogitauit de altari olocaustorum
quod ꝓphanatū erat: quid de eo facēt.
Et incidit illi cōsiliū bonū ut destrue-
ret illud: ne forte illis esset ī opprobriū
quia cōtaminauerūt illud gentes: et
demoliti sūt illud. Et reposuerūt lapi-
des in montem domꝰ in loco apto:
quoadusqꝫ veniret ꝓpheta et respon-
deret de eis. Et acceperūt lapides inte-
gros secundū legem: et edificauerunt
altare nouū secundū illud quod fuit
prius: ⁊ edificauerūt sancta: ⁊ q̄ intra
domū erāt intrinsecus ⁊ edem: ⁊ atria
sanctificauerūt. Et fecerūt vasa sancta
noua: ⁊ intulerūt candelabrū ⁊ altare
incensorꝫ et mensā ī templū. Et incēsū
posuerunt sup altare: et accenderunt
lucernas que sup candelabrū erant: ⁊
lucebāt in templo. Et posuerūt super
mensā panes: ⁊ appenderūt velamīa:
et cōsumauerūt omīa opera q̄ fecerāt.
Et ante matutinū surrexerūt quīta et
vicesima die mensis noui· hic ē mēsis
casleu centesimiquadragesimioctaui
anni: et obtulerūt sacrificiū secūdū le-
gem sup altare olocaustorꝫ nouū qd̄
fecerūt. Secūdū tempus ⁊ secundū diē
in qua cōtaminauerūt illud gentes:
in ipsa renouatū est ī canticis et citha-
ris ⁊ cineris ⁊ cimbalis. Et cecidit oīs
ꝓpls ī faciē: et adorauerūt ⁊ bn̄dixerūt
in celū eū qui ꝓsperauit eis. Et fecerūt
dedicationem altaris diebus octo: et

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0334
powered by DWork • Heidelberg University Library

obtulerūt olocausta cū leticia: et salu-
taria laudis. Et ornauerūt faciē tēpli
coronis aureis ⁊ scutulis: ⁊ dedicaue-
runt portas ⁊ pastoforia: ⁊ imposuerūt
eis ianuas. Et facta est leticia in ꝓplo
magna valde: ⁊ auersū est opprobriū
gentiū. Et statuit iudas et fratres eiꝰ
⁊ vniuersa ecclesia isrl' ut agatur dies
dedicationis altaris in temporibus
suis ab anno in annū ꝑ dies octo: a
quīta et vicesima die mensis casleu cū
leticia et gaudio. Et edificauerunt in
tpe illo mōtem syon et per circuitū mu-
ros altos et turres firmas: nequādo
venirent gentes et cōculcarent eū sicut
antea fecerūt. Et collocauit illic exerci-
tum ut seruarent eū: ⁊ muniuit eū ad
custodiendā bethsurā: ut haberet ꝓpls
municōnem cōtra faciē ydumee. ·v·

Et factū est ut audierūt gentes in
circuitu quia edificatū est altare
⁊ sāctuariū sicut prius irate sūt valde:
⁊ cogitabāt tollere genus iacob· q̄ erāt
inter eos: et ceperūt occidere de ꝓplo et
persequi. Et debellabat iudas filios
esau ī ydumea ⁊ eos qui erant in ara-
bathane quia circūsedebant isrlitas:
et ꝑcussit eos plaga magna. Et recor-
datus est maliciā filioꝝ bean: qui erāt
ꝓplo in laqueū et ī scandalū insidiātes
ei in via. Et conclusi sūt ab eo in turri-
bus: ⁊ applicuit ad eos· et anathema-
tizauit eos: ⁊ incendit turres eoꝝ igni
cum omībꝫ qui in eis erant. Et trans-
iuit ad filios ammon et inuenit ma-
num fortem et ꝓplm copiosū: et timo-
theum ducē ipoꝝ. Et cōmisit cum eis
p̄lia multa ⁊ contriti sūt in conspectu
eoꝝ ⁊ ꝑcussit eos: ⁊ cepit iazer ciuitatē
⁊ filias eius: ⁊ reuersus est in iudeam.
Et congregate sūt gentes que sunt in
galaad adūsus isrlitas qui erant in
finibꝫ eoꝝ ut tollerent eos: et fugerūt
in datheman munitionē: et miserūt
litteras ad iudam et fratres eiꝰ dicētes.
Congregate sūt aduersū nos gentes
per circuitū ut nos auferant: ⁊ parāt
venire ⁊ occupare munitionē in quā
cōfugimꝰ: ⁊ timotheus est dux exercitꝰ
eoꝝ. Nūc ergo veni ⁊ eripe nos de ma-
nibus eoꝝ: quia cecidit mlstitudo de
nobis. Et omēs fratres nostri q̄ erāt
in locis tubin interfecti sūt: ⁊ captiuas
duxerūt vxores eoꝝ ⁊ natus ⁊ spolia:
⁊ ꝑemerūt illic fere mille viros. Et ad-
huc epistole legebantur: et ecce alij nūcij
venerunt de galilea concissis tunicis
nūciantes secundū verba hec: dicentes
cōuenisse aduersū se· a ptholomaida
⁊ tyro· et sydone: et repleta est omnis
galilea alienigenis: ut nos cōsumāt.
Vt audiuit autē iudas et ꝓpls sermo-
nes istos: conuenit ecclesia magna co-
gitare quid facerent fratribꝫ suis qui
in tribulacione erant ⁊ expugnabantur
ab eis. Dixitq; iudas symoni fratri
suo. Elige tibi viros et vade et libera
frēs tuos ī galilea: ego autē et frater
meus ionathas ibimꝰ ī galadithim.
Et reliquit iosephū filiū zacharie et
azariā duces ꝓpli cū residuo exercitu
in iudea ad custodiam: et p̄cepit illis
dicens. Preestote ꝓplo huic: ⁊ nolite
bellū cōmittere adūsum gentes donec
reuertamur. Et dati sunt symoni viri
tria milia ut iret in galileā: iude autē
octo milia ī galadithim. Et abijt sy-
mon ī galileam: et cōmisit p̄lia mlta
cum gentibꝫ. Et contrite sūt gentes a
facie eius: et ꝑsecutus est eos usq; ad
portam ptholomaidis. Et ceciderūt
de gentibꝫ fere tria milia viroꝝ: ⁊ acce-
pit spolia eoꝝ. Et assūpsit eos q̄ erāt
in galilea et ī arbatis cum vxoribus



Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0335
powered by DWork • Heidelberg University Library

et natis ⁊ om̄ib3 que erant illis: ⁊ ad-
duxit ī iudeā cū leticia magna. Et iu-
das machabeus et ionathas ⁊ frēs ei⁹
transierūt iordanen: et abierūt viam
trium dierū in desertū. Et occurrerūt eis
nabuthei et susceperūt eos pacifice: et
narrauerunt eis om̄ia que acciderāt
fratrib3 eorū ī galaditide: ⁊ quia mlti
ex eis comp̄hensi sūt in barasa ⁊ bosor
et in alimis ⁊ in casphor ⁊ mageth et
carnaim. Hee om̄es ciuitates munite
et magne. Sed ⁊ in ceteris ciuitatibus
galaditidis tenent̄ cōprehensi. Et in
crastinū constituerūt admouere exerci-
tum ciuitatib3 hijs: ⁊ cōprehendere et
tollere eos ī vna die. Et conuertit iudas
et exercitus eius viam in desertū bosor
repente: et occupauit ciuitatem ⁊ occi-
dit omnem masculū in ore gladij: et
accepit om̄ia spolia eorū et succendit
eam igni. Et surrexerūt inde nocte: et
ibant usq; ad municōnem. Et factum
est diluculo cū eleuassent oc̄los suos:
et ecce ppls multus cui⁹ nō erat nume-
rus: portantes scalas ⁊ machinas ut
comp̄henderēt municōnē et expugna-
rent eos. Et vidit iudas quia cepit bel-
lum: ⁊ clamor belli ascendit ad celum
sicut tuba: ⁊ clamor magnus de ciui-
tate. Et dixit exercitui suo. Pugnate
hodie pro fratrib3 vestris. Et venit tri-
bus ordinib3 post eos: et exclamaue-
runt tubis: et clamauerūt ī oracione.
Et cognouerūt castra timothei quia
machabeus est: et refugerūt a facie ei⁹.
Et percusserūt eos plaga magna: et
ceciderūt ex eis ī die illa fere octo milia
virorū. Et diuertit iudas in masphat ⁊
expugnauit et cepit eam: et occidit o-
mnem masculum eius ⁊ sūpsit spolia
eius: et succēdit eam igni. Inde pr̄exit
et cepit casbon. et maged et bosor: et

reliquas ciuitates galaditidis. Post
hec autem verba congregauit timo-
theus exercitum aliū: et castra posuit
contra raphon transtorrentē. Et misit
iudas speculari exercitū: et renūciaue-
runt ei dicētes. quia cōuenerūt ad eū
om̄es gentes que ī circuitu nr̄o sunt:
et exercit⁹ multus nimis. Et arabas
conduxerūt in auxilium sibi: ⁊ castra
posuerūt transtorrentem parati ad te
venire in p̄liū. Et abijt iudas obuiā
illis. Et ait timotheus principibus
exercit⁹ sui. Cū appropinq̄uerit iudas
et exercit⁹ ei⁹ ad torrentē aque: si trāsie-
rit ad nos prior. nō poterim⁹ sustinē
eū: quia potens poterit adūsum nos.
Si vero timuerit transire et posuerit
castra extra flumē: trāsfretem⁹ ad eos:
et poterim⁹ aduersus illū. Vt autem
appropinq̄uit iudas ad torrentē aque
statuit scribas ppli secus torrentem: et
mandauit eis dicens. Neminē hoīm
reliqueritis: sed veniāt om̄es in p̄liū.
Et trāsfretauit ad illos prior: ⁊ om̄is
ppls post eum. Et contrite sunt om̄es
gentes a facie eorū: et p̄iecerunt arma
sua: ⁊ fugerunt ad phanū qd̄ erat in
carnaim. Et occupauit ipsam ciuita-
tem: et phanū succēdit igni cū om̄ib3
que erāt ī ip̄o. Et oppressa ē carnaim:
et nō potuit sustinere cōtra faciē iude.
Et cōgregauit iudas vniūsos isrlitas
qui erāt in galaditide a minimo usq;
ad maximū: et vxores eorū. ⁊ natos ⁊
exercitū magnū valde: ut venirent in
terrā iude. Et venerūt usq; ephron: et
hec ciuitas magna ī ingressu posita
munita valde. Et non erat declinare
ab ea dextra vel sinistra: sed per mediā
iter erat. Et incluserunt se qui erant in
ciuitate: et obstruxerunt portas lapi-
dibus. Et misit ad eos iudas verbis

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0336
powered by DWork • Heidelberg University Library

pacificis dicens. Transeamꝰ per terrā
vestram ut eamꝰ in terrā nostrā: et ne-
mo vobis nocebit: tantū pedibꝫ trās-
ibimus. Et nolebant eis aperire. Et
p̄cepit iudas p̄dicare ī castris: ut appli-
carēt vnusq̄sq; ī quo erat loco. Et ap-
plicuerūt se viri virtutis: et oppugna-
uit ciuitatē illā tota die ⁊ tota nocte:
et tradita est ciuitas in manu eiꝰ. Et
premerūt omnē masculū ī ore gladij:
et tradicauit eam ⁊ accepit spolia eiꝰ:
et transiuit per totam ciuitatem super
interfectos. Et trāsgressi sūt iordanen
in campo magno cōtra faciē bethsan.
Et erat iudas cōgregans extremos: et
exhortabatur ꝑplm. per totam viam
donec venirent ī terram iuda. Et ascen-
derunt ī mōtem syon. cū leticia et gau-
dio: et obtulerūt olocausta: q̄ nemo
ex eis cecidisset donec reuerterentur in
pace. Et in diebus quibꝫ erat iudas ⁊
ionathas in terra galaad. et symon
frater eius ī galilea. contra faciē ptho-
lomaidis audiuit iosephus zacharie
filius ⁊ azarias princeps virtutis res
bene gestas: et prelia que facta sūt: et
dixit. Faciamꝰ. ⁊ ipi nobis nomen: ⁊
eamꝰ pugnare adūsus gentes que in
circuitu nostro sūt. Et p̄cepit hijs qui
erant ī exercitu suo et abierūt iāniam:
⁊ exiuit gorgias de ciuitate. ⁊ viri eius
obuiā illis in pugnā. Et fugati sunt
iosephus ⁊ azarias usq; ī fines iudee:
et ceciderūt illa die de ꝑplo isrl ad duo
milia viri. Et facta est plaga magna
in ꝑplo: quia non audierūt iudam et
fratres eiꝰ: existimātes fortiter se factu-
ros. Ipsi autē nō erāt de semine virorꝫ
illorꝫ: per quos salus facta est in isrl.
Et viri iuda magnificati sūt valde in
conspectu oīm̄is isrl et gentiū omniū:
vbi audiebat̄ nomē eorꝫ. Et cōuenerūt
ad eos fausta acclamantes. Et exiuit
iudas et fratres eius ⁊ expugnabant
filios esau in terra que ad austrū est:
⁊ ꝑcussit chebron ⁊ filias eiꝰ: et muros
eiꝰ et turres eiꝰ succēdit igne ī circuitu.
Et mouit castra ut iret in terram alie-
nigenarꝫ: ⁊ ꝑambulabat samariam.
In illa die ceciderūt sacerdotes ī bello
dum volūt fortiter facere: dū sine con-
silio exeunt ī preliū. Et declinauit iu-
das in azotū in terrā alienigenarꝫ: et
diruit aras eorꝫ et spolia deorꝫ suorū
succendit igni: et cepit spolia ciuitatū
et reuersus est in terram iuda. vi.

Et rex antiochus perambulauit
supiores regiones. Et audiuit
esse ciuitatem elimaidem in ꝑside no-
bilissimā et copiosam in argento et
auro: templūq; in ea locuplex valde.
Et illic velamina aurea et lorice ⁊ scu-
ta: que reliquit alexander philippi rex
macedo qui regnauit primꝰ in grecia.
Et venit et querebat capere ciuitatem
et depdari eam: et nō potuit quoniā
innotuit sermo hijs qui erant in ciui-
tate. Et insurrexerūt in p̄lium et fugit
inde: et abijt cū tristicia magna: et re-
uersus ē babiloniā. Et venit qui nun-
ciaret ei ī ꝑside: quia fugata sūt castra
que erant in terra iuda: et quia abijt
lisias cū virtute forti in p̄mis ⁊ fugatꝰ
est a facie iudeorꝫ: ⁊ inualuerūt armis
et viribꝫ et spolijs mltis que ceperunt
de castris que exciderūt: et quia dirue-
runt abomīacōnem quam edificaue-
rant sup altare quod erat ī ihrlm. et
sanctificacōnem sicut prius circūdede-
runt muris excelsis: sed et bethsuram
ciuitatē suā. Et factū ē ut audiuit rex
sermones istos expauit et cōmotus ē
valde: ⁊ decidit in lectum ⁊ incidit in
languorem p̄ tristicia: quia nō ē factū





Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0337
powered by DWork • Heidelberg University Library

sicut cogitabat. Et erat illic dies multos: quia renouata est in eo tristitia magna: et arbitratus est se mori. Et vocauit omnes amicos suos: et dixit illis. Recessit somnus ab oculis meis: et cecidi et corrui corde pre sollicitudine. Et dixi in corde meo. In quātam tribulationem deueni: et in quos fluctus tristicie in qua nunc sum: qui iocundus eram et dilectus in potestate mea. Fui vero reminiscor malorum que feci in ihrlm: unde et abstuli omnia spolia aurea et argentea que erant in ea: et misi auferre habitantes iudeam sine causa. Cognoui ergo quia propterea inuenerunt me mala ista: et ecce pereo tristicia magna in terra aliena. Et vocauit philippum unum de amicis suis: et preposuit eum super universum regnum suum. Et dedit ei diadema et stolam suam et annulum: ut adduceret antiochum filium suum et nutriret eum et regnaret. Et mortuus est illic antiochus rex anno centesimoquadragesimonono. Et cognouit lisias quoniam mortuus est rex: et constituit regnare antiochum filium eius quem nutriuit adolescentem: et vocauit nomen eius eupatorem. Et his qui erat in arce conclusserant israel in circuitu sanctorum: et inferebat eis mala semper ad firmamentum gentium. Et cogitauit iudas disperdere eos: et conuocauit universum populum ut obsiderent eos. Et conuenerunt simul: et obsederunt eos anno centesimoquinquagesimo: et fecerunt balistas et machinas. Et egierunt quidam ex eis qui obsidebantur: et adiunxerunt se illis aliqui impius ex israel: et abierunt ad regem et dixerunt. Quousque non facis iudicium: et vindicas fratres nostros? Nos decreuimus seruire patri tuo et ambulare in preceptis eius et obsequi edictis eius: et filij populi nostri propter hec alienabant se a nobis. Et quicunque inuenichantur ex nobis interficiebant eos: et hereditates nostre diripiebantur. Et non ad nos tantum extenderunt manus: sed et in omnes fines nostros. Et ecce applicuerunt hodie ad arcem in ihrlm occupare eam: et munitionem in bethsuram munierunt. Et nisi preueneris eos velocius maiora hec facient: et non poteris obtinere eos. Et iratus est rex ut hec audiuit: et conuocauit omnes amicos suos et principes exercitus sui: et eos qui super equites erant. Sed et de regnis aliis et de insulis maritimis uenerunt ad eum: exercitus conductitius. Et erat numerus exercitus eius centummilia peditum et viginti milia equitum: et elephanti triginta duo docti ad prelium. Et venerunt per idumeam et applicuerunt ad bethsuram: et pugnauerunt dies multos: et fecerunt machinas. Et egressi et succenderunt eas igni: et pugnauerunt viriliter. Et recessit iudas ab arce: et mouit castra ad bethzacharam contra castra regis. Et surrexit rex ante lucem: et contigit exercitus impetum contra viam bethzacharam. Et comparauerunt se exercitus in prelium: et tubis cecinerunt. Et elephantis ostenderunt sanguinem uue et morum: ad acuendos eos in prelium. Et diuiserunt bestias per legiones: et astiterunt singulis elephantis mille viri in loricis concatenatis et galee ere in capitibus eorum: et quingenti equites ordinati uniuscuiusque bestie electi erant. Hi ante tempus ubicunque erat bestia ibi erant: et quocunque ibat ibant: et non discedebant ab ea. Sed et turres lignee super eos firme pregrandes. super singulas bestias: et super eas machine. Et super singulas viri virtutis triginta duo qui pugnabant desuper: et

intus magister bestie. Et residuū eq̄ta-
tum hinc et inde statuit in duas par-
tes: tubis exercitū cōmouere: et purge-
re constipatos in legionibꝫ eiꝰ. Et ut
refulsit sol in clipeos aureos et ereos
resplēduerūt mōtes ab eis: ⁊ resplēdu-
erūt sicut lāpades ignis. Et distēta est
pars exercitꝰ regis ꝑ mōtes excelsos: et
alij ꝑ loca humilia: ⁊ ibāt caute et or-
dinate. Et cōmouebāt̄ omēs inhabi-
tantes terrā a voce mltitudinis eoꝝ: et
incessu turbe ⁊ collisione armoꝝ. Erat
enī exercitus magnus valde et fortis.
Et appropiauit iudas et exercitus eiꝰ
in preliū: et ceciderūt de exercitu regis
sexcenti viri. Et vidit eleazar filiꝰ sau-
ra vnā de bestijs loricatā loricis regis:
et erat eminēs sup ceteras bestias. Et
visum est ei q̄ in ea esset rex: et dedit se
ut liberaret ꝓplm suū: ⁊ acquireret sibi
nomen eternū. Et cucurrit ad eam au-
dacter in medio legionis interficiens
a dextris ⁊ a sinistris: ⁊ cadebant ab
eo huc atq; illuc. Et iuit sub pedes ele-
phātis et supposuit se ei: et occidit eū
et cecidit in terram super ipm: et mor-
tuus est illic. Et vidētes virtutem regis
⁊ impetū exercitus eiꝰ. diuerterūt se ab
eis. Castra autem regis ascenderūt cō-
tra eos in ihrlm: et applicuerūt castra
regis ad iudeam et montem syon. Et
fecit pacem cū hijs q̄ erāt ī bethsura. ⁊
exierūt de ciuitate quia non erant eis
ibi alimenta conclusis: quia sabbata
erant terre. Et comp̄hendit rex bethsu-
ram et constituit ibi custodiā seruare
eam: et conuertit castra ad locū sancti-
ficationis dies mltos. Et statuit illic
balistas ⁊ machinas. ⁊ ignis iacula
⁊ tormēta ad lapides iactādos: et spi-
cula. ⁊ scorpios. ad mittendas sagit-
tas. ⁊ fundibula. Fecerūt autem et ipi
machinas aduersus machinas eoꝝ:
et pugnauerūt dies mltos. Esce autē
non erant in ciuitate eo q̄ septimus
annus esset: et qui remāserant ī iudea
de gentibꝫ consūpserant reliquias eoꝝ
que reposite fuerant. Et remanserunt
in sanctis viri pauci quoniā obtinu-
erat eos fames: ⁊ dispersi sūt vnusq̄s-
q; ī locū suū. Et audiuit lisias q̄ phi-
lippus quē cōstituerat rex antiochus
cū adhuc viuēt ut nutriret antiochū
filiū suū et regnaret. reuersus est a per-
side ⁊ media ⁊ exercitus qui abierat cū
ipso: et quia querit suscipere regni ne-
gocia. Et festinauit ire: ⁊ dicere ad re-
gem et duces exercitus. Deficimꝰ coti-
die et esca nobis modica est: et locus
quem obsidemꝰ est munitꝰ: ⁊ incūbit
nobis ordinare de regno. Nūc itaq;
demus dextras hominibꝫ istis: et fa-
ciamus cū illis pacem ⁊ cū omni gen-
te eoꝝ: ⁊ constituamꝰ illis ut ambulēt
in legitimis suis sicut p̄us. Propter
legitima enī ipsoꝝ que despeximꝰ irati
sunt: et fecerūt omnia hec. Et placuit
sermo in conspectu regis et principū:
et misit ad eos pacem facere et ceperūt
illā: et iurauit illis rex et principes et
exierūt de municione. Et intrauit rex
montem syon et vidit municionem
loci: et rupit cicius iuramentū quod
iurauit: et mandauit destruere murū
ī giro. Et discessit festinanter ⁊ reūsus
est antiochiā: et inuenit philippum
dominātem ciuitati: ⁊ pugnauit ad-
uersus eū ⁊ occupauit ciuitatē. vij

Anno centesimoquinquagesimo
et primo exiuit demetrius seleuci
filius ab vrbe roma: et ascendit cum
paucis viris in ciuitatem maritimā:
et regnauit illic. Et factū est ut ingres-
sus est domū regni patrum suorum



Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0339
powered by DWork • Heidelberg University Library

comp̄hendit exercitus antiochū et lisi-
am ut adducerent eos ad eū: et res ei
innotuit: et ait. Nolite michi ostende-
re faciem eoꝝ. Et occidit eos exercitus.
Et sedit demetrius super sedem regni
sui: et venerūt ad eū viri iniqui et im-
pij ex isrl̄. et alchimꝰ dux eoꝝ: qui vo-
lebat fieri sacerdos. Et accusauerunt
ꝓpl̄m apud regem dicentes. Perdidit
iudas et frēs eiꝰ amicos tuos et nos
dispdidit de terra nostra. Nunc ergo
mitte virū cui credis ut eat et videat
exterminiū omne quod fecit nobis ī
regionibꝫ regis: et punijt om̄es ami-
cos eius et adiutores eorū. Et elegit
rex ex amicis suis bachidem qui domi-
nabat̄ trans flumen magnū ī regno
et fidelem regi: et misit eum ut videret
exterminiū quod fecit iudas. Sed et
alchimū impiū cōstituit ī sacerdotiū:
et mandauit ei facere vlcionem ī filios
isrl̄. Et surrexerūt et venerūt cū exercitu
magno in terram iuda: et miserunt
nuncios et locuti sūt ad iudam et ad
fratres eius verbis pacificis in dolo:
et nō intenderūt sermonibꝫ eoꝝ. Vide-
runt enī quia venerunt cū exercitu ma-
gno: et cōuenerūt ad alchimū ⁊ bachi-
dem congregatio scribarū requirere q̄
iusta sūt. Et primi assidei qui erāt in
filijs isrl̄: et exquirebant ab eis pacem.
Dixerūt enī. Homo sacerdos de semi-
ne aaron venit: non decipiet nos. Et
locutꝰ est cū eis verba pacifica: ⁊ iura-
uit illis dicens. Non inferemꝰ vobis
malū: neqꝫ amicis vestris. Et crediderunt
ei. Et cōprehēdit ex eis sexaginta
viros: et occidit eos in vna die secun-
dum verbū quod scriptū est. Carnes
sanctorū tuorū et sanguinem ipsorū
effuderūt ī circuitu ihrl̄m: et nō erat q̄
sepeliret. Et incubuit timor et tremor
in omnem ꝓpl̄m: quia dixerūt. Nō est
veritas et iudiciū in eis. Transgressi
sunt enī constitutū: et iusiurandū qd̄
iurauerūt. Et mouit bachides castra
ab ihrl̄m et applicuit in bethzecha: et
misit ⁊ comp̄hendit mlt̄os ex eis qui
a se refugerant: et quosdam de ꝓpl̄o
mactauit: et in puteū magnū ꝓiecit.
Et cōmisit regionem alchimo: et reli-
quit cū eo auxiliū in adiutorium ipsi.
Et abijt bachides ad regem. Et satis
agebat alchimus pro principatu sa-
cerdotij sui. Et cōuenerūt ad eū omnes
qui perturbabāt ꝓpl̄m suū: et obtinu-
erunt terram iuda: et fecerūt plagam
magnā ī isrl̄. Et vidit iudas omnia
mala que fecit alchimus et q̄ cum eo
erant filijs isrl̄ plus multo q̄ꝫ gentes:
et exijt in omnes fines iudee ī circuitu
⁊ fecit vindictam in viros desertores:
⁊ cessauerūt vltra exire in regione. Vi-
dit autem alchimus quod p̄ualuit
iudas et qui cū eo erant et cognouit
quia nō potest sustinere eos: et regres-
sus est ad regē: ⁊ accusauit eos mlt̄is
criminibꝫ. Et misit rex nichanorem
vnū ex principibꝫ suis nobilioribꝫ. q̄
erat inimicicias exercens contra isrl̄: ⁊
mandauit ei euertere ꝓpl̄m. Et venit
nichanor ī ihrl̄m cū exercitu magno:
et misit ad iudam et ad fratres eiꝰ cū
dolo verbis pacificis dicens. Non sit
pugna inter me ⁊ vos. Veniā cū viris
paucis: ut videam facies vestras cum
pace. Et venit ad iudam et salutaue-
runt se inuicem pacifice: et hostes pa-
rati erant rapere iudā. Et innotuit ser-
mo iude quoniā cū dolo venerat ad
eum: et contritus est ab eo: ⁊ amplius
noluit videre faciem eiꝰ. Et cognouit
nichanor qm̄ denudatū est cōsilium
eius: et exiuit obuiam iude in pugnā

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0340
powered by DWork • Heidelberg University Library

iuxta capharsalama. Et ceciderũt de
nichanoris exercitu fere quinq; milia
viri: ⁊ fugerunt in ciuitatẽ dauid. Et
post hec verba ascendit nichanor in
montem syon: et exierunt de sacerdo-
tibus ꝓpli salutare eũ in pace: ⁊ demon-
strare ei olocaustomata q̃ offerebant̃
pro rege. Et irridens spreuit eos et pol-
luit: et locutus est suꝑbe: ⁊ iurauit cũ
ira dicens. Nisi traditus fuerit iudas
⁊ exercitus ei⁹ in manus meas: conti-
nuo cũ regressus fuero in pace succen-
dam domũ istam. Et exijt cũ ira ma-
gna. Et intrauerunt sacerdotes et stete-
runt ante faciem altaris et templi: et
flentes dixerũt. Tu dñe elegisti domũ
istã ad inuocandũ nomen tuũ in ea:
ut esset dom⁹ orõnis et obsecracõnis
ꝓplo tuo. Fac vindictã ĩ homine isto.
⁊ exercitu ei⁹: et cadant in gladio. Me-
mento blasphemias eoꝝ: et ne dederis
eis ut ꝑmaneãt. Et exijt nichanor ab
ihrlm ⁊ castra applicuit ad bethoron:
et occurrit illi exercitus sirie. Et iudas
applicuit in adarsa cũ tribusmilibus
viris. Et orauit iudas et dixit. Qui
missi erãt a rege sennatharib domine
quia blasphemauerũt te. exijt angelus
⁊ ꝑcussit ex eis centũ octoginta quinq;
milia: sic contere exercitum istũ in con-
spectu nostro hodie ⁊ sciant ceteri quia
male locutus est suꝑ sancta tua: et iu-
dica illũ secũdum maliciam illi⁹. Et
commiserunt exercitus p̃lium terciade-
cima die mensis adar: et contrita sũt
castra nichanoris: ⁊ cecidit ipe prim⁹
in p̃lio ut autem vidit exercitus eius
quia cecidisset nichanor proiecerũt ar-
ma sua et fugerũt: et ꝑsecuti sunt eos
viã vnius diei ab adazer usquequo
veniatur in gazara: et tubis cecinerũt
post eos cũ significationibꝫ. Et exierũt
de omnibꝫ castellis iudee in circuitu:
et ventilabãt eos cornibus: et conuer-
tebantur iterũ ad eos. Et ceciderunt o-
mnes gladio: et non est relictus ex eis
nec vnus. Et acceperũt spolia eoꝝ in
predam: et caput nichanoris ampu-
tauerũt et dexterã eius quã extenderat
suꝑbe: et attulerũt et suspenderũt con-
tra ihrlm. Et letatus est ꝓpls valde: et
egerũt diem illã in leticia magna. Et
constituit agi omnibꝫ annis diẽ istã
terciadecima die mensis adar: ⁊ siluit
terra iuda dies paucos. viij

Et audiuit iudas nomen roma-
norũ quia sũt potentes viribus
et acquiescũt ad omnia q̃ postulant̃
ab eis: ⁊ quicũq; accesserũt ad eos sta-
tuerunt cũ eis amicicias: et quia sunt
potentes viribꝫ. Et audierũt p̃lia eoꝝ
et virtutes bonas quas faciũt in ga-
lacia: quia obtinuerũt eos et duxerũt
sub tributũ. Et quãta fecerũt in regio-
ne hispanie: et qd̃ in potestatem rede-
gerunt metalla argenti et auri q̃ illic
sũt: ⁊ possederũt omnẽ locũ cõsilio suo
⁊ patientia: loca que longe erãt valde
ab eis ⁊ reges qui suꝑuenerant eis ab
extremis terre cõtriuerũt: et percusserũt
eos plaga magna. Ceteri autẽ dant
eis tributũ omnibꝫ annis. Et philip-
pum persen siciorũ regem et ceteros q̃
aduersus eos arma tulerant contriue-
runt ĩ bello: ⁊ obtinuerũt eos. Et anti-
ochum magnũ regem asie qui eis pu-
gnam intulerat habens centũ viginti
elephãtes et equitatũ et currus et exer-
citum magnũ valde contritũ ab eis:
et quia ceperũt eũ viuũ ⁊ statuerunt ei
ut daret ipe et qui regnauerunt post
ipsũ tributũ magnũ: et daret obsides
et constitutũ. Et regionem medorũ et
medos et lidos de optimis regionibꝫ

170

169

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0341
powered by DWork • Heidelberg University Library

eorꝫ: et acceptas eas ab eis dederūt eu-
meni regi. Et quia qui erant apud el-
ladam voluerunt ire et tollere eos: et
innotuit sermo hijs ⁊ miserūt ad eos
ducem unum ⁊ pugnauerūt contra il-
los ⁊ ceciderūt ex eis multi: ⁊ captiuas
duxerūt uxores eorꝫ et filios et diripue-
runt eos et terrā eorꝫ possederūt: et de-
struxerūt muros eorꝫ: et in seruitutem
illos redegerunt usqꝫ in hūc diem. Et
residua regna et insulas q̄ aliquādo
restiterant illis exterminauerunt: et in
potestatē redegerunt. Cū amicis autē
suis ⁊ q̄ in ip̄is requiē habebāt conser-
uauerūt amiciciā: ⁊ obtinuerūt regna
que erant proxima et que erāt longe:
quia quicūqꝫ audiebāt nomen eorꝫ ti-
mebāt eos. Quibꝫ vero vellent auxilio
esse ut regnarēt regnabāt. Quos autē
vellent regno deturbabant: et exaltati
sūt valde. Et ī oīm̄bꝫ istis nemo porta-
bat diadema: nec induebat purpura:
ut magnificaret in ea. Et quia curiā
fecerunt sibi: et cottidie consulebāt tre-
centosuiginti consiliū agentes semper
de multitudine: ut que digna sūt ge-
rant. Et cōmittūt uni homini magi-
stratū suū per singulos annos dn̄ari
uniūse terre sue: et oīm̄es obediūt uni:
et nō est inuidia neqꝫ zelus inter eos.
Et elegit iudas eupolemū filiū iohan-
nis filij iacob et iasonem filiū eleaza-
ri ⁊ misit eos romam constituere cum
illis amiciciā ⁊ societatem: et ut aufer-
rent ab eis iugum grecorum: quia
viderunt q̄ in seruitutem premerent re-
gnum isrl̄. Et abierūt romam viam
multam valde: et introierūt curiam ⁊
dixerūt. Iudas machabeus et fratres
eius et ꝓpl̄s iudeorꝫ miserunt nos ad
vos statuere vobiscū societatem et pa-
cem: et cōscribere nos socios ⁊ amicos
vestros. Et placuit sermo in cōspectu
eorꝫ. Et hoc rescriptū quod rescripserūt
in tabulis ereis: et miserunt in ihrlm
ut esset apud eos ibi memoriale pacis
et societatis. Bene sit romanis et gen-
ti iudeorꝫ ī mari et ī t̄ra ineternū: gladi-
usqꝫ et hostis ꝓcul sit ab eis. Qd̄ si in-
stererit bellum romanis prius aut o-
mnibꝫ socijs eorū in omni dn̄atione
eorꝫ: auxiliū feret gens iudeorū prout
tempus dictauerit corde pleno. Et pre-
liantibꝫ non dabūt neqꝫ subministra-
bunt triticū arma pecuniā naues sicut
placuit romanis: et custodient man-
data eorꝫ nichil ab eis accipientes. Si-
militer autem et si genti iudeorꝫ prius
acciderit bellū adiuuabūt romani ex
animo prout eis tempus permiserit: ⁊
adiuuantibus non dabitur triticum
arma pecunia naues sicut placuit ro-
manis: et custodient mandata eorū
absqꝫ dolo. Secūdum hec verba con-
stituerūt romani ꝓpl̄o iudeorꝫ. Quod
si post hec v̄ba hij aut illi addere aut de-
mere ad hec aliquid voluerint facient
ex ꝓposito suo: et q̄cūqꝫ addiderint vel
dempserint rata erūt. Sed et de malis
que demetrius rex fecit in eos scripsim⁹
ei dicentes. Quare grauasti iugū tuū
sup̄ amicos nostros ⁊ socios iudeos?
Si ergo iterū adierint nos aduersum
te faciemus illis iudicium: et pugna-
bimus tecum mari terraqꝫ. ix

In terra ut audiuit demetrius quia ce-
cidit nichanor et exercit⁹ eius ī prelio:
apposuit bachidem et alchimū rursū
mittere in iudeam: et dexterū cornu cū
illis. Et abierūt viā que ducit in gal-
galam: ⁊ castra posuerūt ī masaloth
que est in arbellis et occupauerūt eā:
et peremerūt animas hominū mlt̄as.
In mense primo anni centesimi et

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0342
powered by DWork • Heidelberg University Library

quinquagesimi ⁊ secūdi applicuerunt
exercitū ad ihrlm: et surrexerūt et abie-
runt in berea vigintimilia virorum et
duomilia equitū. Et iudas posuerat
castra in laisa: et tria milia viri electi
cum eo. Et viderūt multitudinē exerci-
tus quia multi sūt et timuerūt valde:
et multi subtraxerūt se de castris: ⁊ nō
remanserunt ex eis nisi octingenti viri.
Et vidit iudas quod defluxit exercit⁹
suus et bellū purgebat eū: et cōfractus
est corde quia non habebat tempus
congregandi eos: et dissolut⁹ est. Et
dixit hijs qui residui erāt. Surgam⁹
et eamus ad aduersarios nostros: si
poterim⁹ pugnare aduersus eos. Et
auertebāt eū dicentes. Non poterim⁹:
sed liberem⁹ animas nostras modo ⁊
reūtamur ad fratres nostros: et tunc
pugnabim⁹ aduersus eos. Nos autē
pauci sum⁹. Et ait iudas. Absit istā
rem facere: ut fugiam⁹ ab eis. Et si ap-
propiauit tempus nostr̄ moriamur
in virtute ꝓpter fratres nostros: et nō
inferam⁹ crimen glorie nostre. Et mo-
uit exercitus de castris: et steterūt illis
obuiam. Et diuisi sūt equites ī duas
partes: et fūdibularij ⁊ sagittarij pre-
ibant exercitū: ⁊ p̄mi certaminis om̄es
potentes. Bachides autem erat ī dextro
cornu: et proximauit legio ex duabus
partibꝫ: et clamabāt tubis. Exclama-
uerūt autē ⁊ hij q̄ erāt ex parte iude eciā
ipsi: ⁊ cōmota ē terra a voce exercituū:
et commissū est p̄liū a mane usq; ad
vesperam. Et vidit iudas qd̄ firmior
est pars exercitus bachidis in dextris:
et cōuenerūt cū ipso omnes cōstantes
corde. et cōtrita est dextra pars ab eis:
et ꝑsecut⁹ est eos usq; ad montē azoti.
Et qui in sinistro cornu erant viderūt
quod cōtritum est dextrū cornu: ⁊ secuti
sunt post iudā et eos qui cū ipo erant
a tergo. Et ingrauatū est p̄liū: et ceci-
derunt vulnerati multi ex hijs et ex illis.
Et iudas cecidit: et ceteri fugerūt. Et io-
nathas et simon tulerūt iudam frām
suū: ⁊ sepelierūt eū in sepulcro patrum
suoꝝ in ciuitate modin. Et fleuerunt
eum om̄is ꝓpl's isrl' planctu magno:
et lugebant dies multos: et dixerunt.
Quomodo cecidit potens qui saluū
faciebat ꝓplm isrl'? Et cetera verba bel-
lorū iude et virtutū quas fecit et ma-
gnitudinis eius non sunt descripta.
Multa enī erant valde. Et factū ē post
obitum iude emerserūt iniqui ī om̄ibꝫ
finibus isrl': et exorti sunt omnes qui
operabant̄ iniquitatē. In diebꝫ illis
facta est fames magna valde: et tra-
didit se bachidi omnis regio eorū cū
ipsis. Et elegit bachides viros impios
et cōstituit eos dominos regionis: ⁊
exquirebāt et perscrutabātur amicos
iude. et adducebāt eos ad bachidem:
et vindicabat in illos et illudebat. Et
facta ē tribulatio magna in isrl': q̄lis
non fuit ex die qua nō est visus ꝓphe-
ta in isrl'. Et cōgregati sūt om̄es ami-
ci iude: et dixerūt ionathe. Ex quo fra-
ter tuus iudas defunctus est: vir simi-
lis ei nō est qui exeat contra inimicos.
bachidem et eos qui inimici sūt gētis
nostre. Nunc itaq; te hodie eligimus
esse ꝓ eo nobis in principem et ducē:
ad bellandū bellū nostrū. Et suscepit
ionathas tempore illo principatū: et
surrexit loco iude fratris sui. Et cogno-
uit bachides: et querebat eū occidere.
Et cognouit ionathas ⁊ simon frater
eius et omnes qui cū eo erant: et fuge-
runt in desertū thecue: et cōsederūt ad
aquam lacus asphar. Et cognouit
bachides: et die sabbatoꝝ venit ipse

171



Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0343
powered by DWork • Heidelberg University Library

et oīīs exercitus eius transiordanem.
Et ionathas misit fratrē suū ducem
ppli: ⁊ rogauit nabutheos amicos su-
os ut comodarēt illis apparatū suū:
qui erat copiosus. Et exierūt filij iam-
bri ex madaba et cōprehenderūt iohan-
nem et oīa que habebat: et abierunt
habentes ea. Post hec verba renunci-
atum est ionathe et symoni fratri ei⁹:
quia filij iambri fecerūt nuptias ma-
gnas et duxūt sponsam ex madaba fi-
liam unius de magnis principibus
chanaan cum ambitione magna. Et
recordati sūt sanguinis iohānis frīs
sui: ⁊ ascenderūt ⁊ absconderūt se sub regi-
mento montis. Et eleuauerūt oculos
suos ⁊ viderunt: ⁊ ecce tumultus ⁊ appa-
ratus multus· ⁊ sponsus processit ⁊ ami-
ci eius: ⁊ fratres ei⁹ obuiam illis cum
tympanis ⁊ musicis ⁊ armis multis.
Et surrexerūt ad eos ex insidijs et occi-
derūt eos: ⁊ ceciderūt vulnerati multi:
et residui fugerūt in montes. Et acce-
perunt oīīa spolia eorū: ⁊ cōuersa sūt
nuptie in luctū: et vox musicorū ipōrū
in lamentū. Et vindicauerunt vindi-
ctam sanguinis frīs sui: et reuersi sūt
ad ripā iordanis. Et audiuit bachi-
des: ⁊ venit die sabbatorū usq; ad orā
iordanis in virtute magna. Et dixit
ad suos ionathas. Surgam⁹: et pu-
gnem⁹ cōtra inimicos nōs. Non est
enī hodie sicut heri et nudiustertius.
Ecce enim bellū ex aduerso: aqua vero
iordanis hinc et inde ⁊ ripe ⁊ palude⁹
et saltus: et non est locus diuertendi.
Nūc ergo clamate in celū: ut liberemini
de manu inimicorū vestrorū. Et cōmis-
sum est bellum. Et extendit ionathas
manū suā pugnare bachidem: ⁊ diuer-
sit ab eo retro. Et desiliit ionathas ⁊
q̄ cū eo erāt in iordanē: ⁊ trānauerūt
ad eos iordanē. Et ceciderunt de par-
te bachidis die illa mille viri: ⁊ reuersi
sunt in iherusalē. Et edificauerūt ciui-
tates munitas in iudea: munitionē
que erat in iherycho· et in ammaum· et
in bethoron· ⁊ bethel ⁊ thamnata ⁊ phā-
ra et thopo muris excelsis et portis et
seris. Et posuit custodiā in eis: ut inimi-
cicias exercerēt in isrl. Et munuit ci-
uitatē bethsurā et gazarā· et arcē et po-
suit in eis auxilia et apparatū escaꝝ: ⁊
accepit filios principū regionis obsi-
des: et posuit eos in arce in iherusa-
lem in custodiam. Et anno centesimo quin-
quagesimo octauo mense secūdo precepit al-
chimus destrui muros domus sancte
interioris: et destrui opa pphaꝝ. Et ce-
pit destruere. In tēpore illo prostratus ē al-
chimus ⁊ impedita sunt opa illius: ⁊
occlusum ē os eius et dissolut⁹ est pa-
ralisi: nec vltra potuit loqui verbum
et mādare de domo sua. Et mortuus
est alchimus in tēpore illo cū tormēto
magno. Et vidit bachides quī mortu⁹
est alchimus: et reuersus est ad regem:
et siluit terra annis duobꝰ. Et cogita-
uerūt omnes iniqui dicentes. Ecce io-
nathas et qui cū eo sunt in silencio ha-
bitāt confidēter. Nūc ergo adducam⁹
bachidem: et cōprehendet eos omnes
una nocte. Et abierūt: et consilium ei
dederūt. Et surrexit ut veniret cum ex-
ercitu multo. Et misit occulte epistolas
sociis suis qui erāt in iudea ut cōpreh-
derent ionathan· ⁊ eos qui cū eo erāt:
sed nō potuerūt quia innotuit eis con-
silium eorū. Et apprehendit de viris regi-
onis qui principes erant milicie quin-
quaginta viros: ⁊ occidit eos. Et se-
cessit ionathas ⁊ symon ⁊ qui cum eo
erant in bethbesen que est in deserto: ⁊
extruxit diruta eius: et firmauerūt cā.

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0344
powered by DWork • Heidelberg University Library

Et cognouit bachides et cōgregauit
uniuersam multitudinē suā: et hijs qui
de iudea erant denūciauit. Et uenit
castra posuit desup bethbelle: et oppu-
gnauit eā dies multos: et fecit machi-
nas. Et reliquit ionathas symonem
fratrem suū in ciuitate et exiuit ī regi-
onem: et uenit cū numero et percussit o-
darem et fres eius et filios phaseron in
tabernaculis ipor: et cepit reddere et cresce-
re ī uirtutibs. Symon uero et qui cum
ipso erant exierūt de ciuitate et succen-
derunt machinas: et pugnauerūt ctra
bachidem: et contritus ē ab eis. Et affli-
xerunt eum valde: quī consilium eius
et congressus eius erat inanis. Et ira-
tus contra uiros iniquos qui ei cōsi-
lium dederāt ut ueniret in regionem
ipor: multos ex eis occidit. Ipse autē
cogitauit cum reliquis abire ī regio-
nem suam. Et cognouit ionathas et
misit ad eū legatos: cōponere pacem
cum ipo: et reddere ei captiuitatem. Et
libenter accepit: et fecit secūdum uerba
ei9: et iurauit se nichil facturū ei mali
omnibus diebus uite eius. Et reddi-
dit ei captiuitatē quā prius erat pdā-
tus de terra iuda. Et conuersus abijt
ī terram suā: et nō apposuit amplius
uenire ī fines ei9. Et cessauit gladius
ex isrl. Et habitauit ionathas ī mag-
mas: et cepit ionathas ibi iudicare po-
pulū: et exterminauit impios ex isrl.

Et āno centesimo sexagesimo ascen-
dit alexāder antiochi filius qui
cognominat9 ē nobilis et occupauit
ptolomaidam: et receperūt eum: et re-
gnauit illic. Et audiuit demetrius rex
et congregauit exercitū copiosū valde:
et exiuit obuiam illi in plium. Et mi-
sit demetrius epistolam ad ionathan
uerbis pacificis: ut magnificaret eum.
Dixit enim. Anticipemus facere pacem
cum eo: prius̄ faciat cum alexandro
aduersum nos. Recordabitur enim o-
mniū malor que fecimus in eū: et in
fratrē eius: et in gentē eius. Et dedit ei
potestatē cōgregandi exercitū: et fabri-
care arma: et esse ipm socium eius: et ob-
sides qui erant in arce iussit tradi ei.
Et uenit ionathas in ihrlm: et legit
epistolas ī auditu omnis ppli: et eorū
qui in arce erāt. Et timuerunt timore
magno: quī audierunt q dedit ei rex
potestatē congregandi exercitū. Et tra-
diti sunt ionathe obsides: et reddidit
eos parentibus suis. Et habitauit iona-
thas in ihrlm: et cepit edificare: et in-
nouare ciuitatē. Et dixit facientibus
opera ut exstruerent muros et monte
syon in circuitu lapidibs quadratis
ad munitionem: et ita fecerūt. Et fuge-
runt alienigene qui erant in munitī-
onibus quas bachides edificauerat:
et reliquit unusquisq; locum et abijt
in terrā suā: tantū in bethsura reman-
serunt aliqui ex hijs qui reliquerant
legem et pcepta dei. Erat enī hec eis ad
refugiū. Et audiuit alexander rex pro-
missa que promisit demetrius ionathe:
et narrauerūt ei prelia et uirtutes quas
ipe fecit et fratres eius: et labores quos
laborauerunt. Et ait. Nunquid inue-
niemus aliquē uirū talem? Et nūc fa-
ciemus eum amicū et socium nrm. Et
scripsit epistolam: et misit ei secōm hec
uerba dicens. Rex alexander fratri io-
nathe salutem. Audiuim9 de te q uir
potens sis uiribus: et aptus es ut sis
amicus noster. Et nūc constituimus
te hodie summū sacerdotem gentis tue:
et ut amicus uocetis regis. Et misit ei
purpuram et coronam auream: ut que
nra sunt sentias nobiscū: et conseruis



Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0345
powered by DWork • Heidelberg University Library

amicicias ad nos. Et induit se iona-
thas stola sancta septimo mēse. āno
centesimosexagesimo in die solemni
scenophegie. Et congregauit exercitū:
et fecit arma copiosa. Et audiuit de-
metrius verba ista: et contristatus est
nimis. Et ait. Quid hoc fecimus: q
preoccupauit nos alexander apphen-
dere amiciciā iudeorꝫ ad munimē sui?
Scribam et ego illi verba deprecatoria
et dignitates et dona: ut sit mecū ī ad-
iutoriū. Et scripsit ei in hec verba. Rex
demetrius. genti iudeorꝫ salutem. Quo-
niam seruastis ad nos pactū ⁊ mansi-
stis in amicicia nostra: et non accessi-
stis ad inimicos nostros: audiuimꝰ
et gauisi sumus. Et nūc pseuerate ad-
huc cōseruare ad nos fidē: et retribue-
mus vobis bona pro hijs que fecistis
nobiscū: et remittemus vobis presta-
tiones mlcas ⁊ dabimꝰ vobis dona-
tiones. Et nūc absoluo vos et omēs
iudeos a tributis: et pcia salis indul-
geo: et coronas remitto. Et tercias se-
minis. ⁊ dimidiā partē fructꝰ ligni qd
est portionis mee relinquo vobis ex
hodierno die et deinceps: ne accipia-
tur a terra iuda. ⁊ a tribus ciuitatibus
que addite sunt illi ex samaria et ga-
lilea: ex hodierna die et in totū tempus.
Et iherusalem sit sancta et libera cum
finibus suis: et decime et tributa ipius
sint. Remitto eciā potestatē arcis que
est in ihrlm et do eam summo sacer-
doti: ut cōstituat ī ea viros quoscūqꝫ
ipe elegerit qui custodiant eam. Et o-
mnem animam iudeorꝫ que captiua
est a terra iuda in omni regno meo re-
linquo liberā gratis: ut omēs a tribu-
tis soluant eciā pecorꝫ suorꝫ. Et omēs
dies solemnes ⁊ sabbata. et neomenie
et dies decreti. et tres dies ante diem
solemnē. et tres dies post diē solemnē
sint omēs immunitatis ⁊ remissionis
omnibꝫ iudeis qui sunt in regno meo.
Et nemo habebit potestatem agere ali-
quid: ⁊ mouere negocia aduersus ali-
quem illorū ī omni causa. Et ut ascri-
bant ex iudeis in exercitu regis ad tri-
gintamilia virorum. Et dabunt illis
copie ut oportet omībꝫ exercitibꝫ regis:
et ex eis ordinabuntur qui sint in mu-
nicōnibꝫ regis magni. Et ex hijs con-
stituentur supra negocia regni que a-
guntur ex fide: et principes sint ex eis
et ambulent legibus suis: sicut pcepit
rex in terra iuda. Et tres ciuitates que
addite sunt iudee ex regione samarie
cum iudea reputētur ut sint sub uno:
et non obediant aliene potestati nisi
summo sacerdoti: ptolomaida ⁊ con-
fines eius quas dedi donū sanctis qui
sunt ī ihrlm ad necessarios sumptus
sanctorꝫ. Et ego dabo singulis annis
quindecim milia siclorum argenti de
rationibus regis que me cōtingunt:
et omne qd reliquū fuerit quod non
reddiderāt qui sup negocia erant an-
nis prioribus: ex hoc dabunt in opa
domus. Et sup hec quinqꝫ milia siclorū
argenti que accipiebāt de sanctorum
ratione p singulos ānos: ⁊ hec ad sa-
cerdotes ptineant qui ministerio fun-
guntur. Et quicumqꝫ confugerint in
templū quod est iherosolimis et in o-
mnibus finibus eius obnoxij regi in
omī negotio dimittantur: et uniūsa
que sunt eis ī regno meo libera habeāt.
Et ad edificāda uel restauranda opa
sanctorum sumptus dabūtur de rati-
one regis: et ad extruēdos muros in
iherusalem. et cōminuēdos ī circuitu
sumptus dabūtur de ratione regis: ⁊
ad cōstruendos muros in iudea. Ut

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0346
powered by DWork • Heidelberg University Library

audiuit autem ionathas et ꝑplus ser-
mones istos · non crediderunt eis nec
receperunt eos: quia recordati sūt ma-
licie magne quā fecerat in israhel: et
tribulauerat eos valde. Et cōplacuit
eis in alexandrum: quia ipe fuerat eis
princeps sermonū pacis: ⁊ ipi auxiliū
ferebant omnibꝫ diebꝫ. Et congregauit
rex alexāder exercitū magnū: et admo-
uit castra contra demetriū. Et commi-
serunt p̄lium reges ⁊ fugit exercitus de-
metrij: et insecutus est eum alexander:
et incubuit sup eos. Et inualuit p̄liū
nimis · donec occidit sol: ⁊ cecidit deme-
trius in illa die. Et misit alexander ad
ptolomeum regē egipti legatos · scdm
hec verba dicens. Quoniā regressus
sum in regnum meū et sedi in sede pa-
trum meoꝝ ⁊ obtinui principatum et
contriui demetriū · et possedi regionē
nostram · et commisi pugnam cū eo
et contritus est ipe et castra eius a no-
bis ⁊ sedemus ī sede regni eius: et nūc
statuamus adinuicē amiciciam et da
michi filiā tuam vxorem: et ero gener
tuus: et dabo tibi dona ⁊ ipi dignitatē.
Et respōdit rex ptolomeus dicēs. Fe-
lix dies in qua reuersus es ad terram
patrū tuoꝝ: et sedisti in sede regni eoꝝ.
Et nunc faciā tibi quod scripsisti: sed
occurre michi ptolomaidam ut vide-
amus inuicē nos: ⁊ spondeā tibi sicut
dixisti. Et exiuit ptoloneus de egipto
ipe et cleopatra filia eius: et venit pto-
lomaidam anno centesimo sexagesi-
mo scdo. Et occurrit ei alexander rex.
Et dedit ei cleopatrā filiam suā: et fe-
cit nuptias eius ptolomaide · sicut re-
ges in magna gloria. Et scripsit ale-
xander rex ionathe: ut veniret obuiā
sibi. Et abijt cū gloria ptolomaidā ⁊
occurrit ibi duobus regibus: et dedit
illis argentum multū et aurꝫ ⁊ dona:
et inuenit gratiam in cōspectu eorum.
Et cōuenerūt aduersus eum viri pesti-
lentes ex isrl viri iniqui interpellantes
aduersus eū: et nō intendit ad eos rex.
Et iussit spoliari ionathan vestibus
suis: et induī eum purpura. Et ita fe-
cerunt. Et collocauit eum rex sedere se-
cum: dixitqꝫ principibꝫ suis. Exite cū
eo in medium ciuitatis: ⁊ predicate ut
nemo aduersus eum interpellet de vllo
negotio: nec quisqꝫ ei molestus sit de
vlla ratione. Et factum est ut viderunt
qui interpellabāt gloriā eius que pre-
dicabatur · ⁊ optum eū purpura: fuge-
runt omnes. Et magnificauit eū rex:
et scripsit eum inter primos amicos:
et posuit eū ducem et participem prin-
cipatus. Et reuersus est ionathas in
iherusalem: cū pace et leticia. In āno
centesimo sexagesimoquinto venit de-
metrius filius demetrij a creta in terrā
patrū suoꝝ. Et audiuit alexander rex
et cōtristatus est valde: et reuersus est
antiochiā. Et cōstituit demetrius rex
appolonium ducem qui preerat celesy-
rie: et cōgregauit exercitū magnum et
accessit ad iamniā: et misit ad iona-
than summū sacerdotē dicens. Tu so-
lus resistis nobis. Ego autem factus
sum in derisum et in opprobriū: ꝓpte-
rea quia tu potestatem aduersum nos
exerces in montibꝫ. Nunc ergo si con-
fidis ī virtutibus tuis descende ad nos
in campū ⁊ comparemus illic inuicē:
quia mecū est virtus bellorū. Interro-
ga et disce quis sum ego et ceteri qui
auxilio sunt michi: qui et dicūt quia
non potest stare pes vester · ante faciē
nostrā: quia bis in fugā cōuersi sunt
patres tui in terram suā. Et nūc quo-
modo poteris sustinere equitatum et



Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0347
powered by DWork • Heidelberg University Library

exercitū tantū in campo ubi nō est la-
pis neq; saxum: neq; locus fugiendi.
Ut audiuit autē ionathas sermones
appollonij: motꝰ ē animo. Et elegit
decem milia virorꝫ: et exijt ab iherusa-
lem: et occurrit ei symon frater eius in
adiutoriū. Et applicuerunt castra in
ioppen. Et exclusit eū a ciuitate: quia
custodia appollonij ioppe erat: ⁊ oppu-
gnauit eam. Et exterriti qui erāt in ci-
uitate aperuerunt ei: et obtinuit iona-
thas ioppen. Et audiuit appollonius:
et admouit tria milia equitum. et ex-
ercitū multū. Et abijt ī azotum tanq̄
iter faciens: et statim exijt ī campum:
eo quod haberet multitudinem equi-
tum et cōfideret in eis. Et insecutus est
eum ionathas in azotum: et commi-
serunt preliū. Et reliquit appollonius
in castris mille equites post eos occul-
te. Et cognouit ionathas quoniam
insidie sunt post se: ⁊ circuierūt castra
eius: et iecerunt iacla in ꝓplm a mane
usq; ad vesperam. Populus autē sta-
bat sicut precepit ionathas: et labora-
uerunt equi eorꝫ. Et eiecit symon exerci-
tum suū: ⁊ cōmisit ɔtra legionē. Equi-
tes enī fatigati erant. Et contriti sunt
ab eo: et fugerūt. Et qui dispsi sunt per
campū fugerūt in azotum: et intraue-
runt in bethdagon ydolū suū: ut ibi
se liberarēt. Et succēdit ionathas azo-
tum et ciuitates que erant in circuitu
eius: et accepit spolia eorꝫ: ⁊ templum
dagon ⁊ omnes qui fugerūt in illud
succendit igni. Et fuerūt qui ceciderūt
gladio cum hijs qui succensi sunt: fere
octo milia virorꝫ. Et mouit inde iona-
thas castra: et applicuit ea aschalonā
et exierunt de ciuitate obuiā illi in ma-
gna gloria. Et reuersus est ionathas
in iherusalem cū suis habentibꝫ spolia
mlta. Et factū est ut audiuit alexāder
rex sermones istos: addidit adhuc glo-
rificare ionathan. Et misit ei fibulam
auream: sicut consuetudo est dari co-
gnatis regum. Et dedit ei accharon et
omnes fines eius in possessionē. XI

Et rex egipti congregauit exercitū
sicut arenam que ē circa oram
maris. et naues multas: et querebat
obtinere regnū alexandri dolo: et ad-
dere illud regno suo. Et exijt in syriam
verbis pacificis: et aperiebant ei ciui-
tates. et occurrebant ei: quia mādaue-
rat alexander rex exire ei obuiam. eo q̄
socer suus esset. Cum autem introiret
ciuitatem ptolomeus: ponebat custo-
dias militum in singulis ciuitatibus.
Et ut appropiauit azoto ostenderunt
ei templū dagon succensū igni: ⁊ azo-
tum et cetera eius demolita et corpora
proiecta: et eorꝫ q̄ cesi erant in bello tu-
mulos. quos fecerant secus viam. Et
narrauerunt regi quia hec fecit iona-
thas: ut inuidiā facerent ei. Et tacuit
rex. Et occurrit ionathas regi ī ioppen
cum gloria: ⁊ inuicem se salutauerūt:
et dormierūt illic. Et abijt ionathas
cum rege usq; ad fluuiū qui vocabat̄
eleutherꝰ et reūsus ē ī ihrlm. Rex autē
ptolomeus obtinuit dominium ciui-
tatū usq; sileutiam maritimā: et cogi-
tabat in alexandrum consilia mala.
Et misit legatos ad demetrium dicēs.
Veni componamus inter nos pactū
et dabo tibi filiā meam quā habet ale-
xander: et regnabis in regno patris
tui. Penitet enī me: quod dederim illi
filiā meam. Quesiuit enī me occidere.
Et vituperauit eum: ꝓpterea q̄ cōcupie-
rat regnum eius. Et abstulit filiā suā
et dedit eā demetrio: et alienauit se ab
alexādro: ⁊ manifestate sūt inimicicie

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0348
powered by DWork • Heidelberg University Library

eius. Et intrauit ptolomeus antiochi-
am: et imposuit duo diademata capi-
ti suo egipti et asie. Alexander autem rex
erat in cilicia illis temporibus: quia re-
bellabant qui erant in locis illis. Et
audiuit alexander: et venit ad eum in bel-
lum. Et produxit ptolomeus rex exer-
citum: et occurrit ei in manu valida:
et fugauit eum. Et fugit alexander in
arabiam: ut ibi protegeretur. Rex autem
ptolomeus exaltatus est: et abstulit zab-
dihel arabs caput alexandri: et misit
ptolomeo. Et rex ptolomeus mortuus
est in die tercia: et qui erant in munici-
onibus perierunt ab hijs qui erant in-
tra castra. Et regnauit demetrius anno
centesimo septuagesimo septimo. In
diebus illis congregauit ionathas eos
qui erant in iudea. ut expugnarent ar-
cem que est in iherusalem: et fecerunt con-
tra eam machinas multas. Et abierunt
quidam qui oderant gentem suam viri
iniqui ad regem demetrium: et renuncia-
uerunt ei cy ionathas obsideret arcem.
Et ut audiuit iratus est. et statim ve-
nit ptolomaidam: et scripsit ionathe
ne obsideret arcem: sed occurreret sibi ad
colloquium festinato. Ut audiuit autem
ionathas iussit obsideri. Et elegit de
senioribus israel et de sacerdotibus: et dedit
se periculo. Et accepit aurum et argentum
et vestem et alia xenia multa: et abijt ad
regem ptolomaidam: et inuenit graciam
in conspectu eius. Et interpellabant ad-
uersus eum. quidam iniqui ex gente sua.
Et fecit ei rex: sicut fecerant ei qui ante
eum fuerant. Et exaltauit eum in conspectu
omnium amicorum suorum: et statuit ei princi-
patum sacerdotij. et quecumque alia ha-
buit prius preciosa: et fecit eum principem
amicorum. Et postulauit ionathas a
rege ut immunem faceret iudeam et tres
toparchias idest samariam et confines
eius: et promisit ei talenta trecenta. Et
consensit rex: et scripsit ionathe epistolas
de hijs omnibus hunc modum continentes.
Rex demetrius fratri ionathe salutem
et genti iudeorum. Exemplum epistole quam
scripsimus lastheni parenti nostro de vo-
bis misimus ad vos: ut sciretis. Rex
demetrius lastheni parenti salutem. Gen-
ti iudeorum amicis nostris et conseruanti-
bus que iusta sunt apud nos decreui-
mus benefacere propter benignitatem ipsorum
quam erga nos habent. Statuimus ergo
illis omnes fines iudee. et tres ciuitates
liddam et ramathe que addite sunt iu-
dee et samariam. et omnes confines earum
sequestrari omnibus sacrificantibus in
iherosolimis: pro hijs que ab eis prius rex
accipiebat per singulos annos: et pro
fructibus terre et pomorum. Et alia que
ad nos pertinebant decimarum et tribu-
torum. ex hoc tempore remittimus eis.
et areas salinarum et coronas que no-
bis deferebantur omnia ipsis concedimus:
et nichil horum irritum erit ex hoc et in o-
mne tempus. Nunc ergo curate facere
horum exemplum: et detur ionathe et po-
natur in monte sancto et in loco celebri.
Et videns demetrius rex quod siluit
terra in conspectu suo et nichil ei resistit
dimisit totum exercitum suum unumquemque
in locum suum. excepto peregrino exercitu
quem traxit ab insulis gentium: et inimi-
ci erant ei omnes exercitus patrum eius.
Triphon autem erat quidam partium
alexandri prius: et vidit quoniam o-
mnis exercitus murmurauit contra de-
metrium: et iuit ad emalchuel arabum
qui nutriebat antiochum filium alexan-
dri: et assidebat ei ut traderet eum ipsi: ut re-
gnaret in loco patris sui. Et enunciauit
ei quanta fecit demetrius: et inimicicias



Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0349
powered by DWork • Heidelberg University Library

exercituū ei⁹ aduersus illū. Et mānsit
ibi diebꝫ multis. Et misit ionathas
ad demetriū regem ut eiceret eos qui
in arce erāt in ihrlm. ⁊ qui in p̄sidijs
erant: quia impugnabāt isrl. Et mi-
sit demetrius ad ionathan dicēs. Nō
hoc tantū faciam tibi et genti tue: sed
gloria illustrabo te et gentem tuā cū
fuerit oportunū. Nunc ergo recte fece-
ris si miseris in auxiliū michi viros:
quia discessit omnis exercitus meus.
Et misit ei ionathas tria milia viroꝝ
fortiū anthiochiam. Et venerunt ad
regem: et delectatus est rex in aduentu
eoꝝ. Et cōuenerūt q̄ erāt ī ciuitate. cen-
tū vigīti milia viroꝝ: et volebāt interfi-
cere regē. Et fugit rex in aulā ⁊ occupa-
uerūt qui erant de ciuitate itinera ciui-
tatis: ⁊ ceperūt pugnare. Et vocauit
rex iudeos ī auxiliū: ⁊ cōuenerūt om̄es
simul ad eum. Et dispsi sunt omnes
per ciuitatem: ⁊ occiderunt in illa die
centū milia hominū. Et succenderūt
ciuitatē: ⁊ ceperūt spolia multa in illa
die: et liberauerūt regem. Et viderunt
qui erāt de ciuitate q̄ obtinuissent iu-
dei ciuitatē sicut volebāt: ⁊ infirmati
sunt mente sua: ⁊ clamauerūt ad regē
cum p̄cibus dicentes. Da nobis dex-
tras: ⁊ cessent iudei oppugnare nos.
et ciuitatem. Et ꝓiecerūt arma sua et
fecerūt pacem. Et glorificati sunt iudei
in cōspectu regis ⁊ in cōspectu omniū
qui erant in regno eius: et nominati
sunt ī regno. Et regressi sunt ī ihrlm:
habentes spolia multa. Et sedit deme-
trius rex in sede regni sui: ⁊ siluit terra
in cōspectu eius. Et mentit⁹ est om̄ia
quecūq; dixit: et abalienauit se a io-
natha ⁊ nō retribuit ei secdm beneficia
que sibi tribuerat: ⁊ vexabat eum val-
de. Post hec autē reuersus ē triphon
⁊ antiochus cū eo puer adolescens: ⁊
regnauit et imposuit sibi diadema.
Et cōgregati sūt ad eū om̄es exercit⁹
quos dispserat demetrius: et pugna-
uerunt cōtra eum: et fugit ⁊ terga ver-
tit. Et accepit triphon bestias: et obti-
nuit antiochiā. Et scripsit ātiochus
adolescēs ionathe dicēs. Cōstituo tibi
sacerdotiū: et cōstituo te sup̄ quatuor
ciuitates: ut sis de amicis regis. Et
misit illi vasa aurea ī ministeriū et de-
dit ei potestatē bibēdi ī auro et esse in
purpura: et habere fibulā aureā. Et si-
monen fratrē ei⁹ cōstituit ducē a termi-
nis tyri. usq; ad fines egipti. Et exijt
ionathas et perābulabat trās flumē
ciuitates: et cōgregat⁹ est ad eū om̄is
exercit⁹ sirie in auxiliū. Et venit ascha-
lonē: ⁊ occurrerūt ei honorifice de ciui-
tate. Et abijt inde gazam et cōcluse-
rūt se qui erant gaze. ⁊ obsedit eam:
et succendit que erant in circuitu ciui-
tatis: et p̄datus est eā. Et rogauerūt
gazenses ionathan et dedit illis dex-
tram: et accepit filios eoꝝ obsides. et
misit illos in ihrlm: et ꝑambulauit
regionem usq; damascū. Et audiuit
ionathas q̄d p̄uaricati sunt prīcipes
demetrij in cades que est in galilea cū
exercitu multo volētes eum remouere
a negocio regni: ⁊ occurrit illis: fratrē
autē suū simonē reliquit intra ꝓuin-
ciā. Et applicuit simon ad bethsurā.
et expugnabat eam diebus multis:
⁊ conclusit eos. Et postulauerunt ab
eo dextras accipere: ⁊ dedit illis. Et eie-
cit eos inde ⁊ cepit ciuitatē: ⁊ posuit ī
ea p̄sidiū. Et ionathas et castra eius
applicuerunt ad aquam genesar: et
ante lucē vigilauerunt ī campo asor.
Et ecce castra alienigenaꝝ occurrebāt
in campo: et tendebant ei insidias in

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0350
powered by DWork • Heidelberg University Library

montibꝫ: ipe autē occurrit ex aduerso.
Insidie vero exsurrexerūt de locis suis:
et cōmiserunt p̄lium. Et fugerunt qui
erant ex parte ionathe omnes: et ne-
mo relictus est ex eis nisi mathatias
filius absolomi: et iudas filius cal-
phi: princeps milicie exercit⁹. Et scidit
ionathas vestimenta sua: et posuit
terrā in capite suo: et orauit. Et reuer-
sus ē ionathas ad eos ī p̄liū: ⁊ ꝯuertit
eos ī fugā: ⁊ pugnauerūt. Et viderūt q̄
fugiebāt partis illi⁹. et reuersi sunt ad
eum: ⁊ insequebantur cum eo omnes
usq; cades ad castra sua: et peruene-
runt usq; illuc. Et ceciderūt de alienige-
nis in die illa tria milia virorū: et re-
uersus est ionathas ī iherusalē. xij

Et vidit ionathas quia tempus
eū iuuat: et elegit viros: ⁊ misit
eos romā stature et renouare cū eis a-
miciciā. Et ad spartiatas et ad alia
loca misit epistolas secūdū eandē for-
mam. Et abierūt romā: et intrauerūt
curiā et dixerunt. Ionathas summ⁹
sacerdos ⁊ gens iudeoꝝ miserūt nos:
ut renouemus amiciciā et societatem
secūdum pristinū. Et dederūt illis epi-
stolas ad ipsos ꝑ loca: ut deducerent
eos in terram iuda cum pace. Et hoc
est exemplū epistolaꝝ quas scripsit io-
nathas spartiatis. Ionathas sum-
mus sacerdos. ⁊ seniores gentis. et sa-
cerdotes. ⁊ reliquus populus iudeorū.
spartiatis fratribꝫ salutē. Iam pridē
misse erāt epistole ad oniam summū
sacerdotē a dario qui regnabat apud
vos: quoniā estis fratres nostri: sicut
scriptū continet qd̄ subiectū est. Et sus-
cepit onias virū qui missus fuerat cū
honore: et accepit epistolas in quibꝫ
significabat̄ de societate ⁊ de amicicia.
Nos enī cū nullo hoꝝ indigeremus.
habētes solatio sanctos libros q̄ sūt ī
manibꝫ nostris: maluim⁹ mittere ad
vos renouare fraternitatē ⁊ amiciciā:
ne forte alieni efficiam̄ a vobis. Mul-
ta enim tempora transierūt ex quo mi-
sistis ad nos. Nos ergo ī om̄i tēpore
sine intermissione. in diebꝫ solemnibꝫ
et ceteris quibus oportet. memores su-
mus vestri in sacrificijs que offerim⁹.
et in obseruationibꝫ: sicut phas ē ⁊ de-
cet. meminisse fratrū. Letamur itaq; de
gloria vestra. Nos autē cricūdederunt
multe tribulationes. et multa p̄lia: et
impugnauerūt nos reges qui sunt ī
circuitu nostro. Noluim⁹ ergo vobis
molesti esse: neq; ceteris socijs et ami-
cis nostris in hijs p̄lijs. Habuimus
enim de celo auxiliū: et liberati sumus
nos: et humiliati sunt inimici nostri.
Elegimus itaq; numenium ātiochi
filiū ⁊ antipatrem iasonis filiū: ⁊ misi-
mus ad romanos renouare cum eis
amiciciā ⁊ societatē pristinā. Manda-
uim⁹ itaq; eis ut veniāt eciā ad vos
et salutent vos: et reddant vobis epi-
stolas nostras. de innouacōne frater-
nitatis nostre. Et nunc benefacietis:
respondentes nobis ad hec. Et hoc re-
scriptū epistolaꝝ: qd̄ misit onias. Rex
spartiatarū onias. ionathe sacerdoti
magno salutem. Inuentum est in scri-
ptura de spartiatis et iudeis quoniā
sunt fratres: et q̄a sunt de genere abra-
ham. Et nunc ex quo hec cognouim⁹:
benefacitis scribentes nobis de pace vr̄a.
Sed et nos rescripsim⁹ vobis. Peco-
ra nostra et possessiones nostre vestre
sunt: et vestre nostre. Mandauimus
itaq; hec nūciari vobis. Et audiuit io-
nathas quoniā egressi sunt principes
demetrij cū exercitu multo supra quā
prius. pugnare aduersus eum: et exijt





Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0351
powered by DWork • Heidelberg University Library

ab ihrlm: et occurrit eis in amathite
regione. Non enī dederat eis spaciū
ut ingrederētur regionem eius. Et mi-
sit speculatores in castra eorꝫ: et reuer-
si renūciauerūt q̄ cōstituerūt supueni-
re illic nocte. Cum occidisset autē sol·
p̄cepit ionathas suis vigilare: et esse
in armis paratos ad pugnam tota
nocte. Et posuit custodes per circuitū
castrorꝫ. Et audierūt aduersarij q̄ pa-
ratus est ionathas cum suis in bello:
et timuerunt et formidauerunt in cor-
de suo: et accenderunt focos in castris
suis. Ionathas autē et q̄ cū eo erāt nō
cognouerūt usqꝫ mane. Viderūt aūt
lumina ardentia: et secutus est eos io-
nathas: et nō cōprehendit eos. Tran-
sierūt enim flumē eleutherū. Et diuertit
ionathas ad arabes qui vocabātur
zabadei: ⁊ ꝑcussit eos· ⁊ accepit spolia
eorꝫ. Et iunxit· et venit damascū: et per-
ambulabat omnē regionē illam. Si-
mon autem exijt· ⁊ venit usqꝫ aschalo-
nem ⁊ ad ꝓxima p̄sidia: et declinauit
in ioppen: et occupauit eam. Audiuit
enim q̄ vellent p̄sidiū tradere partibꝫ
demetrij: et posuit ibi custodes: ut custo-
dirent eam. Et reuersus est ionathas
et ꝯuocauit seniores ꝓpli: et cogitauit
cum eis edificare p̄sidia in iudea: ⁊ edi-
ficare muros in ihrlm· et exaltare alti-
tudine magna inter mediū arcis et ci-
uitatis· ut separaret eam a ciuitate· ut
esset ipsa singulariter: et neqꝫ vendāt
neqꝫ emāt. Et ꝯuenerūt ut edificarēt ci-
uitatem: et cecidit murus q̄ erat super
torrentem· ab ortu solis: et reparauit
eum qui vocat̄ caphetheta. Et simon
edificauit adiada in sephela· et muui-
uit eam: et imposuit portas et seras.
Et cum cogitasset triphon regnare a-
sye· et assumere diadema· et extendere
manū in antiochū regem: timens ne
forte nō ꝑmitteret eum ionathas sed
pugnaret aduersus eū: querebat com-
prehendere eū et occidere. Et exsurgēs
abijt ī bethasan: et exijt ionathas ob-
uiam cū quadraginta milibꝫ virorū
electorū in preliū: ⁊ venit bethasan. Et
vidit triphon quia venit ionathas
cum exercitu multo ut extenderet ī eum
manus· ⁊ timuit. Et excepit eū cum ho-
nore: et cōmendauit eum oīibꝫ ami-
cis suis: et dedit ei munera. Et p̄cepit
exercitibꝫ suis ut obedirent ei sicut sibi.
Et dixit ionathe. Ut quid vexasti uni-
uersum ꝓplm: cum nobis bellum nō
sit? Et nunc remitte eos ī domos suas.
Elige autem viros paucos qui tecum
sint: ⁊ veni mecum ptolomaidam· et
tradam eam tibi: et reliqua presidia·
et exercitū· et vniuersos ꝓpositos nego-
cij: et conuersus abibo. Propterea enī
veni. Et credidit ei: et fecit sicut dixit et
dimisit exercitum: et abierunt ī terram
iuda. Retinuit autē secum tria milia
virorꝫ: ex quibꝫ remisit in galileā duo
milia: mille autem venerunt cum eo.
Vt autem intrauit ptolomaidam io-
nathas· clauserunt portas ciuitatis
ptolomenses: et comprehenderunt
eum: et oīes qui cum eo intrauerūt·
gladio interfecerūt. Et misit triphon
exercitū et equites ī galileā et ī campū
magnū: ut perderent oīes socios io-
nathe. At illi cum cognouissent quia
cōprehensus est ionathas et perijt· et
omnes qui cum eo erant: hortati sūt
semetipsos· et exierūt parati in p̄lium.
Et videntes hij qui insecuti fuerāt q̄a
pro anima res ē illis· reuersi sunt: illi
autem venerūt oīes cum pace ī terrā
iuda. Et planxerunt ionathan: et eos
qui cum ipso erant valde. Et luxit isrl

luctu magno. Et quesierūt om̄es gentes qui erāt ī circuitu eoꝝ cōterere eos. Dixerūt enī. Nō habēt prīcipē et adiuuantē: nūc ergo expugnem⁹ illos: ⁊ tollam⁹ de hom̄ibꝫ memoriā eoꝝ. xiii

Et ut audiuit simon qd̄ cōgregauit triphon exercitū copiosū · ut veniret ī terrā iuda ⁊ attereret eā: vidēs quia in tremore ꝑpl's est et in timore · ascendit iherusalē ⁊ cōgregauit ꝑpl'm: et adhortans dixit. Vos scitis quāta ego ⁊ fratres mei · et dom⁹ patris mei fecim⁹ pro legibus ⁊ pro sanctis p̄lia: et angustias quales vidim⁹. Horum gratia perierūt fratres mei om̄es ꝓpter isrl': et relictus sum ego solus. Et nūc non michi contingat parcere anime mee: in omni tempore tribulationis. Non enim melior sum fratribꝫ meis. Vindicabo itaqꝫ gentem meā et sancta · natos q̄ꝫ nostros et vxores: quia cōgregate sūt vniūse gētes ꝯterere nos inimicicie gratia. Et accensus ē spiritus populi simul · ut audiuit s̄mones istos: et responderūt voce magna dicentes. Tu es dux noster loco iude · et ionathe fratris tui. Pugna prelium nostrū: et omnia quecūqꝫ dixeris nobis faciemus. Et congregans omnes viros bellatores accelerauit consummare vniūsos muros ihrl'm: ⁊ muniuit eam in gyro. Et misit ionathan filium absolomi: et cū eo exercitū nouū in ioppen: ⁊ eiectis hijs qui erāt ī arce · remansit illic ipse. Et mouit triphon a ptolomaida cum exercitu multo ut veniret in terrā iuda: et ionathas cum eo in custodia. Simon autē applicuit in addus contra faciem campi. Et ut cognouit triphon quia surrexit simō loco fratris sui ionathe · ⁊ quia cōmissurus esset cum eo p̄lium: misit ad eū legatos dicens. Pro argento qd̄ debebat frater tuus ionathas in racione regis propter negocia que habuit: detinuim⁹ eum. Et nunc mitte argenti talenta centum ⁊ duos filios eius obsides: ut nō dimissus fugiat a nobis: et remittem⁹ eum. Et cognouit simon quia cum dolo loqueretur secū. Iussit tamen dari argētum et pueros: ne inimiciciā magnā sumeret ad populū isrl' dicentē: quia non misit ei argētū et pueros · propterea perijt. Et misit pueros ⁊ centū talenta. Et mentit⁹ est: et non dimisit ionathan. Et post hec venit triphon regionem ut contereret eam: et gyrauerūt per viā q̄ ducit ador. Et simon ⁊ castra eius · ambulabant in omnē locū quocūqꝫ ibant. Qui autem in arce erant · miserunt ad triphonem legatos · ut festinaret venire per desertū: et mitteret illis alimonias. Et parauit triphon omnem equitatū: ut veniret illa nocte. Erat autē nix multa valde: et non venit in galadithim. Et cum apropīquasset baschaman: occidit ionathan ⁊ filios eius illic. Et conuertit triphon: ⁊ abijt in terrā suā. Et misit simō et accepit ossa ionathe fratris sui: et sepeliuit ea in modin ciuitate patrū eius. Et planxerunt eum omnis isrl' · plāctu magno: et luxerūt eum dies multos. Et edificauit simō sup sepulcrū patris sui et fratrū suorū edificiū altū visu · lapide polito retro et ante: et statuit septem piramidas vnā contra vnā: patri et matri · et quatuor fratribus. Et hijs circumposuit columnas magnas: ⁊ sup columnas arma · ad memoriā eternam: et iuxta arma naues sculptas: que viderētur ab hominibꝫ nauigātibꝫ mare. Hoc est sepulcrū quod fecit in modin usqꝫ



Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0353
powered by DWork • Heidelberg University Library

in hunc diem. Triphon autē cum iter
faceret cum antiocho rege adolescēte·
dolo occidit eum: et regnauit in loco
eius. Et imposuit sibi diadema asye:
et fecit plagam magnā ī terra. Et edi-
ficauit simon p̄sidia iudee: muniens
eam turribꝫ excelsis· et muris magnis
et portis et seris: et posuit alimenta ī
municōnibus. Et elegit simon viros
et misit ad demetriū regem· ut faceret
remissionē regioni: quia actus om̄es
triphonis per direptionē fuerāt gesti.
Et demetrius rex ad verba ista respon-
dit ei: et scripsit epistolam talem. Rex
demetrius simoni summo sacerdoti et
amico regum· et senioribꝫ et genti iu-
deorꝫ· salutē. Coronā aureā· et bahen
quam misistis suscepim⁹: et parati su-
mus facere vobiscū pacem magnam:
ꝛ scribere p̄positis regis remittere vobis
que indulsimus. Quecūqꝫ enī cōstitu-
im⁹ vobis cōstāt. Municōnes quas
edificastis vobis sint. Remittimus q̄ꝫ
ignorātias ꝛ pccā usqꝫ ī hodiernū diē
et coronā quā debebatis. Et si q̄d ali-
ud erat tributariū in ihrl̄m: iam nō sit
tributarium. Et si qui ex vobis apti
sūt conscribi inter nos conscribantur:
et sit inter nos pax. Anno centesimo-
septuagesimo ablatū est ingū gentiū
ab isrl̄. Et cepit populus isrl̄ scribere in
tabulis ꝛ gestis publicis: anno p̄mo
sb̄ simone summo sacerdote· magno
duce· et principe iudeorꝫ. In diebꝫ illis
applicuit simon ad gazam· et circun-
dedit eam castris· et fecit machinas:
et applicuit ad ciuitatē· et p̄cussit turrē
vnam: ꝛ cōprehendit eā. Et qui erupe-
rant erāt intra machinā ꝛ ciuitatem:
et factus est mot⁹ magnus ī ciuitate.
Et ascenderūt qui erant in ciuitate cū
vxoribus ꝛ filijs supra murum scissis
tunicis suis: et clamauerūt voce ma-
gna postulantes a simone dextras si-
bi dari: ꝛ dixerunt. Nō nobis reddas
secūdum malicias nostras· sed sc̄dm
misericordias tuas: et seruiemus tibi.
Et flexus simon· nō debellauit eos: eie-
cit tamē eos de ciuitate· et emundauit
edes in quibus fuerāt simulachra: et
tunc intrauit in eam cum ymnis bene
dicens dominū. Et eiecta ab ea omni
immūdicia collocauit ī ea viros q̄ le-
gem facerēt: et muniuit eam: et fecit si-
bi habitacōnē. Qui autem erāt ī arce
iherusalē p̄hibebātur egredi et ingredi
regionē· et emere ac vendere: et esurie-
runt valde: et multi ex eis fame perie-
runt. Et clamauerūt ad simonē ut dex-
tras acciperent: et dedit illis. Et eiecit
eos inde: et mundauit arcem a conta-
minacōnibꝫ. Et intrauerūt ī eā· tercia
ꝛ vicesima die secūdi mēsis· anno cen-
tesimo septuagesimo primo cū laude
et ramis palmarꝫ· et cytharis et cimba-
lis et nablis ꝛ ymnis et canticis: quia
cōtritus est inimicus magnus ex isrl̄.
Et cōstituit ut omnibꝫ annis agerē-
tur dies hij cum leticia. Et muniuit
montem templi qui erat secus arcem:
ꝛ habitauit ibi ip̄e ꝛ q̄ cū eo erāt. Et vi-
dit simō iohānē filiū suū q̄ fortis pre-
lij vir esset: et posuit eū ducē virtutum
vniūsarꝫ: ꝛ habitauit ī gazaris. xiiij

Anno centesimo septuagesimo se-
cundo cōgregauit rex demetri⁹
exercitū suū: ꝛ abijt in mediā ad cōtra-
henda sibi auxilia: ut expugnaret tri-
phonē. Et audiuit arsaces rex p̄sidis
et medie quia intrauit demetrius con-
fines suos: et misit vnū de principibus
suis ut cōprehēderet eū viuū: et adduce-
ret eum ad se. Et abijt ꝛ p̄cussit castra
demetrij· et cōprehendit eum: et duxit

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0354
powered by DWork • Heidelberg University Library

et daret eis argentū et aurum et dona.
Et alios misit occupare iherusalem. ⁊
montē templi. Et p̄currens quidam
nunciauit iohanni ī gazara quia pe-
rijt pater eius ⁊ fratres ei⁹: et quia mi-
sit te quoq; interfici. Ut audiuit aūt
vehementer expauit: et comp̄hendit vi-
ros qui venerāt ꝑdere eū: ⁊ occidit eos.
Cognouit enim quia querebāt eum
ꝑdere. Et cetera s̄monū iohānis ⁊ bel-
lor̄ ei⁹. ⁊ bonar̄ virtutū quibꝫ fortiter
gessit ⁊ edificij muror̄ quos estruxit ⁊
rer̄ gestarū ei⁹: ecce hec scripta sunt in
libro dier̄ sacerdotij ei⁹: ex quo fact⁹ est
princeps sacerdotū post patrem suū.

Hic incipit liber machabeorū ✝

Fratribus qui sunt
per egiptum iudeis
salutē dicūt fratres
q̄ sūt ī iherosolimis
iudei. et qui ī regio-
ne iudea: et pacem
bonam. Benefaciat vobis deus. ⁊ me-
minerit testamenti sui. quod locutus
est ad abrahā. ⁊ ysaac ⁊ iacob seruor̄
suor̄ fideliū: et det vobis cor omnibꝫ
ut colatis eū: et faciatis ei⁹ voluntatē
corde magno et anima volenti. Ada-
periat cor vestrū in lege sua ⁊ ī p̄ceptis
suis: et faciat pacem. Exaudiat orati-
ones vestras. et reconcilietur vobis: nec
nos deserat in tempore malo. Et nūc
hic sum⁹ orātes pro vobis. Regnāte
demetrio āno cētesimo septuagesimo
nono nos iudei scripsim⁹ vobis intri-
bulatione ⁊ impetu q̄ supuenit nobis
in istis annis: ex quo recessit iason a
sancta terra. et a regno. Portam suc-
cenderūt: ⁊ effuderunt sanguinē inno-
centē. Et orauim⁹ ad dominū et exau-
diti sum⁹: ⁊ obtulim⁹ sacrificiū et simi-
laginem: et accendimus lucernas et
proposuim⁹ panes. Et nūc frequētate
dies scenophegie mēsis calleu. Anno
centesimo octogesimo octauo. ꝓpls q̄ ē
iherosolims et in iudea senatusq; et
iudas: aristobolo magistro ptolomei
regis qui ē de genere xp̄or̄ sacerdotū
et hijs qui in egipto sunt iudeis: salu-
tem et sanitatem. De magnis pericu-
lis a deo liberati magnifice gratias
agim⁹ ipsi: utpote qui aduersus talē
regem dimicauim⁹. Ipse enim ebulli-
re fecit de ꝑside eos qui pugnauerunt
contra nos. ⁊ sanctā ciuitatem. Nam
cum in ꝑside esset dux ipse et cum ip̄o
immēsus exercit⁹: cecidit ī templo na-
nee: consilio deceptus sacerdotū nanee.
Etenim in ea habitatur⁹ venit ad lo-
cum antiochus et amici eius: et ut ac-
ciperet pecunias multas dotis nomi-
ne. Cūq; ꝓposuissent eas sacerdotes
nanee ⁊ ipse cum paucis ingressus es-
set intra ambitū phani: clauserūt tem-
plum. Cum autē intrasset antiochus
apertoq; occulto aditu templi mitten-
tes lapides ꝑcusserūt ducem et eos q̄
cum eo erant: et diuiserūt mēbratim:
et capitibꝫ amputatis foras ꝓiecerūt.
Per omnia benedict⁹ deus: q̄ tradidit
impios. Facturi igitur quīta et vicesi-
ma die mēsis calleu purificōnē tēpli.
necessariū duxim⁹ significare vobis:
ut et vos quoq; agatis diē scenophe-
gie. et diem ignis: qui datus ē quādo
neemias edificato templo ⁊ altari ob-
tulit sacrificia. Nam cum ī ꝑsidem du-
cerentur patres nostri: sacerdotes qui
tunc cultores dei erant acceptū ignem
de altari occulte absconderūt in valle
vbi erat puteus altus et siccus: ⁊ in eo
cōtutati sunt eū. ita ut omnibꝫ igno-
tus esset locus. Cum autē preterissent
anni multi. et placuit deo ut mitteret

177/178



Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0355
powered by DWork • Heidelberg University Library

neemias a rege ꝑsidis: nepotes sacer
dotum illoꝝ q̄ absconderāt misit ad
requirendū ignem: ⁊ sicut narrauerūt
nobis non inuenerūt ignē sed aquā
crassam. Et iussit eos haurire ⁊ affer
re sibi: et sacrificia que imposita erāt
iussit sacerdos neemias aspgi ipsa a
qua: et ligna ⁊ que erant sup̄ posita.
Utq; hoc factum est ⁊ tempus affuit
quo sol refulsit qui p̄us erat in nubi
lo: accensus est ignis magnus ita ut
omnes mirarentur. Orationē autem
faciebant om̄es sacerdotes dum con
summaretur sacrificiū ionatha incho
ante: ceteris autem respondentibꝫ. Et
neemie erat oratio hūc habēs modū.
Domine deus omniū creator terribi
lis ⁊ fortis iustus ⁊ misericors qui so
lus es bonus rex: solus prestās solus
iustus et omnipotēs et eternus ⁊ qui li
beras isrl̄ de omni malo: qui fecisti pa
tres electos et sanctificasti eos: accipe
sacrificiū pro uniūso populo tuo isrl̄
et custodi partē tuā et sanctifica. Con
grega dispsionem nostrā: libera eos
qui seruiūt gentibꝫ ⁊ contēptos et ab
ominatos respice: ut sciāt gentes q̄a
tu es deus noster. Afflige opprimētes
nos: ⁊ cōtumeliā facientes in supbia.
Constitue ꝓplm̄ tuū ī loco sancto tuo:
sicut dixit moyses. Sacerdotes autem
psallebant ymnos: usq; quo consum
ptum esset sacrificiū. Cum autem con
sumptū fuisset sacrificium: ex residua
aqua neemias iussit lapides maiores
perfundi. Quod ut factum est ⁊ ex eis
flamma accensa est: sed ex lumine q̄d
refulsit ab altari consumpta ē. Ut ve
ro manifestata est res: renunciatum
est regi ꝑsarum q̄ in loco in quo ignē
abscōderāt hij q̄ translati fuerāt sacer
dotes ⁊ aqua apparuit: de qua neemias
et q̄ cū eo erāt purificauerūt sacrificia.
Considerans autē rex rem ⁊ diligenter
examinās ⁊ fecit ei tēplū: ut ꝓbaret q̄d
factū erat. Et cū ꝓbasset: sacerdotibꝫ do
nauit multa bona et alia atq; alia
munera: ⁊ accipiēs manu sua tribue
bat eis. Appellauit aūt neemias hūc
locū nepthar ⁊ q̄d interpretatur purificatio.
Vocatur aūt apud plures nephi. ¶
Inuenitur aūt ī descriptionibꝫ ieremie ꝓphe
te ⁊ q̄ iussit eos ignē accipere q̄ trāsmi
grabātur ut significatū ē: ⁊ ut manda
uit transmigratis. Et dedit illis legē
ne obliuiscerentur p̄cepta domini: et
ut non exerrarent mentibꝫ videntes si
mulacra aurea ⁊ argētea ⁊ ornamen
ta eoꝝ: et alia huiuscemodi dicēs hor
tabatur ⁊ ne legē amouerēt a corde suo.
Erat autem in ip̄a scriptura: quomo
do tabernaculū et archam iussit ꝓphe
ta diuino respōso ad se facto comita
ri secum ⁊ usq; quo exiuit in montem:
in quo moyses ascendit ⁊ vidit dei he
reditatem. Et veniens ibi ieremias in
uenit locum spelunce: et tabernaculū
et archam ⁊ altare incēsi intulit illuc:
et ostiū obstruxit. Et accesserūt quidā
simul qui sequebantur ut notarent sibi
locum: et non potuerūt inuenire. Ut
autem cognouit ieremias: culpans il
los dixit ⁊ q̄ ignotus erit locus donec
congreget deus congregationē ꝓpli:
et ꝓpicius fiat. Et tunc dominꝰ osten
det hec: ⁊ apparebit maiestas domini:
et nubes erit sicut et moysi manifesta
batur: ⁊ sicut cū salomon petijt ut locꝰ
sanctificaretur magno deo manifesta
bat hec. Magnifice etenī sapientiam
tractabat: et ut sapientiā habēs obtu
lit sacrificiū dedicationis ⁊ consūma
tionis tēpli. Sicut et moyses orabat
ad dominū: et descendit ignis de celo

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0356
powered by DWork • Heidelberg University Library

et cōsumpsit olocaustum: et dixit moyses eo q̄ non sit comestum qd̄ erat pro peccato. ⁊ consumptū est. Similit̄ et salomon octo diebꝫ celebrauit dedicationem. Inferebātur autē in descriptionibꝫ ⁊ commētarijs neemie hec eadem: et qualit̄ construens bibliothecā congregauit de regionibꝫ libros. et prophetarꝫ et dauid: ⁊ epistolas regū et de donarijs. Similit̄ autem et iudas ea que didicerat ꝑ bellū quod nobis acciderat cōgregauit omnia: et sunt apud nos. Si ergo desideratis hec: mittite qui ꝑferāt vobis. Acturi itaq; purificacōnē scripsimꝰ vobis. Gene ergo facietis: si egeritis hos dies. Deus autem qui liberauit ꝓplm suum et reddidit hereditatē omnibꝫ. ⁊ regnū ⁊ sacerdotium ⁊ sanctificationē sicud ꝓmisit in lege: speramꝰ q̄ cito nostri miserebitur: et cōgregabit de sub celo in locū sanctū. Eripuit enim nos de magnis periculis: et locum purgauit. De iuda vero machabeo et de fratribꝫ eiꝰ. et de templi magni purificatione. et de are dedicatione: sed ⁊ de prelijs q̄ ꝑtinent ad antiochū nobilem. et filiū eius eupatorem: et de illuminacōnibꝫ q̄ de celo facte sunt ad eos qui pro iudeis fortiter fecerunt: ita ut vniūsam regionē cum pauci essent vindicarēt et barbaram multitudinē fugarent: ⁊ famosissimū toto orbe templū recuperarēt. et ciuitatē liberarent: ut leges q̄ abolende erāt restituerent. domino cū omni tranquillitate ꝓpicio facto illis: itemq; ab iasone cyreneo. quinq; libris cōprehensa temptauimꝰ nos vno volumine breuiare. Considerātes enī multitudinem librorꝫ et difficultatem volentibus aggredi narracōnes historiarū. propter multitudinē rerꝫ curauimus volentibus quidē legere ut esset animi oblectacio: studiosis vero ut facile possint memorie cōmendare: omnibus autem legentibus vtilitas conferatur. Et nobis quidem ipsis qui hoc opus breuiandi causa suscepimus non facilem laborem: ymmo vero negocium plenum vigiliarum ⁊ sudoris assumpsimus. Sicut hij qui ꝑparant conuiuium. et querunt aliorū voluntati parere: propter multorū gratiā libenter laborem sustinemus: veritatē quidē de singulis auctoribus concedentes: ipsi autē secūdum datam formā breuitati studentes. Sicut enī noue domus architecto de vniuersa structura curandum est. ei vero qui pingere curat que apta sunt ad ornatū exquirenda sunt: ita estimandū est et in nobis. Etenim intellectū colligere et ordinare sermonē. ⁊ curiosius partes singl'as quasq; disquirere historie congruit auctori: breuitatē vero dictionis sectari. ⁊ executiones rerū vitare breuiāti concedendum ē. Hinc ergo narracionē incipiemus: de prefacione tantum dixisse sufficiat. Stultū eteni est ante historiā effluere: in ipa autem historia succingi. iij

Igitur cum sancta ciuitas habitaretur in omni pace: leges autē adhuc optime custodirentur propter onie pontificis dispositionē ⁊ pietatem ⁊ animos odio habentes mala: fiebat ut et ipsi reges et principes locum summo honore dignū ducerent. et templū maximis muneribꝫ illustrarēt: ita ut seleucus asye rex de redditibꝫ suis prestaret omnes sumptus ad ministeriū sacrificiorū ꝑtinentes. Simon autē de tribu beniamin ꝓpositus templi ꝯstitutꝰ: contendebat obsistente sibi principe sacerdotū iniquum aliquid ī ciuitate





Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0357
powered by DWork • Heidelberg University Library

moliri. Sed cū vincere oniā nō posset·
venit ad appollonium tharsee filium
qui illo tempore erat dux celessyrie et
phenicis: et nunciauit ei pecuniis in-
numerabilibꝫ plenū esse erariū iherosolimis·
⁊ cōmunes copias immēsas es-
se que non ꝑtinent ad rationem sacri-
ficioꝝ: esse autem possibile sub potesta-
te regis cadere vniuersa. Cūq; retulisset
ad regē appolloni⁹ de pecuniis que de-
late erant: ille accitum heliodoꝝ qui
erat sup negocia ei⁹ misit cū mādatis:
ut ꝑdictam pecuniā trāsportaret. Sta-
timq; heliodorus iter ē aggressus: spe-
cie quidem quasi ꝑ celessyriā et phenicē
ciuitates esset peragraturus: re autem
vera regis ꝓpositum ꝑfectur⁹. Sed cū
venisset iherosolimā· ⁊ benigne a sum-
mo sacerdote in ciuitate esset exceptus·
narrauit de dato indicō pecuniaꝝ: et cu-
ius rei gratia adesset apuit. Interroga-
bat autē si vere hec ita essent. Tūc sūm⁹
sacerdos ostendit deposita esse hec et
victualia viduaꝝ et pupilloꝝ: quedā
vero esse hircani thobie viri valde emi-
nentis· in hiis qui detulerat impius
simon: vniuersa autem argenti talen-
ta esse quadringēta· ⁊ auri ducēta: deci-
pi vero eos q̄ credidissent loco et tēplo
quod ꝑ vniuersum mūdū honorat·
pro sui veneracōne ⁊ sanctitate· omni-
no impossibile esse. At ille pro hiis q̄
habebat in mandatis a rege: dicebat
omni genere regi ea esse deferenda. Con-
stituta autem die intrabat de hiis he-
liodorus ordinatur⁹. Non modica
vero ꝑ vniuersam ciuitatem erat trepi-
datio. Sacerdotes autem āte altare
cum stolis sacerdotalibꝫ iactauerūt se:
et inuocabāt de celo eū qui de depositis
legem posuit: ut hiis qui deposuerāt
ea salua custodiret. Iā vero q̄ videret
summi sacerdotis vultum: mente vul-
nerabat. Facies enim et color immu-
tatus· declarabat internū animi do-
lorē. Circumfusa enim erat mesticia
quedā viro· et horror corporis: ꝑ quē
manifestus aspicientibꝫ dolor cordis
ei⁹ efficiebatur. Alij eciam gregatim
de domibꝫ confluebant publica sup-
plicacōne obsecrantes: ꝓ eo q̄ incon-
temptū locus esset ventur⁹. Accincteq;
mulieres cilicijs pectus ꝑ plateas con-
fluebant: sed ⁊ virgines que concluse
erant procurrebant ad oniā: alie au-
tem ad muros: quedā vero ꝑ fenestras
aspiciebāt: vniuerse autem ꝓtendētes
manus in celum· deꝑcabantur. Erat
enim misera cōmixte multitudinis ⁊
magni sacerdotis in agone cōstituti
expectatio. Et hij quidē inuocabant
omnipotentē deum: ut credita sibi hiis
qui crediderant cum omni integritate
conseruarent. Heliodor⁹ autē quod
decreuerat ꝑficiebat· eodem loco ipe cū
satellitibus circa erariū ꝑsens: sed spi-
ritus omnipotentis dei magnā fecit
sue ostensionis euidētiā: ita ut oīes
qui ausi fuerant parere ei· ruentes dei
virtute· in dissolutionē et formidinē
cōuerterent. Apparuit enī illis quidā
equus· terribilem habēs sessorem· opti-
mis operimentis adornatus: isq; cū
impetu heliodoro priores calces elisit.
Qui autem ei sedebat videbat arma
habere aurea. Alij eciā apparuerunt
duo iuuenes virtute decori· optimi
gloria· speciosiq; amictu: qui circun-
steterunt eum et ex vtraq; parte flagel-
labant: sine intermissione multis pla-
gis verberantes. Subito autem heli-
odorus concidit in terrā: eumq; mul-
ta caligine circūfusum rapuerūt: atq;
in sella gestatoria positū eiecerunt. Et

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0358
powered by DWork • Heidelberg University Library

is qui cum multis cursoribus ⁊ satel-
litibus p̄dictum ingressus est erariū·
portabatur nullo sibi auxiliū ferente:
manifesta dei cognita virtute. Et ille
quidem ꝑ diuinam virtutem iacebat
mutus: atq; omni spe et salute p̄uat⁹.
Hij autem dominū benedicebāt· quia
magnificabat locum suū: et templū
quod pauloante timore ac tumultu
erat plenū: apparente omnipotēte dn̄o
gaudio ⁊ leticia impletum est. Tūc ve-
ro ex amicis heliodori quidam roga-
bant cōfestim oniā ut inuocaret altis-
simum: ut vitam donaret ei qui in su-
p̄mo spiritu erat constitut⁹. Cōsiderās
autem summus sacerdos ne forte rex
suspicaretur maliciā aliquā ex iudeis
circa heliodoꝝ consummatā: obtulit
pro salute viri hostiā salutarē. Cunq;
summ⁹ sacerdos exoraret: ijdem iuue-
nes eisdem vestibus amicti astantes
heliodoro dixerūt. Onie sacerdoti gra-
tias age. Nam propt̄ eū tibi domin⁹
vitam donauit. Tu autem a deo fla-
gellat⁹: nuncia omnibus magnalia
dei et potestatem. Et hijs dictis non
cōparuerūt. Heliodorus autē hostia
deo oblata· et votis magnis ꝓmissis
ei· qui viuere illi concessit: ⁊ onie grati-
as agens: recepto exercitu repedabat
ad regem. Testabatur autem omnibꝫ
ea que sub oculis suis viderat opera
magni dei. Cum autem rex interrogas-
set heliodoꝝ quis esset aptus adhuc
semel iherosolimā mitti ait. Si quem
habes hostē aut regni tui insidiatorē
mitte illuc: et flagellatū eum recipies·
si tamē euaserit: eo q̄ in loco sit vere
dei quedā virt⁹. Nam ipse q̄ habet in
celis habitacōnē visitator ⁊ adiutor ē
loci illi⁹: ⁊ venientes ad malefaciēdum
ꝑcutit ac ꝑdit. Igitur de heliodoro ⁊

erarij custodia ita se res habet. iiij

Simon autem p̄dictus pecuniaꝝ
et patrie delator male loq̄bat̄
de onia: tanq̄ ipe heliodoꝝ instigas-
set ad hec· et ipe fuisset incentor malo-
rum: ꝓuisoremq; ciuitatis ac defenso-
rem gentis sue· et emulatorē legis dei·
audebat insidiatorem regni dicere.
Sed cum inimicicie intantū ꝓcederēt
ut eciam per quosdā simonis necessa-
rios homicidia fierent: considerans
onias periculū contencōnis· et appol-
loniū insanire· utpote ducē celessyrie·
⁊ phenicis ad augendam maliciam
simonis: ad regem se contulit· nō ut
ciuiū accusator· sed cōmunē vtilitatē
aput semetipsū vniūse multitudinis
considerās. Videbat enim sine rega-
li ꝓuidentia impossibile esse pacē rebꝫ
dari: nec simonem posse cessare a stul-
ticia sua. Sed post seleuci vite excessū
cum suscepisset regnū antiochus qui
nobilis appellabat̄· ambiebat iason
frater onie summū sacerdotiū: adito
rege· ꝓmittens ei argenti talenta tre-
centa sexaginta: et ex redditibꝫ alijs ta-
lenta octoginta. Sup hoc ꝓmittebat
et alia centūquinquaginta: si potestati
eius concederetur gimnasiū ⁊ ephebi-
am sibi constituere: et eos qui in ihe-
rosolimis erant antiochenos scribere.
Quod cum rex annuisset et obtinuis-
set principatū· statim ad gentilē ritū
contribules suos transferre cepit: et a-
motis hijs que humanitatis causa
iudeis a regibus fuerant constituta·
ꝑ iohannē patrem eupolemi· q̄ aput
romanos de amicicia et societate fun-
ctus ē legatione legittima: ciuiū iura
destituens praua instituta sanctiebat.
Et enī ausus est sub ipsa arce gimna-
sium constituere: et optimos quosq;





Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0359
powered by DWork • Heidelberg University Library

ephebor̄ in lupanaribꝫ ponere. Erat autem hoc non inicium sed incrementum quoddam · et profectus gentilis et alienigene conuersacōnis · propter impij et nō sacerdotis iasonis nepharium ⁊ inauditum scelus: ita ut sacerdotes iam non circa altaris officia dediti essent: sed contempto templo et sacrificijs neglectis festinarēt participes fieri palestre · et prebitionis eius iniuste · et in exercitijs disci: et patrios quidem honores nichil habētes: grecas glorias optimas arbitrabāt. Quarum gratia periculosa eos cōtencō habebat: ⁊ eor̄ instituta emulabātur: ac per omnia hijs cōsises esse cupiebāt · quos hostes et peremptores habuerāt. In leges enim diuinas impie agere impune non cedit: sed hoc tempus sequens declarabit. Cū autē quinquennalis agon · tyro celebraret̄ · et rex presens esset: misit iasō facinorosꝰ ab iherosolimis viros peccatores portātes argenti didragmas trecentas ī sacrificiū herculis: quas postulauerūt hij qui apportauerāt ne in sacrificijs erogarentur q̄a nō oporteret: sed ī alios sumptus eas deputari. Sed hec oblata sunt quidem ab eo qui miserat in sacrificiū herculis: propt̄ p̄sentes aūt date sunt in fabricam nauiū triremium. Misso autem in egiptū appollonio nesthei filio propter primatꝰ ptolomei phylometoris regis · cū cognouisset antiochus alienū se a negocijs regni effectum: proprijs utilitatibus consulens · ꝓfectus inde venit ioppen: et inde iherosolimā. Et magnifice a iasone et ciuitate susceptus · cum facular̄ luminibꝫ ⁊ laudibꝫ ingressus est: et inde in phenicē exercitum cōuertit. Et post triennij tempus misit iason menelaū supradicti simonis fratrem portantem pecunias regi: et de negotijs necessarijs responsa per laturum. At ille cōmendatus regi cū magnificasset faciē potestatis eiꝰ · in semetipsū retorsit summū sacerdotiū: supponēs iasoni talēta argēti trecenta. Acceptisq; a rege mādatis venit · nichil quidē habēs dignū sacerdotio: animos vero crudelis tyrāui: et fere belue iram gerēs. Et iason quidē qui propriū fratrem captiuauerat: ipe deceptus ꝓfugus in āmanitē expulsus est regionem. Menelaus autem principatū quidem obtinuit: de pecunijs vero regi ꝓmissis nichil agebat: cum exactionē faceret sostratus qui arce erat p̄positꝰ. Nam ad hunc exactio vectigaliū ꝑtinebat: quāobcausam utriq; ad regem sunt euocati. Et menelaus motus est a sacerdotio succedente lysimacho fratre suo: sostratus autem p̄latꝰ est ciprijs. Et cum hec agerent̄ contigit tharsenses et mallotas seditionē mouere: eo q̄ antiochi regis concubine dono essent date. Festinanter itaq; rex venit sedare illos: relicto suffecto uno ex comitibꝫ suis andronico. Ratus autē menelaus accepisse se tempus oportunum · aurea quedā vasa e tēplo furatus donauit andronico: et alia vēdiderat tyro et ꝑ vicinas ciuitates. Qd̄ cum certissime cognouisset onias · arguebat eum: ipe in loco tuto se cōtinēs antiochie secus daphnē. Unde menelaus accedens ad andronicū · rogabat ut oniā interficeret. Qui cum venisset ad oniam · et datis dextris cū iureiurando quāuis esset ei suspectus suasisset de asilo ꝓcedere: statim eū peremit nō veritus iusticiā. Ob quā causam non solum iudei · sed eciam alie quoq;

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0360
powered by DWork • Heidelberg University Library

nationes indignabant: et moleste ferebant de nece tanti viri iniusta. Sed regressum regē de cilicie locis adierūt iudei apud antiochiā simul et greci: cōquerētes de iniqua nece onie. Contristatꝰ itaq; antiochus animo propter oniā: et flexus ad misericordiam lacrimas fudit: recordatus defuncti sobrietatē et modestiā. Accensisq; animis andronicū purpura exutum ꝑ totam ciuitatem iubet circunduci: et in eodem loco in quo in oniam impietatē cōmiserat sacrilegū vita priuari: domino illi condignam retribuente penam. Multis autē sacrilegijs in templo a lysimacho cōmissis menelai cōsilio ⁊ diuulgata fama cōgregata est multitudo adūsum lysimachum: multo iam auro exportato. Turbis autem insurgentibꝫ et animis ira repletis: lysimachus armatis fere tribꝫ milibꝫ iniquis manibꝫ uti cepit: duce quodā tyranno etate pariter et dementia ꝓuecto. Sed ut intellexerunt conatū lysimachi · alij lapides · alij fustes validos arripuere: quidam vero cinerem in lysimachū iecere. Et multi quidam vulnerati: quidā autē ⁊ prostrati: omnes vero in fugam conuersi sunt. Ipm etiā sacrilegū secus erariū interfecerūt. De hijs ergo cepit iudicium aduersus menelaū agitari. Et cū venisset rex tyrum: ad ipm negotium detulerūt missi tres viri a senioribus. Et cum superaretur menelaus · ꝓmisit ptolomeo multas pecunias dare ad suadendū regi. Itaq; ptolomeus in quodā atrio positū quasi refrigerandi gratia regem adijt · et deduxit a sententia: et menelaū quidē uniūse malicie reū criminibꝫ absoluit: miseros autē q̄ etiā si apud scitas causā dixissēt innocentes iudicarentur · hos morte dānauit. Cito ergo iniustam penam dederunt: qui pro ciuitate ⁊ populo et sacris vasis causam ꝓsecuti sūt. Quāobrē tyrij q̄q; indignati: erga sepulturā eoꝝ liberalissimi extiterunt. Menelaꝰ aūt ꝓpt eoꝝ q̄ i potētia erāt auariciā ꝑmanebat i potestate: crescēs i malicia ad insidias ciuiū. V.

Eodem tempore ātiochus secundam ꝓfectionē parauit i egiptū. Contigit autem per uniuersam iherosolimoꝝ ciuitatem · videri diebꝫ quadraginta ꝑ aera equites discurrentes aureas stolas habētes ⁊ hastas · quasi cohortes armatas: ⁊ cursus equoꝝ ꝑ ordines digestos · et congressiones fieri cominꝰ et scutoꝝ motus et galeatoꝝ multitudinē gladijs districtis: ⁊ teloꝝ iactus · et aureoꝝ armoꝝ splendorem · omnisq; generis loricarum. Quapropter om̄es rogabant in bonum monstra cōuerti. Sed cū falsus rumor exisset · tanq̄ vita excessisset antiochus: assumptis iason nō minus mille viris · aggressus est ciuitatem repente: et ciuibꝫ ad murū cōuolātibus ad ultimū apprehensa ciuitate menelaus fugit in arcem. Iason vero non parcebat in cede ciuibꝫ suis: nec cogitabat prosperitatem adūsum cognatos malū esse maximū: arbitrans ostium et non ciuiū se trophea capturꝫ. Et principatū quidem nō obtinuit: finem vero insidiaꝝ suaꝝ confusionē accepit: et profugus iterū abijt in ammaniten. Ad ultimū i exitiū sui conclusus ab aretha arabum tyranno · fugiens de ciuitate in ciuitatē om̄ibꝫ odiosus · ut refuga legum et execrabilis · ut patrie et ciuiū hostis · in egiptū extrusus est: et qui multos de patria

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0361
powered by DWork • Heidelberg University Library

sua repulerat. peregre periit lacedemonas ꝓfectus. quasi ꝑ cognatione ibi refugiū habiturus: et qui insepultos multos abiecerat. ipe et illamentatus et insepultus abicitur: sepultura neq; peregrina usus: neq; patrio sepulcro participans. His itaq; gestis suspicatus est rex societatē desciscere iudeos: et ob hoc ꝓfectus ex egipto efferatis animis. ciuitatem quidem armis cepit. Iussit auē militibs interficere. nec parcere occurrentibus: et ꝑ domos ascendentes trucidare. Fiebant ergo cedes iuuenū. ac senior: mulier; et natorum exterminia: virginūq; et parvulorum neces. Erāt aūt toto triduo. octogīta milia interfecti: ꝝ dragīta milia victi: nō min⁹ aūt vendati. Sed nec ista sufficiūt. Ausus est etiam intrare templum vniuersa terra sancti⁹ menelao ductore: q̄ legum et patrie fuit ꝓditor. Et sceleratis manibs sumens sancta vasa que ab alijs regibs et ciuitatibus erant posita ad ornatū loci et gloriā: cōtrectabat indigne et contaminabat. Ita alienatus mente antiochus non considerabat. q̄ ꝓter peccata habitantiū ciuitatem modicū deus fuerat iratus: ꝓter qđ et accidit circa locū despectio. Alioquin nisi cōtigisset eos multis peccatis esse inuolutos: sicut heliodor⁹ qui missus est a seleuco rege ad expoliandū erariū: etiam hic statim aduenies flagellat⁹ et repulsus utiq; fuisset ab audacia. Verū non ꝓter locum gentem: sed propē gentem locum deus elegit. Ideoq; et ipse locus particeps factus ē pli malox: postea autem fiet socius bonox: et qui derelictus in ira dei omnipotentis est. iterū in magni domini reconciliatione cū suma gloria exaltabitur. Igitur antiochus mille octingētis ablatis de templo talentis velociter antiochiam regressus ē: existimans se pre superbia terram ad nauigandū: pelagus vero ad iter agendū deducturū ꝓter mentis elationem. Reliquit aūt et ꝓpositos ad affligendam gentem: iherosolimis quidē philippū genere frigem. moribs crudeliorem eo ipso a quo constitutus est: in garizim autem andronicū et menelaum qui grauiꝰ oꝝ ceteri imminebāt ciuibus. Cumq; apollonius esset cōtra iudeos missus ducta⁹ principē apollonium cū exercitu vigiti et duobs militibs: ꝓcipiens ei omnes ꝓfecte etatis interficere: mulieres ac iuuenes vendere. Qui cū venisset iherosolimā pacē simulās quieuit usq; ad diem sanctū sabbati: et tunc feriatis iudeis arma capere iussit ꝓcepit. Omnesq; simul qui ad spectaculū ꝓcesserant trucidauit: et ciuitatem cum armatis discurrens ingentē multitudinē peremit. Iudas autem machabeus q̄ decim⁹ fuerat secessit in desertum locū: ibiq; inter feras vitam in montibs cū suis agebat: et herbo vescentes demorabantur ne participes essent coinquinacionis.

Sed non post multum tempus misit rex senem quēdam antiochenum qui compelleret iudeos ut se transferent a patrijs et dei legibus: contaminare etiā qđ in iherosolimis erat templū. et cognominare iouis olimpij: et in garizim prout erāt his qui locum inhabitabant iouis hospitalis. Pessima autem et omnibus grauis erat malox incursio. Nā templū luxuria et cōmessationibs erat plenū. et scortantiū cū meretricibs: sacratisq; edibus mulieres se vltro ingerebant: introferentes ea q̄ nō licebat. Altare

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0362
powered by DWork • Heidelberg University Library

Altare etiam plenū erat illicitis: que legibus prohibebantur. Neq; autem sabbata custodiebantur: neq; dies solemnes patrij seruabantur: nec simpliciter se quisq; iudeum confitebatur. Ducebāt autē cum amara necessitate in die natalis regis ad sacrificia: ⁊ cū liberi sacra celebrarentur: cogebantur edera coronati libero circuire. Decretū autē exiuit ī proximas ciuitates gentiliū suggerentibus ptolomeis: ut pari modo ⁊ ipi aduersus iudeos agerēt ut sacrificarent: eos autē qui nollent transire ad instituta gentiliū interficerent. Erat ergo videre miseriam. Due enī mulieres delate sunt natos suos circūcidisse: quarū ad vbera infantibꝫ suspensis cū publice per ciuitatem circunduxissent: per muros p̄cipitauerūt. Alij vero ad ꝓximas coeūtes speluncas. et latenter sabbati diem celebrantes. cum indicati essent philippo flammis succensi sunt: eo q̄ verebātur propter religionē et obseruantiā. manu sibimet auxiliū ferre. Obsecro autē eos q̄ hūc librū lecturi sunt. ne abhorrescāt propter aduersos casus: sed reputent ea que acciderunt nō ad interitū: sed ad correctionem esse generis nr̄i. Et enī multo tēpore non sinere peccatoribus ex sentencia agere: sed statim vltiones adhibere. magni beneficij est indicium. Nō enī sicut ī alijs nacōnibꝫ dn̄s patienter expectat ut eas cū iudicij dies aduenerit in plenitudine pccōꝝ puniat: ita et in nobis statuit ut pectatis nostris ī finē deuolutis ita demū in nos vindicet: propter q̄ nunq̄ quidem a nobis misericordiam suā amouet: corripiens vero in aduersis ꝓpsm suum non derelinquit. Sed hec nobis ad cōmonitionem legentium dicta sint paucis: iam autē veniendū est ad narrationē. Igit̄ eleazar⁹ vn⁹ de primoribus scribarū vir etate prouectus. et vultu decorus. aperto ore hians cōpellebatur carnē porcinam mādūcare: at ille gloriosissimā mortem magis q̄ odibilē vitā cōplectēs: volūtarie p̄ibat ad suppliciū. Intuēs autē quomodo oporteret accedere: patienter sustinens destinauit nō admittere illicita: ꝓpter vite amorē. Hij aūt qui astabant iniqua miseracōne commoti ꝓpter antiquā viri amiciciā. tollentes eū secreto rogabāt afferri carnes quibꝫ vesci ei licebat: ut simularetur manducasse sicut rex imperauerat de sacrificij carnibus: ut hoc facto a morte liberaretur: et ꝓpter veterē viri amiciciā hanc in eo facerent humanitatē. At ille cogitare cepit etatis ac senectutis sue eminentiā dignā. et ingenite nobilitatis caniciē. atq; a puero optime conuersationis actus: et secundū sancte et a deo condite legis cōstituta respondit cito dicens: premitti se velle in infernū. Non enim etatem nostrā dignū est inquit fingere. ut multi adolescentes arbitrātes eleazarum nonaginta annoꝝ transisse ad vitā alienigenaꝝ: et ipsi ꝓpter meā simulationē ⁊ ꝓpter modicū corruptibilis vite tempus decipiant̄: et per hoc maculam atq; execrationē mee senecturi cōquirā. Nam et si in p̄senti tempore suppliciis hominū eripiar: sed manū omnipotentis nec viuus nec defunctus effugiam. Quāobrē fortiter vitā excedendo. senectute quidē dign⁹ apparebo: adolescentibus autem exemplū forte relinquā: si ꝓmpto animo ac fortit̄ ꝓ grauissimis ac sanctissimis legibus honesta morte ꝑfungar. Hijs dictis: cōfestim

19
183



Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0363
powered by DWork • Heidelberg University Library

ad suppliciū trahebatur. Hij autē qui
eum ducebant et pauloante fuerant
mitiores in irā conuersi sunt propter
sermones ab eo dictos: quos illi ꝑ ar-
rogantiam prolatos arbitrabantur.
Sed cū plagis perimeretur: ingemuit
⁊ dixit. Domine qui habes sanctam
scientiā · manifeste tu scis: quia cū a
morte possem liberari duros corporis
sustineo dolores: scdm animā vero
propter timorē tuum libenter hec pa-
tior. Et iste quidem hoc modo vita
decessit: non solum iuuenibus · sed
et memoriam vniuse genti memoriā
mortis sue ad exemplum virtutis et
fortitudinis derelinquens. VIII

Cōtigit autē septē fratres vna cū
mr̄e apprehensos cōpelli a rege e-
dere cōtra fas carnes porcinas: fla-
gris et taureis cruciatos. Vnus autē
ex illis qui erat primus sic ait. Quid
queris: et quid vis discere a nobis?
Parati sumus mori magis: q̄ pa-
trias dei leges preuaricari. Iratꝰ itaq;
rex iussit sartagines · et ollas eneas
succendi: q̄bus statim succensis · iussit
ei qui prior fuerat locutus · āputari
liguā: et cute capitis abstracta sūmas
quoq; manus ⁊ pedes ei p̄scidi: ceteris
eius fratribus ⁊ matre inspicientibus.
Et cū iam per omnia inutilis factus
esset · iussit ignē admoueri: et adhuc
suspirātē torreri in sartagine · in qua
cum diu cruciaretur: ceteri vna cum mr̄e
inuicē se hortabantur mori fortiter
dicentes. Dn̄s deus aspiciet veritatē ·
et cōsolabitur ī nobis: quēadmodū
ī protestatione cantici declarauit mo-
yses: et in seruis suis consolabitur.
Mortuo itaq; illo primo hoc modo
sequentem deducebāt ad illudendū: et
cute capitis eiꝰ cū capillis abstracta ·
interrogabāt si manducaret priusq̄
toto corpore per membra singula pu-
niretur. At ille respondēs patria vo-
ce dixit. Nō faciā. Propter qd̄ ⁊ iste se-
quenti loco primi tormēta suscepit: et
in vltimo spiritu constitutꝰ sic ait. Tu
quidem scelestissime in p̄senti vita nos
ꝑdis: sed rex mūdi defunctos nos pro
suis legibꝫ eterne vite resurrectione su-
scitabit. Post hūc tercius illuditur: ⁊
linguā postulatus cito ꝓtulit · et ma-
nus cōstanter extendit: et cū fiducia a-
it. E celo ista possideo: sed ꝓpter dei leges
nūc hec ipsa despicio: quoniā ab ipo
me ea recepturū spero. Ita ut rex ⁊ q̄ cū
ipo erāt mirarentur adolescētis animū:
⁊ tāq̄ nichil duceret cruciatꝰ. Et hoc i-
taq; defūcto: quartū vexabāt sicut tor-
quētes. Et cū iā esset ad mortē sic ait.
Pocius est ab hominibꝫ morti datos
spem exspectare a deo · iterꝫ ab ipo resu-
scitandos. Tibi enī resurrectio ad vitā
non erit. Et cum admouissent quītū
vexabant eū: at ille respiciens in eum
dixit. Potestatē inter homines habēs
cū sis corruptibilis facis qd̄ vis. No-
li aūt putare genus nostrū a deo esse
derelictū. Tu autem patienter sustine: ⁊
videbis magnā potestatē ipsiꝰ q̄liter
te et semen tuū torquebit. Post hunc
ducebant sextum: et is mori incipiēs
sic ait. Noli frustra errare. Nos enim
propter nosmetipsos hoc patimur
peccantes in deū nostrū: ⁊ digna am-
miratione facta sunt ī nobis. Tu au-
tem ne existimes tibi impune futurū:
qd̄ contra deū pugnare temptaueris.
Supra modū autē mater mirabilis
et bonorꝫ memoria digna · q̄ pereūtes
septem filios sub vnius diei tempore
conspiciens · bono animo ferebat pro-
pter spem quā ī deū habebat: singulos

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0364
powered by DWork • Heidelberg University Library

autem illorum hortabatur voce patria
fortiter repleta sapientia: et feminee co-
gitacōni masculinū animū inferens
dixit ad eos. Nescio qualiter in utero
meo apparuistis. Neq; enī ego spiri-
tum et animā donaui vobis et vitā:
et singulorum membra non ego ipa con-
pegi. Sed enī mūdi creator qui forma-
uit hominis natiuitatē. quiq; omniū
inuenit originē: et spiritū vobis iterū
cum misericordia reddet et vitā: sicut
nūc vosmetipsos dispicitis ꝓpter leges
eius. Antiochus autem cōtemni se ar-
bitratus. simul et exprobrātis voce de-
specta: cū adhuc adolescentior superesset.
non solū verbis hortabat̄ sed et cum
iuramēto affirmabat diuitem se et be-
atum facturū: et translatū a patrijs le-
gibus amicū habiturū. et res necessarias
ei prebiturū. Sed ad hec cū adolescēs
nequaq̄ inclinaret̄: vocauit rex ma-
trē et suadebat ei ut adolescenti fieret
in salutem. Cū autē multis eā verbis
esset hortatus: ꝓmisit suasurā se filio
suo. Itaq; inclinata ad illū irridens
crudelē tyrannū: ait patria voce. Fili
mi miserere mei que te ī utero nouem
mensibus portaui: et lac triennio dedi
et alui: et in etatem istā ꝑduxi. Peto
nate ut aspicias ad celū et terram. et
ad omnia q̄ ī eis sūt: et intelligas quia
ex nichilo fecit illa deus et hominū genus:
ita fiet ut nō timeas carnificē istū. sed
dignus fratribus tuis effectus particeps
suscipe mortem: ut in illa miseratione
cum fratribus tuis te recipiam. Cum
hec illa adhuc diceret: ait adolescens.
Quē sustinetis? Nō obedio p̄cepto re-
gis: sed precepto legis q̄ data est nobis
ꝑ moysen. Tu vero qui inuentor omnis
malicie factus es ī hebreos. nō effugi-
es manū dei. Nos enī pro peccatis
nostris hec patimur. Et si nobis pro-
pter increpationē et correptionē dn̄s
deus noster modicū iratus est: sed iterū
recōciliabitur seruis suis. Tu autem o
sceleste et omniū hominū flagitiosis-
sime noli frustra extolli vanis spe-
bus: ī seruos eius inflāmatus. Nōdum
enim omnipotentis dei et omnia inspi-
cientis iudiciū effugisti. Nam fratres
mei modico nunc dolore sustentato
sub testamento eterne vite effecti sunt:
tu vero iudicio dei iustas superbie tue
penas exsolues. Ego autē sicut et fra-
tres mei animā et corpus meū trado
pro patrijs legibus inuocās deū ma-
turius genti nostre propiciū fieri: teq; cū
tormentis et verberibus cōfiteri q̄ ipe
est deus solus. In me vero et in fratri-
bus meis desinet omnipotentis ira: q̄
sup omne genus nostrū iuste supducta ē.
Tunc rex accensus ira. in hunc super
omnes crudelius deseuit: indigne ferēs
se derisum. Et hic itaq; mūdus obijt:
per omnia in dn̄o confidens. Nouissi-
me aūt post filios et mater cōsumpta
est. Igitur de sacrificijs et de nimijs
crudelitatibus satis dictū est. VIII

Iudas vero machabeus. et qui cū illo
erāt introibant latenter in castella: et
conuocātes cognatos et amicos. et e-
os qui ꝑmanserāt in iudaismo assu-
mentes. eduxerūt ad se sex milia viros.
Et inuocabant dominū ut respiceret
in ꝓplm qui ab omnibus calcabat̄. et mi-
sereret̄ templo qd̄ cōtaminabat̄ ab im-
pijs. Misereretur etiā extermīnio ciuita-
tis que esset illico conplanāda et vocē
sanguinis ad se clamantis audiret:
memoraretur q̄q; iniquissimas mor-
tes paruulorum innocentiū. et blasphe-
mias nomini suo illatas: et indigna-
ret̄ sup hijs. At machabeus cōgregata





Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0365
powered by DWork • Heidelberg University Library

multitudine intollerabilis gentibus
efficiebatur. Ira enī domini ī miseri-
cordiā cōuersa ē. Et supueniēs castel-
lis ⁊ ciuitatibꝫ improuisus succēdebat
eas: et oportuna loca occupans. nō
paucas hostiū strages dabat. Maxi-
me autem noctibus ad huiuscemodi
excursus ferebatur: et fama virtutis e-
ius vbiqꝫ diffundebatur. Videns au-
tem philippus paulatim virū ad pro-
fectum venire. ac frequētius res ei cede-
re prospere ad ptolomeū ducē celessy-
rie ⁊ phenicis scripsit: ut auxiliū ferret
regis negocijs. At ille velociter misit
nichanorē patrocli de p̄moribꝫ ami-
cum: datis ei de p̄mixtis gētibꝫ. arma-
tis non minus viginti milibꝫ ut vni-
uersum iudeoꝝ genꝰ deleret: adiuncto
ei. ⁊ gorgia viro militari. et in bellicis
rebus experientissimo. Constituit aūt
nichanor regi ut tributū qd̄ romanis
erat dandū duo milia talentorū de
captiuitate iudeoꝝ suppleret. Statim
qꝫ ad maritimas ciuitates misit con-
uocās ad coemptōnē iudaicoꝝ man-
cipioꝝ: p̄mittens se nonaginta man-
cipia talento distracturū: nō respiciēs
ad vindictā que eum ab om̄ipotente
esset cōsecutura. Iudas autē vbi con-
perit: indicauit hijs qui secū erāt iude-
is nichanoris aduētū. Ex quibꝫ quidā
formidātes. et nō credentes dei iusticie
in fugam vertebantur: alij vero si qui
de hijs superāt veniebāt: simulqꝫ do-
minū deprecabātur ut eriperet eos de
impio nichanore qui eos priusq̄ in-
cominꝰ veniret vendiderat. Et si non
propter eos: propt̄ testamētū qd̄ erat
ad patres eoꝝ: et p̄pter inuocationem
sancti et magnifici nominis eiꝰ super
ipsos. Conuocatis autē machabeus
septē milibꝫ qui cū ip̄o erant. rogabat
ne hostibꝫ recōciliarētur: neqꝫ metue-
rent inique venientiū aduersum se ho-
stium multitudinē: sed fortiter cōten-
derēt āte oculos habentes cōtumeliā
que loco sancto ab hijs iniuste esset il-
lata: itemqꝫ ⁊ ludibrio habite ciuitatis
iniuriā: adhuc etiam veterū instituta
conuulsa. Nam illi quidē armis con-
fidunt. ait simul ⁊ audacia: nos aūt
in om̄ipotente domino qui potest et
venientes aduersum nos ⁊ vniuersum
mūdum vno nutu delere cōfidimus.
Ammonuit aūt eos et de auxilijs dei
q̄ facta sunt erga parētes: et q̄ sub sen-
nacherib centūoctogīta quinqꝫ milia pe-
rierūt: ⁊ de tēplo qd̄ eis aduersus gala-
thas fuit ī babilonia: ut om̄es vbi ad
rē vētū ē macedonibꝫ socijs hesitātibꝫ.
ip̄i sex milia soli peremerūt centumui-
ginti milia p̄pter auxiliū illis datum
de celo: et beneficia pro hijs plurima
cōsecuti sunt. Hijs verbis constantes
effecti sūt: ⁊ pro legibus et patria mori
parati. Constituit itaqꝫ fratres suos
duces vtriqꝫ ordini. simonem et iose-
phum ⁊ ionathan subiectis vnicuiqꝫ
millenis et quīgentenis: ad hoc etiā
ab ezra lecto illis sancto libro et dato
signo adiutorij dei: in prima acie ipse
dux cōmisit cum nichanore. Et facto
sibi adiutore om̄ipotente. interfecerūt
sup̄ nouē milia hominū: maiorē au-
tem partē exercitus nichanoris vulne-
ribus debilem factā fugere cōpulerūt.
Pecunijs vero eoꝝ qui ad emptōnem
ip̄oꝝ venerāt sublatis. ip̄os usqꝫq̄qꝫ
p̄secuti sunt: sed reuersi sūt hora cōclu-
si. Nā erat ante sabbatū: quā obcausā
non p̄seuerauerūt insequētes. Arma
autē ipsoꝝ et spolia cōgregantes sab-
batū agebāt benedicentes dominū: q̄
liberauit eos in isto die. misericordie

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0366
powered by DWork • Heidelberg University Library

iniciū stillās in eos. Post sabbatū vero debilibus ⁊ orphanis et viduis diuiserūt spolia: et residua ipi cum suis habuere. Hijs itaq; gestis et cōmuniter ab omībz facta obsecratōne: misericordem dn̄m postulabāt ut in finē seruis suis recōciliaretur. Et ex hijs q̄ cum timotheo et bachide erant cōtra se contendētes sup̄ vigintimilia interfecerūt: ⁊ munitiones excelsas obtinuerunt. ⁊ plures predas diuiserūt: equā portionē debilibus pupillis ⁊ viduis. sed et senioribz facientes. Et cū arma eoꝝ diligenter collegissēt: om̄ia cōposuerūt in locis oportunis. Residua vero spolia iherosolimā detulerūt: ⁊ philarcen q̄ cū timotheo erat interfecerūt virū scelestū: qui in multis iudeos afflixerat. Et cū epicinia agerēt ī iherosolimis eos qui sacras ianuas incenderunt: id est calisthenen cum ī quoddā domicilium refugisset incenderunt: digna ei mercede pro impietatibus suis reddita. Facinorosissimus aūt nichanor qui mille negociantes ad iudeorū venditionem adduxerat humiliat⁹ auxilio domini ab hijs quos nullos existimauerat: deposita veste glorie p̄ mediterraneam fugiēs solus venit antiochiā: summā infelicitatē de interitu sui exercitus consecutus. Et q̄ p̄miserat romanis se tributū restituere de captiuitate iherosolimoꝝ: p̄dicabat nūc p̄tectorem deū habere iudeos. et ob ip̄m īuulnerabiles esse: eo q̄ sequerent̄ leges ab ip̄o cōstitutas. ix

Eodem tempore antiochus inhoneste reuertebatur de p̄side. Intrauerat enī in eam q̄ dicitur p̄sipolis ⁊ temptauit expoliare templū ⁊ ciuitatem opprimere: sed multitudine ad arma concurrente in fugam versi sunt: et ita cōtigit ut antiochus post fugā turpiter rediret. Et cum venisset circa egbathanan: recognouit q̄ erga nichanorem et timotheū gesta sunt. Elatus autē ī ira. arbitrabat̄ se iniuriā illoꝝ qui se fugauerāt posse in iudeos retorquere: ideoq; iussit agitari currū suum sine intermissione agēs iter. celesti eū iudicio p̄urgente: eo q̄ ita sup̄be locut⁹ est se vēturū iherosolimā. et cōgeriem sepulcri iudeorū eā facturū. Sed qui vniuersa conspicit dn̄s deus isrl: p̄cussit eum insanabili ⁊ inuisibili plaga. Vt enī finiuit hūc ip̄m sermonē: apprehendit eum dolor dirus viscerum et amara internoꝝ tormenta. Et quidē satis iuste: quippe qui multis ⁊ nouis cruciatibz aliorū torserat viscera: licet ille nullo modo a sua malicia cessaret. Sup̄ hoc aūt sup̄bia replet⁹ ignē spirans animo in iudeos. et p̄cipiens accelerari negociū. cōtigit illū impetu euntem de curru cadere: ⁊ graui corporis collisione membra vexari. Isq; q̄ sibi videbatur etiā fluctibz maris imperare supra humanū modū sup̄bia repletus. ⁊ montiū altitudines ī statera appendere: nūc humiliat⁹ ad terrā in gestatorio portabatur. manifestā dei virtutem in semetipso cōtestās: ita ut de corpore impij vermes scaturirēt: ac viuentes in doloribus carnes eius effluerent: odore etiā illius et fetore exercitus grauaretur. Et qui paulo āte sydera celi cōtingere se arbitrabatur: eum nemo poterat p̄pter intolerātiā fetoris portare. Hinc igitur cepit ex graui sup̄bia deductus ad agnitionē sui venire diuina āmonitus plaga: p̄ momēta singula doloribz suis augmenta capientibz. Et cum nec ip̄e iā fetorē suū ferre posset: ita ait. Iustum





Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0367
powered by DWork • Heidelberg University Library

est subditū esse deo: et mortalem non
paria deo sentire. Orabat autem hic
scelestus dn̄m a quo nō esset misericor-
diam cōsecuturꝰ: et ciuitatem ad quā
festinās veniebat · ut eā ad solū dedu-
ceret ac sepulcrū cōgestoꝝ faceret · nūc
optat liberā reddere: et iudeos quos
nec sepultura quidem se dignos habi-
turum · sed auibꝫ ac feris diripiendos
traditurū · et cum paruulis extermina-
turū dixerat equales nunc atheniensi-
bus facturū pollicetur: templum etiā
sanctum qd̄ prius exspoliauerat · opti-
mis donis ornaturū: et sancta vasa
multiplicaturū · et ꝑtinentes ad sacri-
ficia sumptꝰ · de redditibꝫ suis presta-
turū: sup hec ⁊ iudeum se futurū: et o-
mnem locū terre ꝑambulaturꝫ · et ꝑdi-
caturū dei potestatē. Sed nō cessātibꝫ
doloribꝫ: supuenerat enī in eū iustum
dei iudiciū: desperās scripsit ad iudeos
in hunc modū deprecationis epistolā
hec cōtinentē. Optimis ciuibꝫ iudeis:
plurimā salutem et bene valere · et esse
felices: rex et princeps antiochus. Si
bene valetis ⁊ filij vestri et ex sententia
vobis cuncta sūt: maximas agimus
gratias. Et ego ī infirmitate cōstitutꝰ ·
vestri autem memor benigne reuersus
de persidis locis et infirmitate graui
apprehensus necessariū duxi ꝑ cōmuni
vtilitate curam habere: non desperās
memetipm̄: sed spem multam habens
effugiendi infirmitatē. Respiciēs aūt
q̄ et pater meus quibus temporibus
in locis superioribꝫ ducebat exercitum
ostendit q̄ post se susciperet principatū ·
ut si quid contrariū acciderer aut diffi-
cile nūciaret̄ · scientes hij q̄ ī regionibꝫ
erant cui esset rerum summa derelicta
non turbarent̄: ad hec considerans de
proximo potentes quosqꝫ et vicinos ·
temporibꝫ insidiātes et euētum expe-
ctātes · designaui filiū meū antiochū
regem quē sepe recurrens in superiora
regna multis vestrum cōmendabā: et
scripsi ad eū que sbiecta sūt. Oro itaqꝫ
vos et peto memores beneficioꝝ publi-
ce ⁊ ꝑuatim: ut vnusquisqꝫ cōseruet fi-
dem ad me et ad filiū meū. Confido
enim eum modeste et humane acturū
et sequentē ꝓpositum meū: et cōmunē
vobis fore. Igit̄ homicida ⁊ blasphe-
mus pessime ꝑcussus: ⁊ ut ipse alios
tractauerat · ꝑegre in mōtibꝫ miserabi-
li obitu vita fūctus ē. Trāsferebat aūt
corpꝰ philippus collactaneꝰ eiꝰ: qui
metuens filiū antiochi ad ptolomeū
philomethora ī egiptū abijt. ✠

Machabeus aūt ⁊ qui cum eo erāt
dn̄o se ꝓtegēte tēplū quidē ⁊ ciui-
tatē recepit: aras aūt quas alienige-
ne ꝑ plateas struxerant: itēqꝫ delubra
demolitꝰ ē. Et purgato templo aliud
altare fecerūt: et de ignitis lapidibꝫ i-
gne cōcepto sacrificia obtulerūt post
biēniū: ⁊ incensum et lucernas · ⁊ panes
propositionis posuerūt. Quibꝫ gestis
rogabāt dn̄m ꝓstrati in terrā: ne am-
plius talibus malis inciderent. Sed
et si quādo peccassent · ut ab ipo miti-
us corriperent̄: et nō barbaris ac blas-
phemis hominibꝫ traderentur. Qua
die autē templū ab alienigenis pollu-
tum fuerat: contigit eadem die purifi-
cationē fieri vicesima et quīta mensis
qui fuit casleu. Et cum leticia diebꝫ o-
cto egerūt in modū tabernaculoꝝ: re-
cordātes · q̄ āte modicū temporis di-
em solemnē tabernaculoꝝ ī mōtibus
et in speluncis more bestiaꝝ egerant:
propter qd̄ tirsos et ramos virides ⁊
palmas ꝑferebāt ei · q̄ ꝓsperauit mun-
dare locū suū. Et decreuerūt cōmuni

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0368
powered by DWork • Heidelberg University Library

habebat pro hijs q̄ congressuri erant. Et iam cū om̄es sperarent iudiciū futurū hostesq; adessent atq; exercit⁹ erat ordinatus. bestie equitesq; oportuno loco cōpositi: considerās machabe⁹ aduentū mlstitudinis et apparatū variū armoꝝ. ac ferocitatem bestiaꝝ extendēs man⁹ in celū. ꝓdigia facientē dn̄m inuocauit: qui nō scd̄m armoꝝ potentiā. sed prout ipsi placet dat dignis victoriā. Dixit aūt inuocās hoc modo. Tu domine qui misisti āgelū tuū sub ezechia rege iude. ⁊ interfecisti de castris sennacherib centūoctogīta quīq; milia: et tūc dominator celorū mitte āgelū tuū bonū āte nos ī timore et tremore magnitudinis brachij tui: ut metuant qui cum blasphemia veniūt aduersus sanctū ꝓplm tuū. Et hic quidē ita ꝑorauit: nichanor autē et qui cum ipso erāt cum tubis et canticis admouebāt. Iudas vero et qui cum eo erant inuocato deo ꝑ oratōnes cōgressi sunt: manu quidē pugnātes. sed ⁊ dn̄m cordibus orantes ꝓstrauerunt nō min⁹ trigintaquīq; milia presentia dei magnifice delectati. Cunq; cessassent et cum gaudio redirent: cognouerūt nichanorē ruisse cū armis suis. Facto itaq; clamore et ꝑturbatione suscitata: patria voce om̄ipotentē dn̄m benedicebāt. Precepit aūt iudas qui ꝑ om̄ia corpore ⁊ animo mori ꝓ ciuibus parat⁹ erat: caput nichanoris et manū cū humero abscisam iherosolimā ꝑferri. Quo cum ꝑuenisset conuocatis cōtribulibꝫ et sacerdotibus ad altare: accersijt et eos qui in arce erant. Et ostenso capite nichanoris et manu nepharia quā extenderat cōtra domū sanctā om̄ipotentis dei: magnifice gloriatus est. Linguā etiā impij nichanoris p̄cisam iussit particulatī auibus dari: manū autem dementis contra templū suspendi. Om̄es igit̄ celi benedixerūt dn̄m dicentes: benedictus qui locum suū incōtaminatū seruauit. Suspendit autem nichanoris caput in summa arce: ut euidens esset et manifestū signū auxilij dei. Itaq; om̄es cōmuni consilio decreuerūt nullo modo diē istū absq; celebritate p̄terire: habere aūt celebritatē terciadecima die mēsis adar: que dicit̄ voce siriaca p̄die mardochei die. Igitur hijs erga nichanorē gestis: et ex illis temporibꝫ ab hebreis ciuitate possessa. ego q̄ꝫ in hijs faciā finē sermonis. Et si quidem bene et ut historie cōpetit hoc et ipse velim: si aūt minus digne: concedendum ē michi. Sicut enim vinū semꝑ bibere aut semꝑ aquā. cōtrariū ē: alt̄nis aūt vti delectabile: ita legētibꝫ si semꝑ exact⁹ sit sermo non erit gratus: hic ergo erit consummatus.

ALL RIGHTS RESERVED © Biblioteca Apostolica Vaticana



Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0369
powered by DWork • Heidelberg University Library

Hic incipit prologus in libro: mathei Euangeliste ·iiii· ·iiii·

Beatissimo pape damaso ieronim⁹. Nouū opus me facere cogis ex veteri: ut p⁹ exemplaria scripturaꝝ toto orbe dispersa quasi quidā arbitr̄ sedeā: ⁊ quia inter se variāt que sint illa q̄ cū greca consentiant veritate decernam. Pius labor sed periculosa presumptio· iudicare de ceteris· ipsum ab omnibꝫ iudicandū: senis mutare linguā: et canescentē mūdū ad initia retrahere paruulorum. Quis enī doctus pariter uel indoctus cū in manus volumen assumpserit· et a saliua quā semel inbibit viderit discrepare qd̄ lectitat· non statim erūpat in vocē me falsariū me clamās esse sacrilegū: q̄ audeā aliquid in veteribus libris addere· mutare· corrigere? Aduersus quā inuidiam duplex causa me consolat̄: qd̄ et tu qui sūmus sacerdos es fieri iubes: et verꝫ non esse qd̄ variat· etiā maledicoꝝ testimonio cōprobatur. Si enī latinis exemplaribus fides est adhibenda· respondeāt quibꝫ tot sunt exemplaria pene quot codices. Sin aūt veritas est querenda de pluribus: cur nō ad grecā originē reuertentes ea que uel a viciosis interpretibus male edita vel a presumptoribus imperitis emendata peruersius· vel a librariis dormitātibus aut addita sūt aut mutata corrigimus? Neqꝫ vero ego de veteri disputo testamēto: qd̄ a septuaginta senioribus in grecā linguā versum tercio gradu ad nos usqꝫ ꝑuenit. Non quero quid aquila quid symmachus sapiant: quare theodotion inter nouos et veteres medius incedat. Sit illa vera interpretatio: quam apostoli ꝓbauerunt. De nouo nunc loquor testamento qd̄ grecū esse nō dubiū est: excepto apostolo matheo qui primus in iudea euangelium xp̄i hebraicis litteris edidit. Hoc certe cū in nostro sermone discordat· et diuersos riuuloꝝ tramites ducit: uno de fonte querendus est. Pretermitto eos codices q̄s a luciano et esycio nuncupatores paucoꝝ hominū asserit ꝑuersa cōtentio: quibus vtiqꝫ nec in veteri instrumēto post septuaginta interpretes emendare quid licuit· nec in nouo profuit emendasse: cum multaꝝ gentium linguis scriptura āte translata doceat falsa esse que addita sunt. Igitur hec p̄sens p̄faciuncula pollicetur quatuor tantū euangelia· quoꝝ ordo est iste· matheus· marcus· lucas· iohānes· codicum grecoꝝ emendata collatione sed veterū: que ne multū a lectionis latine cōsuetudine discreparent· ita calamo imperauim⁹: ut hijs tantum que sensum videbantur mutare· correctis· reliqua manere paterem̄ ut fuerāt. Canones quoqꝫ quos eusebius cesariensis episcopus allexādrinū secut⁹ ammoniū in decē numeros ordinauit: sicut in greco habētur expressimus. Qd̄ si quis decuriosis voluerit nosse que in euangelijs vel eadem vel vicina uel sola sint· eoꝝ distinctōne cognoscet. Magnus siquidē hic ī nr̄is codicibus error inoleuit: dum qd̄ ī eadem re alius euangelia plus dixit· in alio quia minus putauerint addiderunt: vel dum eundē sensum alius aliter expressit· ille qui vnū e quatuor primum legerat· ad eius exemplū ceteros quoqꝫ estimauerit emendandos· vnde accidit· ut aput nos mixta sunt omnia: et in marco plura luce atqꝫ



Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0371
powered by DWork • Heidelberg University Library

matheī: rursum ī matheo iohannis et marci: et in ceteris reliquor̄ que ī alīs propria sunt inueniantur. C̄ū itaq; canones legeris qui subiecti sunt: confusionis errore sublato: et sua oīm̄ scies: et singulis sua queq; restitues. In canone primo concordāt ꝙuor: matheus: marc⁹: lucas: iohānes. In secundo tres: matheus: marcus: lucas. In tercio tres: mathe⁹: lucas: iohānes. In quarto tres: matheus: marcus: iohannes. In quīto duo: matheus: lucas. In sexto duo: matheus: marcus. In septimo duo: matheus: iohānes. In octauo duo: lucas: marc⁹. In nono duo: lucas: iohānes. In decimo propria vnusquisq; ꝙ nō habentur in alīs ediderunt. Singulis vero euangelīs ab vno incipiens usq; ad finem librorū dispar numerus accelerat. Hic nigro colore p̄scriptus sub se habet aliū ex minio discolorē numerum: qui ad decem usq; p̄cedēs indicat: prior numer⁹ in quo sit canone requirendus. C̄ū ergo aptū codicē ubi gracia illud siue illud capitulū scire volueris cui⁹ canonis sit: statī ex subiecto numero docebēris: et recurrēs ad principia in quibus canonū est distincta congeries: eodēq; statim canone ex titulo trōnis inuento: illū quē querebas numerum eiusdem euangelīj qui et ipe ex inscriptione signat inuenies: atq; e vicino ceteroꝝ tramitibz inspectis: q̄s numeros eregione habeāt adnotabis: et cum scieris recurres ad volumina singulorum: et sine mora reperis numeris q̄s āte signaueras: repperies et lora: ī quibus uel eadē uel vicina dixerūt. Opto ut ī xp̄o valeas et memineris mei papa beatissime. Hic incipit prologus in librum matthei Euangeliste



atheus ex iudea sicut in ordine prim⁹ ponitur: ita euangeliū in iudea prim⁹ scripsit: cui⁹ vocatio ad dōm ex publicanis actibz fuit: duor̄ ī generatione xp̄i principia p̄lumens: unī⁹: cui⁹ prima circūcisio ī carne: alterius: cui⁹ sedm cor electio fuit. Ex utrisq; eni patribz xp̄c. Vtrisq; ꝑtendendo numero reformīt posito: principium a credendi fide in electionis temp⁹ porrigens: et ex electione usq; in translmigrationis die dirigens: atq; a trālmigrationis die usq; in xp̄m defluens: decursam aduent⁹ dñi ostendit generationē et numero sanctificās: et nōri: ut et se qū esset ostenderet: et dū ī se opus mōstrans: etiā in hijs quor̄ genus posuit xp̄i operantis a principio testimoniū nō negaret. Quar oīm̄ rer̄: tempus: ordo: numer⁹: dispositio: uel ratio: ꝙ fidei necessariū est: de⁹ xp̄c est: qui factus est ex muliere: factus sub lege: nat⁹ ex virgine: passus in carne: oīa in cruce fixit: ut triumphās ea in semetipo resurgens in corpore: a p̄ris nomē in patribz filio: a filij nomē patri restituēs in filijs: sine principio sine fine ostendēs unū se cum patre esse quia un⁹ est. In quo euangelio utile est deliderātibz deū: sic prima uel media uel ꝓfecta cognoscere: ut et vocationem apostoli et opus euangelij et dilectionē dei in carne nascentis ꝙ uniuersa legentes intelligāt: atq; id in eo in quo apprehensi sunt: et apprehendere appetūt recognoscāt. Nobis enim hoc studio argumenti fuit et fidē facte rei tradere: a operātis dei intelligēdā diligenter esse dispositionē querentibus non tacere.

Hic incipit liber matthei Euāⁿ ·i·

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0372
powered by DWork • Heidelberg University Library

Liber generatōnis ihesu xp̄i
filij dauid: filij abraham.
Abraham genuit ysaac:
ysaac autē genuit iacob.
Iacob aūt genuit iudā et fratres ei⁹:
iudas aūt genuit phares et zara de
thamar. Phares aūt genuit esrom:
esrom aūt genuit aram. Aram aūt
genuit aminadab: aminadab aūt ge-
nuit naasō. Naason aūt genuit salo-
mon: salomō aūt genuit boor de raab.
Boor aūt genuit obeth ex ruth: obeth
aūt genuit iesse. Iesse autē genuit da-
uid regē: dauid autē rex genuit salo-
monē ex ea q̄ fuit vrie. Salomō aūt
genuit roboam: roboam aūt genuit
abyam. Abyas aūt genuit asa: asa
aūt genuit iosaphat. Iosaphat aūt
genuit ioram: ioram aūt genuit ozi-
am. Ozias autē genuit ioathan: ioa-
than aūt genuit achar. Achar autē
genuit ezechiam: ezechias aūt genuit
manassen: manasses aūt genuit am-
mon. Ammon aūt genuit iosyam:
iosias aūt genuit iechoniā et fr̄es ei⁹
ī trāsmigratione babilonis. Et post
transmigrationē babilonis iechonias
genuit salathiel: salathiel aūt genuit
zorobabel. Zorobabel aūt genuit abi-
ud: abiud autem genuit eliachim. Eli-
achim aūt genuit azor: azor aūt ge-
nuit sadoch. Sadoch autem genuit a-
chim: achim aūt genuit eliud. Eliud
aūt genuit eleazar: eleazar aūt genuit
matthan. Matthan aūt genuit iacob:
iacob aūt genuit ioseph virū marie:
de qua nat⁹ est ihesus: qui vocatur
xp̄c. Om̄es itaq; generationes ab a-
braham usq; ad dauid · generationes
q̄tuordecim: et a dauid usq; ad trans-
migrationē babilonis · generatōnes
q̄tuordecī: ⁊ a trāsmigratōne babilonis
usq; ad xp̄m · generationes quatuor-
decim. Xp̄i autem generatio sic erat.
Cum esset despōsata mater ihesu ma-
ria ioseph: āteq̄ cōuenirent inuenta ē
ī vtero habēs de spiritu sācto. Ioseph
autem vir ei⁹ cū esset iustus · et nollet
eam traducere: voluit occulte dimitte-
re eam · hec aūt eo cogitante: ecce āge-
lus dn̄i apparuit ī somnis ioseph di-
cens. Ioseph fili dauid: noli timere ac-
cipere mariā cōiugem tuā. Qd̄ enī in
ea natū est: de spiritu sancto est. Pari-
et aūt filiū: et vocabis nomē eius ihe-
sum. Ipse enī saluū faciet ꝑplm̄ suum
a peccatis eoꝝ. Hoc autem totū factū
est: ut adimpleretur qd̄ dictū esset a do-
mino ꝑ prophetā dicentem. Ecce vir-
go in vtero habebit et pariet filiū: ⁊ vo-
cabit̄ nomē eius emanuel: qd̄ est in-
terp̄tatū nobiscum deus. Exurgens
aūt ioseph a somno fecit sicut p̄cepit
ei āgelus dn̄i: et accepit cōiugem suā.
Et non cognoscebat eam donec pepe-
rit filium suum primogenitum: et
vocauit nomen eius ihesum. ¶

Cum natus esset ihesus in bethle-
em iude ī diebꝫ herodis regis: ec-
ce magi ab oriente venerūt iherosoli-
mam dicentes. Vbi est qui natus est
rex iudeoꝝ? Vidimus enī stellā eius
in oriente: et venim⁹ adorare eū. Au-
diens autem herodes rex turbatus ē:
et om̄is iherosolima cū illo. Et cōgre-
gans omnes principes sacerdotū et
scribas ꝑplm̄: sciscitabat̄ ab eis vbi xp̄us
nasceret̄. At illi dixerūt ei. In bethleem
iude. Sic enī scriptū est ꝑ prophetam.
Et tu bethleem terra iuda: nequaq̄ mi-
nima es ī prīcipibꝫ iuda. Ex te enī exi-
et dux qui regat ꝑplm̄ meum israhel.
Tūc herodes clam vocatis magis dili-
genter didicit ab eis tempus stelle q̄



Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0373
powered by DWork • Heidelberg University Library

apparuit eis: ⁊ mittens illos in bethleem dixit. Ite et interrogate diligenter de puero: ⁊ cum inueneritis renunciate mihi: ut ⁊ ego veniens adorem eum. Qui cum audissent regem abierunt. Et ecce stella quam viderat in oriente antecedebat eos: usq; dum veniens staret supra ubi erat puer. Videntes aut stellam: gauisi sunt gaudio magno valde. Et intrantes domum inuenerunt puerum cum maria matre eius: ⁊ procidentes adorauerunt eum: ⁊ apertis thesauris suis obtulerunt ei munera aurum thus ⁊ murram. Et responso accepto in somnis ne rediret ad herodem: p aliam viam reuersi sunt in regionem suam. Qui cum recessissent: ecce angelus domini apparuit in somnis ioseph dicens. Surge ⁊ accipe puerum ⁊ matrem eius ⁊ fuge in egiptum: et esto ibi usq; dum dicam tibi. Futurum est enim: ut herodes querat puerum ad perdendum eum. Qui consurgens accepit puerum ⁊ matrem eius nocte: et secessit in egiptum. Et erat ibi usq; ad obitum herodis: ut adimpleretur qd dictum est a domino p prophetam dicentem. Ex egipto vocaui filium meum. Tunc herodes videns quoniam illusus esset a magis iratus est valde: et mittens occidit omnes pueros qui erant in bethleem et in omnibus finibus eius a bimatu et infra: secm tempus qd exquisierat a magis. Tunc adimpletum est: qd dictum est p ieremiam prophetam dicentem. Vox in rama audita est ploratus et ululatus multus: rachel plorans filios suos: et noluit consolari quia non sunt. Defuncto aut herode: ecce angelus domini apparuit in somnis ioseph in egipto dicens. Surge et accipe puerum et matrem eius: et vade in terram israhel. Defuncti sunt enim qui querebant animam pueri. Qui consurgens accepit puerum et matrem eius: et venit in terram israhel. Audiens autem qm archelaus regnaret in iudea pro herode patre suo timuit illo ire: et admonitus in somnis secessit in partes galilee. Et veniens habitauit in ciuitate q vocat nazareth: ut adimpleretur qd dictum est p prophetas quoniam nazareus vocabitur. ℣

In diebus autem illis venit iohannes baptista: predicans in deserto iudee et dicens. Penitentiam agite. Appropinquabit enim regnum celorum. hic est enim: de quo dictum est p yeliam prophetam dicentem. Vox clamantis in deserto: parate viam domini: rectas facite semitas eius. Ipse aut iohannes habebat vestimentum de pilis camelorum: et zonam pelliceam circa lumbos suos. Esca aut eius erat locuste ⁊ mel siluestre. Tunc exibat ad eum ihrosolima ⁊ omnis iudea et omnis regio circa iordanem: et baptizabantur ab eo in iordane confitentes peccata sua. Videns aut multos pharisseorum ⁊ saduceorum venientes ad baptismum suum: dixit eis progenies viperarum: qs demonstrabit vobis fugere a ventura ira? Facite ergo fructum dignum penitentie. Et ne velitis dicere intra vos: patrem habemus abraham. Dico enim vobis: quoniam potens est deus de lapidibus istis suscitare filios abrahe. Jam enim securis ad radicem arborum posita est. Omnis ergo arbor que non facit fructum bonum excidetur: et in ignem mittetur. Ego quidem baptizo vos in aqua in penitentiam: qui autem post me venturus est fortior me est: cuius non sum dignus calciamenta portare. Ipse vos baptizabit in spiritu sancto et igni. Cuius ventilabrum in manu sua et permundabit aream suam: ⁊ congregabit triticum in horreum suum: paleas aut comburet igni inextinguibili. Tunc venit

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0374
powered by DWork • Heidelberg University Library

ihesus a galilea ī iordanem ad iohannem: ut baptizaret ab eo. Iohānes aūt phibebat eū dicēs. Ego a te debeo baptizari: ⁊ tu venis ad me? Respondens aūt ihesus dixit ei. Sine modo. Sic enī decet nos implere omnē iustitiā. Tunc dimisit eū. Baptizatus aūt ihesus confestim ascendit de aqua. Et ecce aperti sunt ei celi: ⁊ vidit spiritū dei descendentē sicut columbā ⁊ venientē sup se. Et ecce vox de celis dicēs. Hic ē filius meus dilectus: ī quo mihi cōplacui. m

Tunc ihesus ductus ē ī desertū a spiritu ut temptaret a dyabolo: et cū ieiunasset quadraginta diebus et quadraginta noctibus: postea esuriit. Et accedens temptator dixit ei. Si filius dei es: dic ut lapides isti panes fiant. Qui respondens dixit. Scriptū ē. Nō in solo pane vivit homo: sed in omni verbo qđ procedit ab ore dei. Tunc assumpsit eū dyabolus ī sanctā civitatē: et statuit eū supra pinnaculū templi: et dixit ei. Si filius dei es: mitte te deorsum. Scriptū est enī: quia āgelis suis mādavit de te: et in manibus tollent te: ne forte offendas ad lapidē pedē tuum. Ait illi ihesus rursum. Scriptū ē. Non temptabis dūm deū tuū. Iterū assumpsit eū dyabolus in montem excelsum valde: et ostendit ei omnia regna mūdi et gloriam eorū: et dixit ei. Hec omnia tibi dabo: si cadens adoraueris me. Tunc dicit ei ihesus. Vade sathana. Scriptū ē enī. Dūm deū tuū adorabis: ⁊ illi soli seruies. Tūc reliquit eū dyabolus: ⁊ ecce angeli accesserunt ⁊ ministrabāt ei. Cū aūt audisset ihesus qđ iohānes traditus esset secessit in galileā: et relicta civitate nazareth venit ⁊ habitauit ī civitate capharnaū maritima: ī finibus zabulon ⁊ neptalī: ut adimpleret qđ dictū est per ysaiam prophetā. Terra zabulon ⁊ terra neptalim: via maris trās iordanem galilee gentiū: populus q̄ ābulabat ī tenebris: vidit lucem magnā: ⁊ sedentibus ī regione umbre mortis lux orta est eis. Exinde cepit ihesus predicare ⁊ dicere. Penitentiā agite. Appropinquabit enī regnū celorū. Ambulās aūt iuxta mare galilee vidit duos fratres simonem qui vocatur petrus ⁊ andreā fratrem eius: mittentes rete ī mare. Erāt enim piscatores. Et ait illis. Venite post me: et faciā vos fieri piscatores hominū. At illi cōtinuo relictis retibus secuti sunt eū. Et procedens inde vidit alios duos fres: iacobū zebedei et iohānem fratrem ei⁹ in naui cū zebedeo patre eorū reficientes retia sua: et vocauit eos. Illi aūt statim relictis retibus et patre: secuti sunt eū. Et circuibat ihesus totā galileā docens ī synagogis eorū: et pdicans euangeliū regni: ⁊ sanās omnē lāguorē ⁊ omnē infirmitatem in plo. Et abiit opinio eius in totā syriā: et obtulerūt ei omnes male habētes variis languoribus ⁊ tormētis comphensos: et q̄ demonia habebāt: et lunaticos ⁊ paraliticos ⁊ curauit eos: ⁊ secuti sūt eū turbe multe de galilea: ⁊ decapoli: et de ihrosolimis: ⁊ de iudea: ⁊ de trās iordanem. n

Videns aūt ihesus turbas ascendit in montem: ⁊ cū sedisset accesserūt ad eum discipuli eius: et aperiens os suū docebat eos dicens. Beati pauperes spiritu: quī ipor ē regnū celorū. Beati mites: quī ipi possidebūt terrā. Beati qui lugent: quī ipi cōsolabūtur. Beati q̄ esuriūt et sitiūt iustitiā: quī ipi saturabūtur. Beati misericordes: quī ipi misericordiā cōsequētur. Beati mūdo



Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0375
powered by DWork • Heidelberg University Library

corde: quoniam ipsi deum videbunt. Beati pacifici: quoniam filij dei vocabuntur. Beati qui persecutionem patiuntur propter iusticiam: quoniam ipsorum est regnum celorum. Beati estis cum maledixerint vobis. et persecuti vos fuerint et dixerunt omne malum aduersum vos mentientes propter me. Gaudete et exultate: quoniam merces vestra copiosa est in celis. Sic enim persecuti sunt prophetas qui fuerunt ante vos. Vos estis sal terre. Quod si sal euanuerit: in quo salietur? Ad nichilum valet vltra. nisi ut mittatur foras: et conculcetur ab hominibus. Vos estis lux mundi. Non potest ciuitas abscondi supra montem posita: neque accendant lucernam. et ponunt eam sub modio sed super candelabrum: ut luceat omnibus qui in domo sunt. Sic luceat lux vestra coram hominibus: ut videant opera vestra bona: et glorificent patrem vestrum qui in celis est. Nolite putare quoniam veni soluere legem aut prophetas. Non veni soluere: sed adimplere. Amen quippe dico vobis: donec transeat celum et terra. iota vnum aut vnus apex non preteribit a lege: donec omnia fiant. Qui ergo soluerit vnum de mandatis istis minimis. et docuerit sic homines minimus vocabitur. in regno celorum: qui autem fecerit et docuerit: hic magnus vocabitur in regno celorum. Dico autem vobis: quia nisi abundauerit iusticia vestra plusquam scribarum et phariseorum: non intrabitis in regnum celorum. Audistis quia dictum est antiquis non occides: qui autem occiderit reus erit iudicio. Ego autem dico vobis: quia omnis qui irascitur fratri suo reus erit iudicio. Qui autem dixerit fratri suo racha: reus concilio. Qui autem dixerit fatue: reus erit gehenne ignis. Si ergo offers munus tuum ad altare et ibi recordatus fueris quia frater tuus habet aliquid aduersum te: relinque ibi munus tuum ante altare: et vade prius reconciliari fratri tuo: et tunc veniens offeres munus tuum. Esto consentiens aduersario tuo cito dum es in via cum eo: ne forte tradat te aduersarius iudici: et iudex tradat te ministro. et in carcerem mittaris. Amen dico tibi: non exies inde donec reddas nouissimum quadrantem. Audistis quia dictum est antiquis: non mechaberis. Ego autem dico vobis: quia omnis qui viderit mulierem ad concupiscendum eam: iam mechatus est eam in corde suo. Quod si oculus tuus dexter scandalisat te: erue eum et proice abs te. Expedit enim tibi ut pereat vnum membrorum tuorum: quam totum corpus tuum mittatur in iehennam ignis. Et si dextra manus tua scandalisat te: abscide eam et proice abs te. Expedit enim tibi ut pereat vnum membrorum tuorum: quam totum corpus tuum eat in iehennam. Dictum est autem quicumque dimiserit vxorem suam det ei libellum repudij. Ego autem dico vobis: quia omnis qui dimiserit vxorem suam. excepta fornicationis causa. facit eam mechari: et qui dimissam duxerit adulterat. Iterum audistis quia dictum est antiquis non periurabis: reddes autem domino iuramenta tua. Ego autem dico vobis non iurare omnino: neque per celum. quia tronus dei est: neque per terram. quia scabellum est pedum eius: neque per iherosolimam. quia ciuitas est magni regis. Neque per caput tuum iuraueris: quia non potes vnum capillum album facere aut nigrum. Sit autem sermo vester: est est. non non: quod autem hijs abundantius est a malo est. Audistis quia dictum est: oculum pro oculo. dentem pro dente. Ego autem dico vobis non resistere malo: sed si quis te percusserit in dextram maxillam tuam prebe illi et alteram: et ei qui vult tecum in iudicio contendere et

tunicam tuā tollere dimitte et pallīū: et quicunq; te angariauerit mille passus: vade cū illo et alia duo. Qui aūt petit a te da ei: et volenti mutuare a te ne auertaris. Audistis quia dictū ē: diliges pximū tuū · et odio habebis inimīcū tuū. Ego aūt dico vobis diligite inimīcos vestros: benefacite his qui oderūt vos · et orate pro plequētibus et calūniantibus vos: ut sitis filij patris vestri qui in celis est · qui solem suū oriri facit super bonos ⁊ malos: et pluit sup iustos et iniustos. Si enī diligitis eos ꝙ vos diligūt: quā mercedem habebitis? Nōne et publicani hoc faciūt? Et si salutaueritis fratres vros tātū: qđ āplius facitis? Nōne ⁊ ethnici hoc faciūt? Estote ergo vos pfecti: sicut ⁊ pater vester celestis pfectꝰ ē.

Attendite ne iustitiā vestrā faciatis corā hominibus ut videamini ab eis: alioquin mercedem nō habebitis apud patrem vestrū qui in celis ē. Cū ergo facis elemosinā noli āre te tuba ranere: sicut ypocrite faciūt i synagogis et in vicis ut honorificent ab hominibus. Amen dico vobis: receperūt mercedē suā. Te aūt faciēte elemosinā: nesciat sinistra tua quid faciat dextera tua: ut sit elemosina tua i abscōdito: ⁊ pater tuus qui videt i abscondito reddet tibi. Et cum oratis: non eritis ypocrite qui amāt in synagogis et in angulis plateaꝝ stantes orare: ut videantur ab hominibus. Amē dico vobis: receperūt mercedē suā. Tu aūt cum oraueris intra i cubiculū tuū: ⁊ clauso ostio ora patrem tuū in abscondito: ⁊ pater tuus qui videt in abscōdito reddet tibi. Orantes aūt nolite multum loqui: sicut ethnici faciūt · putant enī: ꝙ in multiloquio suo exaudiantur.

Nolite ergo assimilari eis. Scit enim pater vester quid opus sit vobis: antequā petatis eum. Sic ergo vos orabitis. Pater noster qui es in celis sanctificetur nomē tuū. Adveniat regnū tuū. Fiat voluntas tua: sicut in celo et in terra. Panē nostrū supsubstāncialē da nobis hodie. Et dimitte nobis debita nostra: sicut et nos dimittimus debitoribus nostris. Et ne nos induras in temptatiōnē: sed libera nos a malo. Si enim dimiseritis hominibꝫ peccata eoꝝ: dimittet et vobis pater vester celestis delicta vestra. Si autem non dimiseritis hominibus: nec pater vester dimittet vobis pcā vestra. Cū aūt ieunatis: nolite fieri sicut ypocrite tristes. Exterminānt enī facies suas: ut pareant hominibus ieunantes. Amen dico vobis: quia receperunt mercedem suā. Tu autem cū ieunas unge caput tuū et faciē tuā laua: ne videaris hominibus ieunās sed patri tuo qui est in abscōso: et pater tuus qui videt in abscōso reddet tibi.

Nolite thesaurizare vobis thesauros in terrā: ubi erugo et tinea demolitur: et ubi fures effodiūt et furantē. Thesaurizate aūt vobis thesauros i celo: ubi nec erugo nec tinea demolitē: ⁊ ubi fures nō effodiūt nec furātur. Ubi ē thesaurꝰ tuꝰ: ibi ē ⁊ cor tuū. Lucerna corporis tui ē oculus tuꝰ. Si oculus tuꝰ fuerit simplex: totū corpꝰ tuū lucidū erit. Si aūt oculus tuus fuerit nequā: totū corpus tuū tenebrosum erit. Si ergo lumē qđ in te est tenebre sunt · ipe tenebre quāte erūt? Nemo potest duobus dīis seruire. Aut enim unū odio habebit ⁊ alterū diliget: aut unū sustinebit et alterū contemnet. Non potestis deo seruire et māmone. Ideo dico vobis:

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0377
powered by DWork • Heidelberg University Library

ne solliciti sitis anime vestre q̄d manducetis: neq; corpori vestro quid induamini. Nōne anima plus est q̄ esca: et corpus plus q̄ vestimentū? Respicite volatilia celi que nō serūt neq; metunt. neq; congregant in horrea: et pater vester celestis pascit illa. Nōne vos magis pluris estis illis? Quis autē vr̄m cogitans potest adicere ad staturam suā cubitū vnū? Et de vestimētis quid solliciti estis? Considerate lilia agri quomodo crescunt. Nō laborāt neq; nent. Dico aūt vobis: qm̄ nec salomō ī om̄i gloria sua coopert⁹ est sicut vnū existis. Si enim fenum agri qd̄ hodie est et cras in clibanum mittitur deus sic vescit: quāto magis vos minime fidei? Nolite ergo solliciti esse dicētes quid manducabimus aut quid bibem⁹: aut quo op̄iemur. Hec enim omnia gentes inquirunt. Scit enim pater vester quia hijs omnibus indigetis. Querite ergo primū regnū dei ⁊ iusticiā eius: ⁊ hec om̄ia adicient̄ vobis. Nolite ergo solliciti esse ī crastinū. Crastin⁹ enī dies sollicit⁹ erit sibi ip̄i. Sufficit diei malicia sua. vij

Nolite iudicare et nō iudicabimini: nolite cōdemnare et nō condemnabimini: in quo enī iudicio iudicaueritis iudicabimini: et in qua mensura mensi fueritis remetietur vobis. Quid aūt vides festucā in oculo fratris tui: et trabē in oculo tuo non vides? Aut quomodo dicis fratri tuo frater sine. eiciā festucā de oculo tuo: ⁊ ecce trabs ē in oculo tuo? Ypocrita eice primū trabem de oculo tuo: et tūc videbis eicere festucam de oculo fratris tui. Nolite dare sanctū canibus. neq; mittatis margaritas vr̄as ante porcos: ne forte cōculcēt eas pedibꝫ suis: ⁊ cōuersi dirumpant vos. Petite ⁊ dabitur vobis: querite et inuenietis: pulsate ⁊ aperietur vobis. Om̄is enī q̄ petit accipit: et qui querit inuenit: ⁊ pulsanti aperietur. Aut quis est ex vobis hmo quē si petierit filius suus panem: nūquid lapidem porriget ei? Aut si piscem petierit: nūquid serpentem porriget ei? Si ergo vos cum sitis mali nostis bona data dare filijs vestris: quanto magis pater vester qui in celis est dabit bona petentibꝫ se? Om̄ia ergo quecunq; vultis ut faciant vobis homines: et vos facite illis. Hec est enim lex et ꝓphete. Intrate ꝑ angustā portam: quia lata porta et spaciosa via est q̄ ducit ad ꝑditionem: et multi sunt qui intrāt ꝑ eam. Quā angusta porta et arta via est que ducit ad vitam: et pauci sunt qui inueniūt eam. Attendite a falsis ꝓphetis qui veniūt ad vos in vestimētis ouiū: intrinsecus sunt lupi rapaces. A fructibus eorū cognoscetis eos. Nunquid colligunt de spinis vuas: aut de tribulis ficus? Sic om̄is arbor bona fructus bonos facit: mala aūt arbor malos fructus facit. Non potest aūt arbor mala bonos fructus facere: neq; arbor bona malos fructus facere. Om̄is arbor q̄ nō facit fructum bonū excidetur: et in ignem mittetur. Igitur ex fructibꝫ eorꝫ cognoscetis eos. Non om̄is qui dicit michi dn̄e domine intrabit in regnū celorꝫ: sed qui facit volūtatem patris mei qui in celis ē: ip̄e intrabit ī regnū celorꝫ. Multi dicent michi in illa die domine dn̄e nōne ī nomine tuo prophetauimus et in noīe tuo demonia eiecimus. et in tuo noīe virtutes multas fecimus: et tunc confitebor illis q̄a nūquā noui vos. Discedite a me

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0378
powered by DWork • Heidelberg University Library

omnes q̄ operamini iniquitatē. Omnis
ergo qui audit verba mea hec. et facit
ea. assimilabit̄ viro sapiēti q̄ edifica-
uit domū suā sup petrā: et descendit
pluuia ⁊ venerūt flumina. et flauerūt
venti ⁊ irruerūt in domū illā: et non
cecidit. Fundata enim erat supra pe-
tram. Et omnis qui audit verba mea
hec. et nō facit ea. similis erit viro stul-
to qui edificauit domū suam supra
harenam: et descendit pluuia ⁊ vene-
runt flumina et flauerūt venti ⁊ irrue-
runt in domū illā. et cecidit: et fuit rui-
na eius magna. Et factū est cū cōsum-
masset ihesus verba hec: āmirabant̄
turbe sup doctrina eius. Erat enim
docens eos sicut potestatem habens:
et nō sicut scribe eorꝫ ⁊ pharisei. viii

Cum aūt descendisset de monte.
secute sunt eum turbe multe: et
ecce leprosus veniēs adorabat eū di-
cens. Dn̄e: si vis potes me mundare.
Et extendēs manū ihesus: tetigit eum
dicens. Volo. Mundare. Et cōfestim
mundata est lepra eius. Et ait illi ihe-
sus. Vide nemini dixeris: sed vade
ostende te sacerdoti: et offer mun⁹ tuū
qd̄ p̄cepit moyses in testimoniū illis.
Cum aūt introisset capharnaū acces-
sit ad eū centurio: rogans eū et dicēs
dn̄e: puer meus iacet in domo para-
liticus: et male torquetur. Et ait illi
ihesus. Ego veniā: ⁊ curabo eum. Et
respondens centurio ait. Dn̄e: non
sum dignus ut intres subtectū meū:
sed tantum dic verbo. ⁊ sanabitur pu-
er meus. Nam et ego homo sum sub
potestate constitutus habēs sub me
milites: ⁊ dico huic vade et vadit. et
alij veni et venit: et seruo meo fac hoc
et facit. Audiens aūt ihesus miratus
est: et sequentibꝫ se dixit. Amen dico
vobis: non inueni tantā fidem ī isra-
hel. Dico aūt vobis: q̄ multi ab ori-
ente et occidente venient ⁊ recumbent
cum abraham ⁊ ysaac et iacob. in re-
gno celorꝫ: filij aūt regni eicientur in te-
nebras exteriores. Ibi erit fletus et stri
dor dentiū. Et dixit ihesus centurioni.
Vade: et sicut credidisti fiat tibi. Et sa-
natus est puer ex illa hora. Et cū ve-
nisset ihesus ī domū petri vidit socrū
eius iacentem ⁊ febricitantē: et tetigit
manū eius et dimisit eā febris: ⁊ sur-
rexit et ministrabat ei. Vespere autem
facto. obtulerūt ei multos demonia
habentes: ⁊ eiciebat spiritus verbo. et
omnes male habentes curauit: ut ad-
impleret̄ qd̄ dictū est p ysaiam ꝓphetā
dicentem. Ipse infirmitates nostras
accepit: ⁊ egrotationes nr̄as portauit.
Videns aūt ihesus turbas multas
circū se: iussit discipulos ire trans fre-
tum. Et accedēs vnus scriba ait illi.
Magister: sequar te quocunqꝫ ieris.
Et dicit ei ihesus. Vulpes foueas ha-
bent et volucres celi nidos: filius aūt
hoīs nō habet vbi caput suū reclinet.
Ali⁹ aūt de discipulis ei⁹ ait illi. dn̄e:
p̄mitte me primū ire et sepelire patrem
meum. Ihesus aūt ait illi. Sequere
me: et dimitte mortuos sepelire mor-
tuos suos. Et ascendente eo in na-
uiculam secuti sunt eum discipuli ei⁹:
et ecce motus magnus factus est in
mari: ita ut nauicula operiretur flu-
ctibus. Ipse vero dormiebat. Et ac
cesserunt ad eum discipuli eius: et sus-
citauerūt eum dicentes. Domine. sal-
ua nos: perim⁹. Et dicit eis ihesus.
Quid timidi estis modice fidei? Tūc
surgens imperauit ventis ⁊ mari: et
facta est tranquillitas magna. Por-
ro homines mirati sūt dicētes. Qualis



Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0379
powered by DWork • Heidelberg University Library

est hic: quia venti ⁊ mare obediunt ei.
Et cum venisset ihesus trans fretum
ī regionē gerasenoꝝ. occurrerūt ei duo
habentes demonia de monumentis
exeuntes. seui nimis: ita ut nemo pos-
set transire ꝑ viam illā. Et ecce clama-
uerūt dicentes. Quid nobis et tibi ihe-
su fili dei? Venisti huc ante tempus
torquere nos. Erat aūt nō longe ab
illis grex porcoꝝ multoꝝ pascens. De-
mones aūt rogabāt eum dicētes. Si
eicis nos hic: mitte nos ī gregē porcoꝝ.
Et ait illis. Ite. At illi exeūtes abierūt
ī porcos. Et ecce magno impetu abijt
totus grex ꝑ p̄ceps in mare: ⁊ mortui
sunt in aquis. Pastores aūt fugerūt:
et venientes in ciuitatem. nūciauerūt
hec om̄ia: et de hijs qui demonia ha-
buerāt. Et ecce tota ciuitas exijt obuiā
ihesu: et viso eo. rogabant eum ut
transiret a finibus eorum. ix

Et ascendens ihesus in nauiculā
transfretauit: ⁊ venit in ciuitatē
suā. Et ecce offerebant ei paraliticum
iacentem in lecto. Et videns ihesus fi-
dem illoꝝ: dixit paralitico. Confide
fili. Remittunt̄ tibi peccata tua. Et ecce
quidā de scribis dixerūt intra se. Hic
blasphemat. Et cū vidisset ihesus co-
gitationes eoꝝ dixit. Ut quid cogita-
tis mala in cordibus vr̄is? Quid est
facilius dicere dimittunt̄ tibi peccata:
an dicere surge ⁊ ambula? Ut autē
sciatis quia filius hominis habet po-
testatem dimittendi peccata in terra:
tunc ait paralitico. Surge tolle lectū
tuū: ⁊ vade in domū tuā. Et surrexit:
et abijt in domum suam. Videntes
aūt turbe timuerūt: ⁊ glorificauerunt
deum qui dedit potestatem talē homi-
nibus. Et cum transiret inde ihesus:
vidit hominem sedentem in theloneo
matheum nomine. Et ait illi. Seque-
re me. Et surgens secutus est eum. Et
factum est discumbēte eo in domo: ecce
multi publicani ⁊ peccatores venien-
tes discumbebāt cum ihesu. ⁊ discipu-
lis eius. Et videntes pharisei dicebāt
discipulis eius. Quare cum publica-
nis ⁊ peccatoribus manducat magi-
ster vester? At ihesus audiens ait.
Non est opus valentibus medicus:
sed male habentibꝫ. Euntes autem
discite quid ē. misericordiā volo: ⁊ nō
sacrificiū. Non enī veni vocare iustos
sed peccatores. Tunc accesserunt ad eū
discipuli iohannis dicentes. Quare
nos et pharisei ieiunamus frequent̄:
discipuli aūt tui nō ieiunāt? Et ait il-
lis ihesus. Nūquid possunt filij spon-
si lugere q̄ diu cum illis est sponsus?
Venient aūt dies cum auferetur ab e-
is sponsus: ⁊ tunc ieiunabūt. Nemo
aūt immittit cōmissuram pāni rudis
in vestimentū vetus. Tollit enī pleni-
tudinē eius a vestimēto: et peior scissu-
ra fit. Neq; mittūt vinū nouū in vtres
veteres. Alioquin rumpunt̄ vtres: et
vinū effunditur: ⁊ vtres pereunt. Sed
vinū nouū in vtres nouos mittunt:
et ābo conseruātur. Hec illo loquēte
ad eos. ecce princeps vnus accessit et
adorabat eum dicens. Dn̄e: filia mea
michi defuncta est: sed veni impone
manū tuā sup̄ eā et viuet. Et surgēs
ihesus sequebatur eum: et discipuli e-
ius. Et ecce mulier que sanguinis flu-
xum patiebat̄ duodecim ānis accessit
retro: ⁊ tetigit fimbriā vestimenti eius.
Dicebat enī intra se. Si tetigero tan-
tum vestimentum eius salua ero. At
ihesus cōuersus: et videns eam dixit:
Confide filia. Fides tua te saluā fecit.
Et salua facta est mulier ex illa hora.

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0380
powered by DWork • Heidelberg University Library

Et cum venisset ihesus in domū prin-
cipis · et vidisset tibicines ⁊ turbam tu-
multuantem dicebat. Recedite: nō est
enim mortua puella · sed dormit. Et
deridebāt eum. Et cum eiecta esset tur-
ba intrauit: et tenuit manū eius ⁊ di-
xit. Puella surge. Et surrexit puella:
et exijt fama hec in vniuersam terram.
Et transeunte inde ihesu: secuti sūt eū
duo ceci clamātes ⁊ dicētes. Miserere
nostri fili dauid. Cum aūt venisset do-
mum · accesserunt ad eum ceci: et dicit
eis ihesus. Creditis quia hoc possum
facere vobis? Dicunt ei. Vtiq; domi-
ne. Tunc tetigit oculos eoꝝ dicēs. Se-
cundū fidem vr̄am fiat vobis. Et aper-
ti sunt oculi eoꝝ. Et cōminat⁹ ē eis ihe-
sus dicens. Videte ne quis sciat. Illi
aūt exeuntes diffamauerūt eum in to-
ta terra illa. Egressis aūt illis ecce ob-
tulerūt ei hominem mutū demonium
habentem: et eiecto demonio locutus
est mutus: et mirate sunt turbe dicen-
tes. Nunq̄ apparuit sic ī israhel. Pha-
risei aūt dicebāt. In principe demoni-
orum eicit demones. Et circuibat ihe-
sus om̄es ciuitates ⁊ castella: docens
in synagogis eoꝝ et p̄dicans euange-
lium regni: et curans omnē languo-
rem ⁊ omnē infirmitatem. Videns aūt
turbas misertus est eis: quia erāt ve-
xati et iacentes sicut oues non haben-
tes pastorem. Tunc dicit discipulis
suis. Messis quidē multa: operarij au-
tem pauci. Rogate ergo dn̄m messis:
ut mittat operarios ī messē suā. x.

Et cōuocatis duodecim discipulis
suis · dedit illis potestatem spiri-
tuum immūdoꝝ ut eicerent eos: et cu-
rarēt omnē languorē · et omnē infir-
mitatem. Duodecim aūt discipuloꝝ
nomina sunt hec. Primus simon q̄
dicitur petrus et andreas frater eius:
philippus ⁊ bartholome⁹ iacobꝫ zebe-
dei · et iohānes frater eius: thomas et
matheus publicanus: et iacobus al-
phei et thadeus · simon chananeus · ⁊
iudas scariothis: qui ⁊ tradidit eum.
Hos duodecim misit ihesus: p̄cipiēs
eis ⁊ dicens. In viam gentiū ne abie-
ritis: et in ciuitates samaritanoꝝ ne
intraueritis: sed potius ite ad oues q̄
perierūt domus israhel. Euntes autē
p̄dicate dicentes: quia appropinqua-
uit regnū celoꝝ. Infirmos curate · mor-
tuos suscitate · leprosos mūdate: de-
mones eicite: gratis accepistis · gra-
tis date. Nolite possidere auꝝ · neq; ar-
gentum: neq; pecuniā in zonis vestris.
Non peram in via: neq; duas tunicas ·
neq; calciamēta: neq; virgā. Dignus
enī ē operari⁹ cibo suo. In quācunq;
aūt ciuitatem aut castellū intraueritis ·
interrogate quis in ea dignus sit: et
ibi manete donec exeatis. Intrantes
autē in domū · salutate eam dicentes.
Pax huic domui. Et si quidem fuerit
domus digna · veniet pax vestra sup
eam: si aūt non fuerit digna: pax vr̄a
reuertetur ad vos. Et quicunq; nō re-
ceperit vos · neq; audierit sermones
vestros: exeuntes foras de domo uel
ciuitate excutite puluerem de pedibus
vestris. Amen dico vobis: tolerabili⁹
erit terre zodomoꝝ et gomorreoꝝ in
die iudicij q̄ illi ciuitati. Ecce ego mit-
to vos: sicut oues ī medio luporꝝ. Esto-
te ergo prudentes sicut serpentes: ⁊ sim-
plices sicut columbe. Cauete aūt ab
hominibus. Tradent enim vos ī con-
cilijs: et ī synagogis suis flagellabūt
vos: et ad p̄sides et ad reges ducemini
propter me · in testimoniū illis et gen-
tibus. Cum autem tradēt vos: nolite

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0381
powered by DWork • Heidelberg University Library

rogitare quomodo aut quid loquamini. Dabitur enim vobis in illa hora quid loquamini. Non enim vos estis qui loquimini: sed spiritus patris vestri qui loquitur in vobis. Tradet autem frater fratrem in mortem: et pater filium: et insurgent filii in parentes: et morte eos afficient: et eritis odio omnibus propter nomen meum. Qui autem perseuerauerit usque in finem: hic saluus erit. Cum autem persequentur vos in ciuitate ista: fugite in aliam. Amen dico vobis: non consummabitis ciuitates israhel: donec veniat filius hominis. Non est discipulus super magistrum: nec seruus super dominum suum. Sufficit discipulo ut sit sicut magister eius: et seruus sicut dominus eius. Si patremfamilias beelzebub vocauerunt: quanto magis domesticos eius? Ne ergo timueritis eos. Nichil enim est opertum quod non reuelabitur: et occultum quod non sciatur. Quod dico vobis in tenebris dicite in lumine: et quod in aure auditis predicate super tecta. Et nolite timere eos qui occidunt corpus: animam autem non possunt occidere: sed potius timete eum qui potest et animam et corpus perdere in gehennam. Nonne duo passeres asse veneunt? Et unus ex illis non cadet super terram sine patre vestro. Vestri autem et capilli capitis omnes numerati sunt. Nolite ergo timere: multis passeribus meliores estis vos. Omnis ergo qui confitebitur me coram hominibus: confitebor et ego eum coram patre meo qui in celis est. Qui autem negauerit me coram hominibus: negabo et ego coram patre meo qui in celis est. Nolite arbitrari quia venerim pacem mittere in terram. Non veni pacem mittere in terram sed gladium. Veni enim separare hominem aduersus patrem suum: et filiam aduersus matrem suam: et nurum aduersus socrum suam: et inimici hominis domestici eius. Qui amat patrem aut matrem plusquam me: non est me dignus. Et qui amat filium aut filiam super me: non est me dignus. Et qui non accipit crucem suam et sequitur me: non est me dignus. Qui inuenit animam suam perdet illam: et qui perdiderit animam suam propter me inueniet eam. Qui recipit vos me recipit: et qui me recipit recipit eum qui me misit. Qui recipit prophetam in nomine prophete: mercedem prophete accipiet. Et qui recipit iustum in nomine iusti: mercedem iusti accipiet. Et quicunque potum dederit uni ex minimis istis calicem aque frigide tantum in nomine discipuli: amen dico vobis: non perdet mercedem suam.

Et factum est cum consummasset ihesus parabolas duodecim discipulis suis: transiit inde ut doceret et predicaret in ciuitatibus eorum. Johannes autem cum audisset in vinculis opera christi: mittens duos de discipulis suis ait illi. Tu es qui venturus es an alium expectamus? Et respondens ihesus ait illis. Euntes renunciate iohanni que audistis et vidistis. Ceci vident: claudi ambulant: leprosi mundantur: surdi audiunt: mortui resurgunt: pauperes euangelizantur: et beatus est qui non fuerit scandalizatus in me. Illis autem abeuntibus: cepit ihesus dicere ad turbas de iohanne. Quid existis in desertum videre? Arundinem vento agitatam? Sed quid existis videre? Hominem mollibus vestitum? Ecce qui mollibus vestiuntur in domibus regum sunt. Sed quid existis videre? Prophetam? Etiam dico vobis: et plusquam propheta. Hic est enim de quo scriptum est. Ecce ego mitto angelum meum ante faciem tuam: qui preparabit viam tuam ante te. Amen

dico vobis: non surrexit inter natos
mulierum maior iohanne baptista. Qui
autem minor est in regno celorum maior
est illo. A diebus autem iohannis bapti-
ste usque nunc regnum celorum vim patitur:
et violenti rapiunt illud. Omnes enim
prophete et lex usque ad iohannem prophe-
tauerunt: et si vultis recipere. ipse est heli-
as qui venturus est. Qui habet aures
audiendi audiat. Cui autem similem
estimabo generationem istam? Similis est
pueris sedentibus in foro: qui clamantes
coequalibus dicunt. Cecinimus vo-
bis et non saltastis: lamentauimus
et non planxistis. Venit enim iohannes
neque manducans neque bibens: et dicunt
demonium habet. Venit filius hominis
manducans et bibens: et dicunt ecce ho-
mo vorax et potator vini publicanorum
et peccatorum amicus. Et iustificata est sa-
pientia a filijs suis. Tunc cepit expro-
brare ciuitatibus in quibus facte sunt
plurime virtutes eius: quia non egissent
penitentiam. Ve tibi corozaim. ve tibi
bethsaida: quia si in tyro et sydone
facte essent virtutes que facte sunt in vo-
bis: olim in cilicio et cinere penitentiam
egissent. Verumtamen dico vobis: tyro et
sydoni remissius erit in die iudicij quam
vobis. Et tu capharnaum. numquid usque
in celum exaltaberis? Usque in infernum
descendes. Quia si in sodomis facte
fuissent virtutes que facte sunt in te: for-
te mansissent usque in hanc diem. Verun-
tamen dico vobis: quia terre sodomo-
rum remissius erit in die iudicij quam tibi.
In illo tempore respondens ihesus di-
xit. Confitebor tibi pater domine celi et terre:
quia abscondisti hec a sapientibus et
prudentibus: et reuelasti ea paruulis.
Ita pater: quoniam sic fuit placitum ante
te. Omnia michi tradita sunt a patre
meo. Et nemo nouit filium nisi pater:
neque patrem quis nouit nisi filius: et cui
voluerit filius reuelare. Venite ad me
omnes qui laboratis et onerati estis: et
ego reficiam vos. Tollite iugum meum su-
per vos: et discite a me quia mitis sum
et humilis corde: et inuenietis requiem
animabus vestris. Iugum enim meum
suaue est: et onus meum leue. xii.

In illo tempore abijt ihesus per
sata sabbato: discipuli autem eius
esurientes ceperunt vellere spicas et man-
ducare. Pharisei autem videntes. dixe-
runt ei. Ecce discipuli tui faciunt: quod non
licet eis facere sabbatis. At ille dixit e-
is. Non legistis quid fecerit dauid quan-
do esurijt et qui cum eo erant. quomodo intra-
uit in domum dei. et panes propositio-
nis comedit. quos non licebat ei edere
neque hijs qui cum eo erant: nisi solis
sacerdotibus? Aut non legistis in lege.
quia sabbatis sacerdotes in templo sab-
batum violant: et sine crimine sunt? Dico
autem vobis: quia templo maior est
hic. Si autem sciretis quid est misericor-
diam volo et non sacrificium: nunquam
condemnasseris innocentes. Dominus
est enim filius hominis: etiam sabbati. Et
cum inde transisset: venit in synagogam eorum.
Et ecce homo manum habens aridam:
et interrogabant eum dicentes. Si licet
sabbatis curare? Ut accusarent eum.
Ipse autem dixit illis. Quis erit ex vobis
homo qui habeat ouem vnam? Et si
ceciderit hec sabbatis in foueam: nonne
tenebit et leuabit eam? Quanto magis
melior est homo oue. Itaque licet sabbatis
benefacere. Tunc ait homini. Extende
manum tuam. Et extendit: et restituta est
sanitati sicut altera. Exeuntes autem pha-
risei. consilium faciebant aduersus eum:
quomodo perderent eum. Ihesus autem sciens



Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0383
powered by DWork • Heidelberg University Library

recessit inde: et secuti sunt eum multi:
et curauit eos omnes. Et precepit eis ne
manifestum eum facerent: ut adimplere-
tur quod dictum est per ysaiam prophetam
dicentem. Ecce puer meus quem elegi:
dilectus meus in quo bene complacuit
anime mee. Ponam spiritum meum super
eum: et iudicium gentibus nunciabit.
Non contendet neque clamabit: neque
audiet aliquis in plateis vocem eius.
Arundinem quassatam non confringet.
et linum fumigans non extinguet: do-
nec eiciat ad victoriam iudicium: et in no-
mine eius gentes sperabunt. Tunc obla-
tus est ei demonium habens cecus et mutus:
et curauit eum ita ut loqueretur et vi-
deret. Et stupebant omnes turbe: et di-
cebant. Nunquid hic est filius dauid?
Pharisei autem audientes dixerunt. Hic
non eicit demones: nisi beelzebub prin-
cipe demoniorum. Ihesus autem sciens
cogitationes eorum dixit eis. Omne regnum
diuisum contra se desolabitur: et o-
mnis ciuitas uel domus diuisa con-
tra se non stabit. Et si sathanas satha-
nan eicit: aduersus se diuisus est. Quo-
modo ergo stabit regnum eius? Et si e-
go in beelzebub eicio demones: filij vestri
in quo eiciunt? Ideo ipsi iudices erunt
vestri. Si autem ego in spiritu dei eicio
demones: igitur peruenit in vos regnum
dei. Aut quomodo potest quisquam intra-
re in domum fortis et vasa eius diripe-
re: nisi prius alligauerit fortem? Et
tunc domum illius diripiet. Qui non est
mecum contra me est: et qui non congregat
mecum spargit? Ideo dico vobis: o-
mne peccatum et blasphemia remittetur
hominibus: spiritus autem blasphemie
non remittetur. Et quicunque dixerit ver-
bum contra filium hominis. remittetur ei:
qui autem dixerit contra spiritum sanctum

non remittetur ei: neque in hoc seculo.
neque in futuro. Aut facite arborem bo-
nam et fructum eius bonum: aut facite
arborem malam: et fructum eius malum.
Siquidem ex fructu. arbor agnoscitur.
Progenies viperarum: quomodo potestis
bona loqui cum sitis mali? Ex abun-
dantia enim cordis. os loquitur. Bonus
homo de bono thesauro profert bona:
et malus homo de malo thesauro pro-
fert mala. Dico autem vobis: quoniam o-
mne verbum ociosum quod locuti fuerint
homines: reddent rationem de eo in die
iudicij. Ex verbis enim tuis iustifica-
beris: et ex verbis tuis condemnaberis.
Tunc responderunt ei quidam de scribis
et pharisei dicentes. Magister: volumus
a te signum videre. Qui respondens ait
illis. Generatio mala et adultera si-
gnum querit: et signum non dabitur ei
nisi signum ione prophete. Sicut enim
fuit ionas in ventre ceci tribus diebus et
tribus noctibus: sic erit filius hominis
in corde terre tribus diebus et tribus no-
ctibus. Viri niniuite surgent in iudicio
cum generatione ista et condemnabunt
eam: quia penitentiam egerunt in predi-
tione ione. Et ecce plusquam iona hic.
Regina austri surget in iudicio cum ge-
neratione ista et condemnabit eam: quia
venit a finibus terre audire sapientiam
salomonis. Et ecce plusquam salomon
hic. Cum autem immundus spiritus
exierit ab homine ambulat per loca a-
rida. querens requiem et non inuenit.
Tunc dicit. Reuertar in domum meam
unde exiui. Et veniens inuenit eam vacan-
tem scopis mundatam et ornatam. Tunc
vadit et assumit septem alios spiritus
secum nequiores se. et intrantes habi-
tant ibi: et fiunt nouissima hominis
illius. peiora prioribus. Sic erit et

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0384
powered by DWork • Heidelberg University Library

generationi huic pessime. Adhuc eo loquente ad turbas: ecce mater eius & fratres stabāt foris · quærentes loqui ei. Dixit aūt ei quidā. Ecce mater tua et fratres tui foris stant · quærentes te. At ipse respondens dicenti sibi ait. Que est mater mea: & qui sunt fratres mei? Et extendens manū in discipulos suos dixit. Ecce mater mea et fratres mei. Quicunq; enim fecerit voluntatem patris mei · qui in celis est: ipse meus frater soror et mater est. In illo die exiens ihesus de domo sedebat secus mare · & cōgregate sunt ad eum turbe multe · ita ut in naviculā ascendens sederet: et omnis turba stabat in litore: et locutus est eis multa in parabolis dicens. Ecce exiit qui seminat seminare. Et dū seminat quedā ceciderūt secus viam: & venerūt volucres et comederūt ea. Alia autē ceciderūt in petrosa ubi non habebāt terram multam: & cōtinuo exorta sūt quia nō habebāt altitudinē terre. Sole autem orto estuauerūt · et quia non habebāt radicē aruerūt. Alia autem ceciderūt in spinas: et creuerunt spine et suffocauerūt ea. Alia autem ceciderunt i terrā bonā: et dabūt fructū · aliud cētesimū · aliud sexagesimū: aliud tricesimum. Qui habet aures audiendi audiat. Et accedentes discipuli dixerunt ei. Quare in parabolis loqueris eis? Qui respondēs ait illis. Quia vobis datum est nosse misteria regni celorum: illis aūt nō est datum. Qui enim habet dabitur ei et abundabit. Qui autē non habet: et qd̄ habet auferetur ab eo. Ideo i parabolis loquor eis · quia videntes non vident · & audientes non audiunt neq; intelligūt: et adimpletur in eis ysaie dicētis. Auditu audietis & non intelligetis: & videntes videbitis et non videbitis. Incrassatū est enim cor ppli hui? et auribus grauiter audierunt · et oculos suos clauserūt: nequādo videāt oculis & auribus audiāt · & corde intelligāt: et cōuertantur et sanē eos. Vestri autem beati oculi quia vident: et aures vestre quia audiunt. Amen quippe dico vobis: quia multi pphete et iusti cupierūt videre que videtis et non viderunt: et audire que auditis · et non audierūt. Vos ergo audite parabolā seminātis. Omnis qui audit verbum regni et non intelligit · venit malus & rapit qd̄ seminatū est in corde ei?: hic est qui secus viam seminatus est. Qui autem sup petrosa seminatus est: hic est qui verbū audit · et continuo cum gaudio accipit illud. Non habet aūt in se radicem: sed ē temporalis. Facta autem tribulatione et psecutōne pter verbū: cōtinuo scandalizabitur. Qui autem est seminatus in spinis: hic est qui verbum dei audit · et sollicitudo seculi istius et fallacia diuiciarū suffocat verbum: et sine fructu efficit. Qui vero in terrā bonā seminatus est: hic ē qui audit verbū et intelligit & fructum affert: et facit aliud quidem centesimum · et aliud autem sexagesimum · aliud vero tricesimū. Aliā parabolā proposuit illis dicens. Simile factū est regnū celorū homini q̄ seminauit bonū semen in agro suo. Cum aut̄ dormirent homines: venit inimicus eius et superseminauit zizania i medio tritici · et abiit. Cum aut̄ creuisset herba & fructum fecisset: tunc apparuerūt et zizania. Accedentes autem serui patrisfamilias · dixerūt ei. Domine · nōne bonum semen seminasti in agro tuo:

unde ergo habet zizania? Et ait illis. Inimicus homo hoc fecit. Servi aut dixerunt ei. Vis imus et colligimus eas? Et ait. Non. Ne forte colligentes zizania eradicetis simul et triticum. Sinite utraq; crescere usq; ad messem: et in tempore messis dicam messoribus. Colligite primum zizania: et alligate ea fasciculos ad comburendum: triticum autem congregate in horreum meum. Aliam parabolam proposuit eis dicens. Simile est regnum celoꝝ grano synapis: quod accipiens homo seminauit in agro suo: quod minimum quidem est omnibus seminibus. Cum autem creuerit maius est omnibus oleribus: et fit arbor ita ut volucres celi veniant et habitent in ramis eius. Aliam parabolam locutus est eis. Simile est regnum celoꝝ fermento: quod acceptum mulier abscondit in farine satis tribus: donec fermentatum est totum. Hec omnia locutus est ihesus in parabolis ad turbas: et sine parabolis non loquebat eis: ut impleretur quod dictum erat per pheram dicentem. Aperiam in parabolis os meum: eructuabo abscondita a constitutione mundi. Tunc dimissis turbis venit in domum: et accesserunt ad eum discipuli eius dicentes. Edissere nobis parabolam zizaniorum agri. Qui respondens ait. Qui seminat bonum semen: est filius hominis. Ager aut est mundus. Bonum vero semen. Hii sunt filii regni. Zizania aut filii sunt nequam. Inimicus aut qui seminauit ea: est diabolus. Messis vero consummatio seculi est. Messores autem angeli sunt. Sicut ergo colliguntur zizania et igni comburuntur: sic erit in consummatione seculi. Mittet filius hominis angelos suos: et colligent de regno eius omnia scandala: et eos qui faciunt iniquitatem: et mittent eos in caminum ignis: ibi erit fletus et stridor dentium. Tunc iusti fulgebunt sicut sol in regno patris eoꝝ. Qui habet aures audiendi audiat. Simile est regnum celoꝝ thesauro abscondito in agro: quem qui invenit homo abscondit: et pre gaudio illius vadit et vendit universa q̃ habet: et emit agrum illum. Iterum simile est regnum celoꝝ homini negotiatori: querenti bonas margaritas. Inventa aut una pretiosa margarita: abiit et vendidit omnia que habuit et emit eam. Iterum simile est regnum celoꝝ sagene misse in mare: et ex omni genere piscium congreganti. Quam cum impleta esset educentes et secus litus sedentes: elegerunt bonos in vasa: malos autem foras miserunt. Sic erit in consummatione seculi. Exibunt angeli: et separabunt malos de medio iustorum: et mittent eos in caminum ignis: ibi erit fletus et stridor dentium. Intellexistis hec omnia? Dicunt ei. Etiam. Ait illis. Ideo omnis scriba doctus in regno celoꝝ similis est homini patri familias: qui profert de thesauro suo nova et vetera. Et factum est cum consummasset ihesus parabolas istas: transiit inde. Et veniens in patriam suam docebat eos in synagogis eoꝝ: ita ut mirarentur et dicerent. Unde huic sapientia hec et virtutes? Nonne hic est fabri filius? Nonne mater eius dicitur maria et fres eius iacobus et ioseph: et simon et iudas: et sorores eius nonne omnes apud nos sunt? Unde ergo huic omnia ista? Et scandalizabantur in eo. Ihesus aut dixit eis. Non est propheta sine honore nisi in patria sua: et in domo sua. Et non fecit ibi virtutes multas: propter incredulitatem illoꝝ. fmt

In illo tempore audivit herodes tetrarcha famam ihesu: et ait

pueris suis. Hic ē iohānes baptista: ipse surrexit a mortuis: et ideo virtutes operantur in eo. Herodes enim tenuit iohānem et alligauit eum: et posuit ī carcerem ꝓpter herodiadē uxorem fratris sui. Dicebat enim illi iohannes. Non licet tibi habere eam. Et volens illum occidere timuit ꝓplm: quia sicut prophetā eum habebāt. Die aūt natalis herodis saltauit filia herodiadis in medio: et placuit herodi. Vnde cū iuramēto pollicit⁹ ē ei dare: q̄cunq; postulasset ab eo. At illa premonita a matre sua da michi inquit hic ī disco: caput iohānis baptiste. Et contristatus est rex: ꝓpter iuramētū autem ⁊ eos qui pariter recūbebant iussit dari. Misitq; et decollauit iohānem in carcere. Et allatū est caput eius ī disco: et datum est puelle: et illa attulit matri sue. Et accedentes discipuli eius tulerunt corpus et sepelierūt illud: et uenientes nunciauerūt ihesu. Quod cum audisset ihesus secessit inde in nauicula: in locū desertū seorsum. Et cum audissent turbe secute sunt eū pedestres de ciuitatibus. Et exiens uidit turbam multam: et misertus est eis: et curauit languidos eorū. Vespere autē facto: accesserūt ad eū discipuli eius dicentes. Desertus est locus: et hora iam ptercit dimitte turbas: ut euntes in castella emāt sibi escas. Ihesus autē dixit eis. Non habent necesse ire: date illis uos māducare. Responderūt ei. Non habemus hic nisi quinq; panes et duos pisces. Qui ait eis. Afferte michi illos huc. Et cum iussisset turbā discūbere sup fenū: acceptis quinq; panibs et duobus piscibs: aspiciens in celū benedixit et fregit: et dedit discipulis panes: discipuli aūt turbis. Et māducauerūt omnes: et saturati sunt. Et tulerūt reliquias duodecim cophinos fragmentoꝝ plenos. Mādducantiū autem fuit numerus quinq; milia uiroꝝ: exceptis mulieribus ⁊ paruulis. Et statim iussit discipulos ascendere in nauiculā: et precedere eum transfretū donec dimitteret turbas. Et dimissa turba ascendit in montem solus orare. Vespere autē facto solus erat ibi. Nauicula autem in medio mari iactabatur fluctibus. Erat enim contrarius uentus. Quarta aūt uigilia noctis: uenit ad eos ābulans sup mare. Et uidētes eū sup mare ābulantē: turbati sūt dicētes: q̄a fantasma est. Et p timore clamauerunt. Statimq; ihesus locutus est eis dicēs. Habete fiduciā: ego sum: nolite timere. Respondēs autem petrus dixit. Dne si tu es: iube me uenire ad te sup aquas. At ipe ait. Veni. Et descendēs petrus de nauicula ābulabat sup aquam ut ueniret ad ihesum. Videns uero uentū ualidū timuit. Et cum cepisset mergi: clamauit dicens. Dne saluū me fac. Et cōtinuo ihesus extendens manū apprehendit eum: et ait illi. Modice fidei quare dubitasti? Et cū ascendisset in nauiculā: cessauit uent⁹. Qui aūt ī nauicula erant: uenerūt et adorauerūt eum dicentes. Vere filius dei es. Et cū transfretassent: uenerūt ī terrā genesar. Et cum cognouissent eum uiri loci illius: miserūt in uniuersam regionem illā: ⁊ obtulerūt ei oēs male habētes: et rogabāt eū ut uel fimbriam uestimenti eius tangerent. Et quicunq; tetigerunt: salui facti sunt. xu

Tunc accesserūt ad eum ab iherosolimis scribe et pharisei dicētes. Quare discipuli tui transgrediuntur traditiones seniorū? Non enim lauāt



Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0387
powered by DWork • Heidelberg University Library

manus suas cum panem mãducãt.
Ipse autem respondẽs ait illis. Quare
et vos transgredimini mandatum dei
propter traditionẽ vestrã? Nam deus
dixit. Honora patrem et matrẽ. et qui
maledixerit patri uel matri. morte mo-
riatur. Vos autem dicitis. quicunq;
dixerit patri uel matri. munꝰ qđcunq;
est ex me tibi ꝓderit. et non honorifi-
cabit patrẽ suum aut matrem suam:
et irritum fecistis mãdatum dei ꝓpter
traditionẽ vestrã. Ypocrite: bene ꝓphe-
tauit de vobis ysaias dicens. Popu-
lus hic labijs me honorat: cor autẽ
eoꝝ lõge est a me. Sine causa autem
colũt me docentes doctrinas et mãda-
ta hominũ. Et conuocatis ad se tur-
bis. dixit eis. Audite et intelligite. Nõ
quod intrat in os coinquinat homi-
nem: sed qđ ꝓcedit ex ore hoc coinqui-
nat hominẽ. Tunc accedentes discipli
eius dixerũt ei. Scis quia pharisei au-
dito verbo hoc scandalizati sunt? At
ille respondẽs ait. Omnis plãtatio
quã non plãtauit pater meus celestis
eradicabitur. Sinite illos: ceci sunt. et
duces cecoꝝ. Cecus autem si ceco duca-
tum prestet: ambo ĩ foueã cadũt. Re-
spondẽs aũt petrus. dixit ei. Edissere
nobis parabolã istã. At ille dixit. Ad-
huc et vos sine intellectu estis? Non
intelligitis. quia omne qđ in os intrat
in ventrem vadit. ⁊ in secessum emitti-
tur? Que aũt ꝓcedunt de ore de corde
exeunt: et ea coinquinãt hominẽ. De
corde enim exeunt male cogitationes:
homicidia. adulteria. fornicatõnes. fur-
ta. falsa testimonia. blasphemie. Hec
sunt que coinquinant hominẽ. Nõ lo-
tis aũt manibꝫ manducare nõ coin-
quinat hominẽ. Et egressus inde. se-
cessit in partes tyri et sydonis. Et ecce
mulier chananea a finibꝫ illiꝰ egressa.
clamauit dicens ei. Miserere mei dñe
fili dauid: filia mea male a demonio
vexatur. Qui non respõdit ei verbum.
Et accedentes discipuli eius. rogabãt
eum dicentes. Dimitte eã: q̃a clamat
post nos. Ipse autẽ respondens ait.
Non sum missus. nisi ad oues q̃ peri-
erunt domus israhel. At illa venit. ⁊
adorauit eũ dicens. Domine adiuua
me. Qui respõdens ait. Nõ ẽ bonũ su-
mere panẽ filioꝝ: et mittere canibꝫ. At
illa dixit. Etiã dñe. Nã et catelli edũt
de micis. que cadũt de mensa domi-
noꝝ suoꝝ. Tunc respondens ihesus.
ait illi. O mulier magna est fides tua:
fiat tibi sicut vis. Et sanata est filia e-
ius ex illa hora. Et cum transisset inde
ihesus. venit secꝰ mare galilee: et ascen-
dens in mõtem sedebat ibi. Et accesse-
runt ad eum turbe multe. habentes se-
cum mutos. cecos. claudos. debiles. ⁊
alios multos: ⁊ ꝓiecerũt eos ad pedes
eius: et curauit eos. ita ut turbe mira-
rentur videntes mutos loquẽtes. clau-
dos ambulãtes. cecos videntes: ⁊ ma-
gnificabãt deum israhel. Ihesus aũt
cõuocatis discipulis suis dixit. Mise-
reor turbe: quia triduo iam ꝑseuerãt
mecum. et non habent qđ mãducent.
Et dimittere eos ieiunos nolo: ne de-
ficiãt in via. Et dicũt ei discipuli. Un-
de ergo nobis in deserto panes tãtos.
ut saturemꝰ turbam tantã? Et ait illis
ihesus. Quot panes habetis? At illi
dixerũt. Septẽ. Et paucos pisciculos.
Et p̃cepit turbe. ut discumberent super
terram. Et accipiens septem panes et
pisces. ⁊ gratias agens fregit et dedit
discipulis suis: et discipuli dederũt po-
pulo. Et comederũt omnes et saturati
sunt. Et qđ superfuit de fragmentis.

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0388
powered by DWork • Heidelberg University Library

tulerūt septem sportas plenas. Erāt
autē q̄ mādūcauerūt quatuor milia
hominū: extra paruulos et mulieres.
Et dimissa turba ascendit ī nauiculā:
et venit in fines magedan. xvi
Et accesserūt ad eum pharisei et sa-
ducei temptantes: et rogauerūt
eum ut signū de celo ostenderet eis. At
ille respondens. ait illis. Facto vespe-
re dicitis serenū erit: rubicundū est e-
nim celum. Et mane. hodie tempestas:
rutilat enim triste celum. Faciē ergo
celi diiudicare nostis: signa aūt tem-
porū nō potestis. Generatio mala ⁊
adultera signū querit: ⁊ signū nō da-
bitur ei nisi signū ione. Et relictis illis
abijt. Et cum venissent discipuli eius
trans fretū: obliti sunt panes accipere.
Qui dixit illis. Intuemini et cauete a
fermēto phariseoꝝ ⁊ saduceoꝝ. At illi
cogitabāt inter se dicentes. Quia pa-
nes non accepimus. Sciens autē ihe-
sus. dixit. Quid cogitatis inter vos
modice fidei: quia panes nō habetis?
Nondū intelligitis neq; recordamini
quinq; panū. ⁊ quinq; milia hominū:
et quot cophinos sumpsistis? Neq;
septem panū et quatuor milia homi-
num. et quot sportas sūpsistis? Qua-
re nō intelligitis quia nō de pane dixi
vobis: cauete a fermēto phariseoꝝ et
saduceoꝝ? Tunc intellexerūt quia nō
dixerit cauendū a fermēto panū: sed a
doctrina phariseoꝝ et saduceoꝝ. Ve-
nit aūt ihesus ī partes cesaree philip-
pi: et interrogabat discipulos suos di-
cens. Quē dicūt homines esse filiū ho-
minis? At illi dixerūt. Alij iohannē
baptistam. alij heliam. alij vero ihere-
miam: aut vnū ex ꝓphetis. Dicit illis
ihesus. Vos aūt quē me esse dicitis?
Respondēs simon petrus dixit. Tu es
cristus filius dei viui. Respondēs aūt
ihesus dixit ei. Beatus es simon bar-
iona: quia caro ⁊ sanguis nō reuela-
uit tibi: sed pater meus qui in celis est.
Ego dico tibi. quia tu es petrus ⁊ sup
hanc petrā edificabo ecclesiā meam: ⁊
porte inferi non p̄ualebūt aduersus e-
am. Et tibi dabo claues regni celorū.
Et q̄dcunq; ligaueris super terrā erit li-
gatum ⁊ in celis: et q̄dcunq; solueris
sup terrā erit solutū in celis. Tunc p̄ce-
pit discipulis suis ut nemini dicerent:
quia ip̄e esset ihesus cristus. Exinde
cepit ihesus ostendere discipulis suis.
quia oporteret eum ire iherosolimā. ⁊
multa pati a senioribꝫ ⁊ scribis ⁊ prin-
cipibus sacerdotum: et occidi et tercia
die resurgere. Et assumens eum pe-
trus. cepit increpare illum dicens. Ab-
sit a te domine: non erit tibi hoc.
Qui conuersus dixit. Vade post me
sathanas scandalum es michi: quia
non sapis ea que dei sunt. sed ea q̄ sūt
hominū. Tūc ihesus dixit discipulis
suis. Si quis vult post me venire ab-
neget semetipsum: et tollat crucem suā
et sequatur me. Qui enī voluerit ani-
mam suā saluam facere: ꝑdet eā. Qui
autem ꝑdiderit animā suā ꝓpter me:
inueniet eam. Quid enim ꝓdest homi-
ni si mūdū vniuersum lucret̄: anime
vero sue detrimentū patiat̄? Aut quā
dabit homo commutationē pro ani-
ma sua? Filius enim hoīs venturus
est in gloria patris sui cum angelis su-
is: ⁊ tunc reddet vnicuiq; secundū ope-
ra eius. Amē dico vobis: sunt quidā
de hic stantibus qui non gustabunt
mortem. donec videant filium ho-
minis venientē ī regno suo. xvii
Et post dies sex assumpsit ihesus
petrū et iacobum et iohannem



Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0389
powered by DWork • Heidelberg University Library

fratrē eius: et ducit illos in montem
excelsum seorsum: et transfiguratus ē
ante eos. Et resplenduit facies eius si-
cut sol: vestimenta aūt eius facta sunt
alba sicut nix. Et ecce apparuerūt illis
moyses ⁊ helias· cum eo loquētes. Re-
spondens aūt petrus· dixit ad ihesum.
Domine· bonū est nos hic esse: si vis
faciamus hic tria tabernacula: tibi
vnū· et moysi vnum· et helie vnū. Ad-
huc eo loquente: ecce nubes lucida ob-
umbrauit eos. Et ecce vox de nube di-
cens. Hic ē filius meus dilectus ī quo
michi bene complacui: ipm audite. Et
audientes discipuli ceciderūt in faciem
suā: et timuerūt valde. Et accessit ihe-
sus et tetigit eos: dixitq; eis. Surgite
et nolite timere. Leuātes autē oculos
suos· neminē viderūt: nisi solū ihesū.
Et descendentibus illis de monte: p̄ce-
pit ihesus dicens. Nemini dixeritis vi-
sionē: donec filius hominis a mortu-
is resurgat. Et interrogauerūt eū disci-
puli dicentes. Quid ergo scribe dicunt
q̄ heliā oporteat primū venire? At
ille respondens ait eis. Helias quidē
venturus est: ⁊ restituet omnia. Dico
autem vobis· quia helias iam venit·
⁊ non cognouerūt eum: sed fecerūt ī eo
quecunq; voluerunt. Sic et filius ho-
minis passur⁹ est ab eis. Tūc intellexe-
runt discipuli quia de iohāne bapti-
sta dixisset eis. Et cum venisset ad cur-
bam: accessit ad eum homo genibus
prouolut⁹ ante eū dicens. Domine
miserere filio meo quia lunaticus est:
et male patitur. Nam sepe cadit in i-
gnem: et crebro in aquā. Et obtuli eū
discipulis tuis: et non potuerūt curare
eum. Respōdens ihesus dixit. O gene-
ratio incredula ⁊ ꝑuersa· quousq; ero
vobiscū? Vsq; quo patiar vos? Afferte
huc illū ad me. Et increpauit illū ihe-
sus: et exijt ab eo demoniū· et curatus
est puer ex illa hora. Tunc accesserunt
discipuli ad ihesum secreto et dixerunt.
Quare nos nō potuim⁹ eicere illum?
Dicit illis. Propter incredulitatē ve-
stram. Amen quippe dico vobis: si ha-
bueritis fidem sicut granū sinapis· di-
ceris mōti huic transi hinc et trāsibit:
et nichil impossibile erit vobis. Hoc
autem genus non eicitur· nisi per ora-
tionē ⁊ ieiuniū. Cōuersantibꝫ aūt eis
in galilea· dixit illis ihesus. Filius ho-
minis tradendus est in manus homi-
num: et occident eū: et tercia die resur-
get. Et cōtristati sunt vehementer. Et
cum venissent capharnaū: accesserūt q̄
didragmā accipiebāt ad petrū· ⁊ dixe-
runt ei. Magister vester· non soluit di-
dragmā. Ait. Etiā. Et cum intrasset
in domū: p̄uenit eum ihesus dicens.
Quid tibi videtur simon? Reges terre
a quibꝫ accipiūt tributū vel censum:
a filijs suis an ab alienis? Et ille dixit.
Ab alienis. Dixit illi ihesus. Ergo li-
beri sūt filij. Vt autē nō scādalizemus
eos· vade ad mare et mitte hamum: et
cum piscem qui primus ascenderit tol-
le· et aperto ore eius inuenies staterē:
illū sumēs da eis ꝓ me et te. xviij

In illa hora accesserunt discipuli
ad ihesum· dicentes. Quisputas
maior est in regno celoꝝ? Et aduocās
ihesus paruulū: statuit eum in medio
eoꝝ· ⁊ dixit. Amē dico vobis: nisi con-
uersi fueritis ⁊ efficiamini sicut paruu-
li· non intrabitis in regnū celoꝝ. Qui-
cunq; ergo humiliauerit se sicut par-
uulus iste: hic est maior ī regno celoꝝ.
Et qui susceperit vnū paruulū talem
in nomine meo: me suscipit. Qui aūt
scandalizauerit vnū de pusillis istis

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0390
powered by DWork • Heidelberg University Library

qui in me credūt: expedit ei ut suspēda-
tur mola asinaria ī collo ei⁹: et dimer-
gatur in profundū maris. Ve mun-
do ab scandalis. Necesse est enim ut
veniāt scādala. Verūtamen ve homi-
ni ꝑ quem scandalū venit. Si autem
man⁹ tua uel pes tuus scandalizat te:
abscide eum ⁊ ꝓice abs te. Bonū tibi
est ad vitā ingredi debilē uel claudū:
q̄ꝫ duas manus uel duos pedes ha-
bentem mitti in ignem eternū. Et si o-
culus tu⁹ scādalizat te: erue eū et ꝓice
abs te. Bonū tibi est unū oclm̄ haben-
tem in vitā intrare: q̄ꝫ duos oculos
habentē mitti in iehennā ignis. Vide-
te ne condemnatis unū ex hijs pusil-
lis. Dico enim vobis: quia āgeli eoꝝ
in celis semper vident faciē patris mei
qui in celis ē. Venit enim filius hoīs
saluare qd̄ perierat. Quid vobis vide-
tur? Si fuerint alicui centū oues et er-
rauerit una ex eis: nōne relinquit no-
nagintanouē in mōtibꝫ ⁊ vadit que-
rere eā que errauit? Et si cōtigerit ut in-
ueniat eā: amē dico vobis. quia gau-
det sup eam magis q̄ꝫ sup nonagīta-
nouē que nō errauerūt. Sic nō est vo-
luntas ante patrē vestrū qui ī celis est:
ut pereat unus de pusillis istis. Si au-
tem peccauerit in te frater tuus: vade
et corripe eum inter te et ip̄m solū. Si
te audierit: lucrat⁹ eris fratrem tuum.
Si aūt non te audierit. adhibe tecum
adhuc unū uel duos: ut ī ore duoꝝ
uel triū testiū stet om̄e verbū. Qd̄ si nō
audierit eos: dic ecclesie. Si aūt ecclesi-
am non audierit: sit tibi sicut ethnic⁹
et publican⁹. Amen dico vobis: que-
cunqꝫ alligaueritis sup terram erūt li-
gata et in celo: et quecunqꝫ solueritis
sup terram erunt soluta et in celo. Ite-
rum dico vobis: quia si duo ex vobis
cōsenserint sup terrā de om̄i re quācun-
qꝫ pecierīt: fiet illis a patre meo qui ī ce-
lis ē. Vbi enim sunt duo uel tres con-
gregati in nomine meo: ibi sum ī me-
dio eoꝝ. Tunc accedens petrus ad eū
dixit. Domine. quotiens peccabit in
me frater meus: ⁊ dimittā ei usqꝫ septi-
es? Dicit illi ihesus. Nō dico tibi usqꝫ
septies: sed usqꝫ septuagies septies. Ide-
o assimilatum est regnū celoꝝ homini
regi: qui voluit rationē ponere cum
seruis suis. Et cū cepisset rationem po-
nere: oblatus est ei un⁹ qui debebat ei
decē milia talenta. Cum aūt non ha-
beret unde redderet: iussit eum domin⁹
eius venūdari. et uxorem eius ⁊ filios.
et omnia que habebat: et reddi. Proci-
dens aūt seruus ille. orabat eū dicens.
Patientiā habe in me: et om̄ia reddā
tibi. Misertus aūt domin⁹ serui illius.
dimisit eum: et debitū dimisit ei. Egres-
sus aūt seruus ille: inuenit unum de
conseruis suis. qui debebat ei centum
denarios: et tenens. suffocabat eū di-
cens. Redde qd̄ debes. Et ꝓcidēs con-
seruus eius. rogabat eum dicēs. Pati-
entiā habe in me: et omnia reddā tibi.
Ille aūt noluit: sed abijt et misit eum
in carcerē. donec redderet debitum. Vi-
dētes autē conserui eius que fiebant.
cōtristati sunt valde: ⁊ venerūt et nar-
rauerūt dn̄o suo om̄ia q̄ facta fuerāt.
Tūc vocauit illū domin⁹ suus: et ait
illi. Serue nequā: om̄e debitū dimisi
tibi. quoniā rogasti me. Nōne ergo
oportuit ⁊ te misereri cōserui tui. sicut
et ego tui misertus sum? Et iratus
dominus eius tradidit eum tortori-
bus: quo adusqꝫ redderet uniuersum
debitum. Sic et pater meus celestis
faciet vobis: si non remiseritis unus-
quisqꝫ fr̄i suo de cordibꝫ vr̄is. xix



Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0391
powered by DWork • Heidelberg University Library

Et factū est cū consummasset ihe-
sus sermones istos migrauit a
galilea: et venit in fines iudee trās ior-
danen. ⁊ secute sunt eū turbe multe: et
curauit eos ibi. Et accesserūt ad eum
pharisei temptantes eū ⁊ dicentes. Si
licet hominī dimittere uxorem suam
quacunq; ex causa? Qui respondens
ait eis. Non legistis quia qui fecit ho-
mines ab initio masculū et feminam
fecit eos? Et dixit. Propter hoc dimit-
tet homo patrē et matrē. et adherebit
uxori sue: et erūt duo i carne una. Ita
q; iā non sunt duo. sed una caro. Qđ
deus cōiunxit: homo nō separet. Di-
cunt illi. Quid ergo moyses manda-
uit dare libellum repudij ⁊ dimittere?
Ait illis. Quoniā moyses ad dimissi-
am cordis uestri permisit uobis dimit-
tere uxores uras: ab initio autē non
fuit sic. Dico autem uobis: quia qui-
cunq; dimiserit uxorē suā nisi ob for-
nicationē ⁊ aliā duxerit: mechatur. Et
qui dimissam duxerit mechatur. Di-
cunt ei discipuli eius. Si ita est causa
hominis cum uxore: non expedit nu-
bere. Qui dixit. Non omnes capiunt
uerbū istud: sed quibus datū ē. Sunt
enim eunuchi qui de matris utero ge-
nati sunt: et sunt eunuchi qui facti
sunt ab hominibz: et sunt eunuchi q̄
se ipos castrauerūt ꝓpter regnū celoz.
Qui potest capere capiat. Tunc obla-
ti sunt ei paruuli: ut manus eis impo-
neret et oraret. Discipuli aut̄ increpa-
bant eos. Ihesus uero ait eis. Sinite
paruulos. et nolite eos ꝓhibere ad me
uenire. talium est enim regnū celoz. Et
cum imposuisset eis manū: abiit inde.
Et ecce unus accedens ait illi. Magi-
ster bone: quid boni faciā ut habeam
uitam eternā? Qui dixit ei. Quid me
interrogas de bono? Unus est bonus
deus. Si autem uis ad uitā ingredi:
serua mādata. Dicit illi. Que? Ihesus
aut dixit. Non homicidiū facias. nō
adulterabis. non facies furtū. nō fal-
sum testimoniū dices: honora patrem
et matrem. diliges pximū tuū sicut te
ipsum. Dicit illi adolescens. Omnia
hec custodiui: quid adhuc michi dest?
Ait illi ihesus. Si uis perfectus esse. va-
de uende que habes et da pauperibz.
et habebis thesaurz in celo: ⁊ ueni sequi-
re me. Cum audisset aut̄ adolescens
uerbū: abiit tristis. Erat enim habēs
multas possessiones. Ihesus autem
dixit discipulis suis. Amen dico uo-
bis: quia diues difficile intrabit in re-
gnum celoz. Et iterū dico uobis. Fa-
cilius est camelū p foramen acꝰ trans-
ire: q̄z diuitem intrare in regnū celoz.
Auditis aut̄ hijs discipuli mirabantur
valde dicentes. Quis ergo poterit
saluus esse? Aspiciens aut̄ ihesus. di-
xit illis. Apud homines hoc impossi-
bile est: apud deum aut̄ omnia possi-
bilia sunt. Tunc respondens petrus.
dixit ei. Ecce nos reliquimꝰ omnia: et
secuti sumꝰ te. Quid ergo erit nobis?
Ihesus aut̄ dixit illis. Amen dico uo-
bis: q̄ uos qui secuti estis me in rege-
neratione cum sederit filius hominis
in sede maiestatis sue. sedebitis ⁊ uos
sup sedes duodecim. iudicātes duode-
cim tribus israhel. Et omnis qui reli-
quit domū uel fratres aut sorores. aut
patrem aut matrem aut uxorē aut fili-
os aut agros ꝓpter nomē meum: cen-
tuplū accipiet. ⁊ uitam eternā possidе-
bit. Multi autem erunt primi nouis-
simi: et nouissimi primi.

Simile est regnum celoz homini
patrifamilias: qui exijt primo

mane conducere operarios ī vineam
suā. Conuentione autē facta cū opera-
rijs ex denario diurno: misit eos ī vi-
neam suā. Et egressus circa horam ter-
tiam: vidit alios stantes ī foro otio-
sos. et illis dixit. Ite et vos ī vineam.
et qđ iustū fuerit dabo vobis. Illi au-
tem abierūt. Iterum autem exijt circa
sextā et nonā horam: et fecit similiter.
Circa undecimā vero exijt: et invenit
alios stantes. et dicit illis. Quid hic
statis tota die otiosi? Dicūt ei. Quia
nemo nos conduxit. Dicit illis. Ite et
vos ī vineā. Cū sero autem factū esset
dicit dñs vineę procuratori suo. Voca
operarios et redde illis mercedē: incī-
piens a nouissimis usq; ad primos.
Cū venissent ergo q̄ circa undecimam
horam venerant: acceperūt singulos
denarios. Venientes autem et primi
arbitrati sunt qđ plus essent accepturi:
acceperūt aūt et ipsi singulos denarios. Et accipientes murmurabant
aduersus patremfamilias dicētes. Hi
nouissimi una hora fecerūt: et pares
illos nobis fecisti qui portauimus
pondus diei et estus? At ille respon-
dens vni eorū dixit. Amice non facio
tibi iniuriā. Nōne ex denario cōuenisti
mecum? Tolle qđ tuū est et vade. Vo-
lo autem et huic nouissimo dare sicut
et tibi. Aut non licet mihi qđ volo
facere? An oculus tuus nequā est. qđ
ego bonus sum? Sic erūt nouissimi
primi: et primi nouissimi. Multi enī
sunt vocati: pauci vero electi. Et ascen-
dens ihesus ierosolimā: assumpsit
duodecim discipulos secreto. et ait il-
lis. Ecce ascendimus ierosolimā. et filius
hominis tradetur principibus sacer-
dotum et scribis: et cōdemnabūt eum
morte: et tradent eum gentibus ad
deludendū et flagellādū: et crucifigen
dum: et tertia die resurget. Tūc accessit
ad eū mater filiorū zebedei cū filijs suis:
adorās et petēs aliqđ ab eo. Qui dixit
ei. Quid vis? Ait illi. Dic ut sedeant
hij duo filij mei vnus ad dexterā tuā. et
unus ad sinistram in regno tuo. Re-
spondens autem ihesus dixit. Nescitis
quid petatis. Potestis bibere calicem
quē ego bibitur⁹ sum? Dicūt ei. Pos-
sumus. Ait illis. Calicem quidē meū
bibetis: sedere autem ad dexteram me-
am et sinistrā non est meum dare vo-
bis: sed quibus paratū est a patre meo.
Et audientes decem. indignati sunt
de duobus fratribus. Ihesus autem vo-
cauit eos ad se. et ait. Scitis qđ prin-
cipes gentiū dominātur eorū: et qui
maiores sunt potestatem exercent in
eos? Non ita erit inter vos. Sed qui-
cunq; voluerit inter vos maior fieri:
sit vester minister. Et qui voluerit in
vos primus esse: erit vester seruus. Si-
cut filius hominis nō venit ministra-
ri sed ministrare: et dare animā suam
redemptionem p multis. Et egredien-
tibus illis ab iericho: secuta est eū tur-
ba multa. Et ecce duo cęci sedentes se-
cus viam. audierūt quia ihesus transi-
ret: et clamauerūt dicentes. Domine:
miserere nostri. fili dauid. Turba autē
increpabat eos ut tacerent. At illi ma-
gis clamabāt dicentes. Dñe: miserere
nostri. fili dauid. Et stetit ihesus: et vo-
cauit eos et ait. Quid vultis ut faciā
vobis? Domine ut aperiantur oculi
nostri. Misertus autem eorū ihesus:
tetigit oculos eorum. Et confestim vi-
derunt: et secuti sunt eum. xxi.

Et cū appropinquassent ierosoli-
mis et venissent bethfage ad
montem oliueti: tunc ihesus misit



Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0393
powered by DWork • Heidelberg University Library

duos discipulos dicens eis. Ite in castellū qđ contra vos est: & statim invenietis asinā alligatā & pullū cum ea: solvite et adducite mihi. Et si quis vobis aliquid dixerit: dicite quia dominus his opus habet: & confestim dimittet eos. Hoc aūt factum est: ut adimpleret qđ dictū est per pphetam dicentem. Dicite filie syon: ecce rex tuus venit tibi māsuetus sedens sup asinā & pullū filiū subiugalis. Euntes autē discipuli fecerunt sicut precepit illis ihesus. Et adduxerūt asinam & pullum & imposuerūt sup eos vestimenta sua: & eum desup sedere fecerūt. Plurima autē turba straverunt vestimenta sua in via. Alii aūt cedebāt ramos de arboribus: & sternebant in via. Turbe aūt que precedebant et que sequebantur clamabant dicentes. Osanna filio dauid: benedictus qui venit in nōe dñi: osanna in altissimis. Et cū intrasset ihrosolimā: cōmota ē universa civitas dicens. Quis ē hic? Populi autē dicebāt. Hic ē ihesus pphēta a nazareth galilee. Et intravit ihesus in templum dei et eiiciebat omnes vendētes et ementes in templo: & mensas nūmulariorū et cathedras vendentiū columbas evertit: et dicit eis. Scriptū ē: domus mea domus orationis vocabit: vos autē fecistis illā speluncam latronum. Et accesserūt ad eū ceci et claudi in templo: & sanavit eos. Videntes autem principes sacerdotū et scribe mirabilia q̄ fecit: & pueros clamātes in templo et dicentes: osanna filio dauid: indignati sunt: & dixerūt ei. Audis quid isti dicūt? Ihesus autē dixit eis. Utiq;. Nunquā legistis qđ ex ore infantium & lactantium perfecisti laudem? Et relictis illis abiit foras extra civitatē in bethaniā: ibiq; māsit. Mane autem revertens in civitatē: esuriit. Et videns ficū arborē unam secus viam venit ad eam: & nichil invenit in ea nisi folia tantū: et ait illi. Nunquā ex te fructus nascatur in sempiternū. Et arefacta ē cōtinuo ficulnea. Et videntes discipuli: mirati sunt dicentes. Quomodo continuo aruit? Respondens autem ihesus. Ait eis. Amen dico vobis: si habueritis fidem & non hesitaveritis: non solū de ficulnea facietis: sed et si monti huic dixeritis tolle & iacta te in mare: fiet. Et oīa quecunq; petieritis in oratione credentes accipietis. Et cū venisset in templū: accesserūt ad eū docentem principes sacerdotū et seniores pūli dicentes. In qua potestate hec facis? Et quis tibi dedit hanc potestatē? Respondens ihesus: dixit eis. Interrogabo vos et ego unū sermonē: quē si dixeritis mihi & ego vobis dicam in qua potestate hec facio. Baptisma iohannis unde erat: e celo: an ex hominibus? At illi cogitabāt inter se dicentes. Si dixerimus e celo: dicet nobis. Quare ergo nō credidistis illi? Si autem dixerimus ex hominibus: timemus turbam. Omnes enī habebāt iohannem sicut pphetam. Et respondentes ihesu: dixerūt. Nescimus. Ait illis et ipse. Nec ego dico vobis in qua potestate hec facio. Quid aūt vobis videtur? Homo quidā habebat duos filios: et accedens ad primū dixit. Fili vade hodie operare in vineā meā. Ille autem respondens ait. Nolo. Postea aūt pēnitentia motus abiit. Accedēs autem ad alterū dixit similiter. At ille respondens ait. Eo dñe. Et non iit. Quis ex duobus fecit voluntatē patris? Dicunt. Primus. Dicit illis ihesus.

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0394
powered by DWork • Heidelberg University Library

Amen dico vobis: quia publicani et
meretrices p̄cedūt vos ī regno dei. Ve-
nit aūt ad vos iohānes ī via iustic̄ie:
et nō credidistis ei. Publicani autē et
meretrices crediderūt ei: vos aūt videntes
nec penitentiā habuistis postea · ut
crederetis ei. Aliā parabolam audite.
Homo erat paterfamilias qui plātauit
vineam: et sepem circumdedit ei · et
fodit ī ea torcular: ⁊ edificauit turrim ·
et locauit eā agricolis: et peregre pro-
fectus est. Cum aūt tempus fructuū
appropinquasset: misit seruos suos
ad agricolas ut acciperent fructus ei⁹.
Et agricole apprehensis seruis eius · alium
ceciderūt · aliū occiderūt: aliū vero
lapidauerūt. Iterū misit alios seruos
plures prioribus: ⁊ fecerūt illis simili-
ter. Nouissime autem misit ad eos fi-
lium suū dicens: verebūtur filiū meū.
Agricole aūt videntes filiū · dixerunt
intra se. Hic est heres: venite occidam⁹
eum · ⁊ habebim⁹ hereditatem eius. Et
apprehensum eum eiecerūt extra vine-
am · ⁊ occiderūt. Cum ergo venerit do-
minus vinee · quid faciet agricolis il-
lis? Aiūt illi. Malos male p̄det: ⁊ vi-
neam locabit aliis agricolis · qui red-
dant ei fructum temporibs suis. Dicit
illis ihesus. Numq̄ legistis in scriptu-
ris · lapidē quē reprobauerūt edifican-
tes · hic ē factus ī caput anguli? A do-
mino factum est istud: et est mirabile
in oculis nostris. Ideo dico vobis: q̄a
auferetur a vobis regnū dei · et dabit̄
genti facienti fructus eius. Et qui ceci-
derit sup lapidē istum cōfringetur: su-
per quē vero ceciderit · conteret eum. Et
cum audissent principes sacerdotū et
pharisei parabolas eius: cognouerūt
q̄ de ipsis diceret. Et querentes eū te-
nere timuerūt turbas: quoniam sicut
prophetā eū habebāt. Et respondēs
ihesus dixit iterū in parabolis eis di-
cens. Simile factum est regnū celorū
homini regi: q̄ fecit nuptias filio suo.
Et misit seruos suos vocare inuitatos
ad nuptias: et nolebāt venire. Iterū
misit alios seruos dicens. Dicite inui-
tatis. Ecce prandiū meū parauī · tauri
mei ⁊ altilia occisa · et omnia parata:
venite ad nuptias. Illi aūt neglexerūt:
et abierūt alius in villā suā · alius ve-
ro ad negociationē suā. Reliqui vero
tenuerūt seruos eius: ⁊ contumelia af-
fectos occiderūt. Rex autem cū audisset
iratus est: ⁊ missis exercitibs suis ꝑdi-
dit homicidas illos · et ciuitatē illo⁹
succendit. Tūc ait seruis suis. Nuptie
quidē parate sunt: sed qui inuitati erāt
non fuerūt digni. Ite ergo ad exitus
viarū: et quoscunq; inueneritis · vo-
cate ad nuptias. Et egressi serui eius
in vias congregauerūt omnes quos
inuenerūt malos ⁊ bonos: et impleta
sūt nuptie discūbentiū. Intrauit autē
rex ut videret discūbentes: et vidit ibi
hominē non vestitū veste nuptiali. Et
ait illi. Amice: quomō huc intrasti ·
non habēs vestem nuptialem? At il-
le obmutuit. Tunc dixit rex ministris.
Ligatis manibus et pedibus ei⁹ · mit-
tite eum in tenebras exteriores: ibi erit
fletus et stridor dentiū. Multi enim sūt
vocati: pauci vero electi. Tunc abeuntes
pharisei cōsiliū inierunt: ut caperent
eum in sermone. Et mittunt ei discipu-
los suos · cum herodianis dicentes.
Magister · scim⁹ quia verax es et viā
dei in veritate doces: et nō est tibi cura
de aliquo. Non enī respicis psonam
hominū. Dic ergo nobis: quid tibi vi-
detur. Licet censū dare cesari · aut nō?
Cognita autem ihesus nequitia eorū

Capitulū xxii

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0395
powered by DWork • Heidelberg University Library

ait. Quid me tēptatis ypocrite? Osten-
dite michi nummisma census. At il-
li obtulerūt ei denariū. Et ait illis ihe-
sus. Cui⁹ est ymago hec et suꝑscriptō?
Dicūt ei. Cesaris. Tunc ait illis. Red-
dite ergo que sunt cesaris cesari: et q̄
sūt dei deo. Et audiētes mirati sūt: et
relicto eo abierūt. In illo die accesserūt
ad eum sadducei qui dicūt nō esse re-
surrectionē: et interrogauerūt eū dicen-
tes. Magister: moyses dixit. Si quis
mortuus fuerit non habens filiū. ut
ducat frater eius uxorem illi⁹. et susci-
tet semen fratri suo. Erant autē apud
nos septem fratres. et primus uxore
ducta defunctus est: et non habens se-
men reliquit uxorē suā fratri suo. Si-
militer secundus et terci⁹: usq; ad septi-
mum. Nouissime autem omnium. et
mulier defuncta est. In resurrectione er-
go cuius erit de septem uxor? Omnes
enī habuerūt eā. Respondēs autem ihe-
sus. ait illis. Erratis nesciētes scriptu-
ras: neq; virtutem dei. In resurrectio-
ne enim neq; nubent. neq; nubentur:
sed sunt sicut angeli dei in celo. De re-
surrectione autē mortuoꝝ non legisti⁹
qd̄ dictū est a deo dicente vobis? Ego
sum deus abrahā: ⁊ deus ysaac. ⁊ de-
us iacob. Non est deus mortuoꝝ: sed
viuentiū. Et audientes turbe mirabā-
tur in doctrina eius. Pharisei autem
audientes qd̄ silentiū imposuisset sad-
duceis. conuenerūt in unū: et interro-
gauit eū un⁹ ex eis legisdoctor tēptās
eum. Magister. qd̄ est mandatū ma-
gnum ī lege? Ait illi ihesus. Diliges
dominū deū tuum ex toto corde tuo ⁊
in tota anima tua. et ī tota mente tua.
Hoc est maximū. et primū mandatū.
Secundū aūt simile est huic. Diliges
proximū tuū. sicut teipsum. In hijs
duobus mādatis. uniuersa lex pēdet
et ꝓphete. Congregatis aūt phariseis.
interrogauit eos ihesus dicens. Quid
vobis videtur de cristo cui⁹ filius est?
Dicunt ei. Dauid. Ait illis. Quomō
ergo dauid ī spiritu vocat eum dn̄m
dicens: dixit domin⁹ dn̄o meo. sede a
dextris meis. Donec ponā inimicos
tuos. scabellū pedū tuoꝝ? Si ergo da-
uid vocat eum dn̄m: quomō filius e-
ius est? Et nemo poterat respondere ei
verbū: neq; ausu⁹ fuit quisq̄ ex illa die
eū amplius interrogare. xxiii

Tunc ihesus locutus ē ad turbas.
et ad discipulos suos dicēs. Su-
per cathedram moysi. sederūt scribe et
pharisei. Omnia ergo quecunq; dixe-
rint vobis. seruate ⁊ facite. Secundū
opera vero eoꝝ nolite facere. Dicunt e-
nim. ⁊ nō faciūt. Alligāt autē onera
grauia ⁊ importabilia. et imponunt
in humeros hominū: digito aūt suo
nolunt ea mouere. Omnia vero opera
sua faciunt. ut videant̄ ab hominibus.
Dilatant enim philacteria sua: ⁊ ma-
gnificant fimbrias. Amant aūt pri-
mos recubitus in cenis. ⁊ primas ca-
thedras in synagogis et salutationes
in foro: et vocari ab hominibꝫ rabbi.
Vos autē nolite vocari rabbi. Unus
est enim magister vester: omnes autē
vos fr̄es estis. Et patrē nolite vocare
vobis super terrā: unus est enim pater
vester q̄ in celis ē. Nec vocemini magi-
stri: quia magister vester. un⁹ ē cristus.
Qui maior ē vr̄m. erit minister vester.
Qui autē se exaltauerit humiliabit̄:
et qui se humiliauerit exaltabitur. Ve
aūt vobis scribe ⁊ pharisei ypocrite: q̄a
clauditis regnū celoꝝ ante homines.
Vos enim nō intratis: nec introeun-
tes sinitis intrare. Ve vobis scribe et

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0396
powered by DWork • Heidelberg University Library

pharisei ypocrite qui comeditis domꝰ
viduarꝫ · orationes longas orantes:
propter hoc amplius accipietis iudiciū.
Ve vobis scribe ⁊ pharisei ypocrite: q̄a
circuitis mare et aridam · ut faciatis
vnū ꝓselitū: et cū fuerit factus · facitis
eū filiū iehenne duplo q̄ꝫ vos. Ve vo-
bis duces ceci · qui dicitis quicunqꝫ iu-
rauerit ꝑ templum nichil est: qui aūt
iurauerit ī auro templi debitor ē. Stul-
ti et ceci: q̄d enī maius ē · aurū an tem-
plum q̄d sāctificat aurꝫ? Et quicunqꝫ
iurauerit ī altari · nichil ē. Quicunqꝫ
aūt iurauerit ī dono q̄d est sup illud ·
debet. Ceci · quid enī maius ē · donū · an
altare quod significat donum? Qui
ergo iurat ī altari: iurat in eo · et ī omī-
bus que super illud sunt. Et quicunqꝫ
iurauerit in templo: iurat in illo ⁊ in
eo qui habitat in ipo. Et qui iurat in
celo: iurat ī throno dei · et in eo qui se-
det super eum. Ve autē vobis scribe et
pharisei ypocrite · qui decimatis men-
tam et anetū et cyminū: et reliquistis
que grauiora sunt legis · iudicium et
misericordiā et fidem. Hec oportuit fa-
cere · ⁊ illa nō omittere. Duces ceci exco-
lantes culicem: camelū aūt glutiētes.
Ve vobis scribe et pharisei ypocrite · q̄
mundatis q̄d de foris est calicis et pa-
rabsidis: intus aūt pleni estis rapina
et immundicia. Pharisee cece · mūda
prius q̄d intus ē calicis ⁊ parabsidis:
ut fiat et id q̄d de foris est mundum.
Ve vobis scribe et pharisei ypocrite ·
quia similes estis sepulcris dealba-
tis · que a foris parent hominibus
speciosa: intus vero plena sunt ossibꝫ
mortuorꝫ ⁊ omni spurcitia. Sic ⁊ vos
a foris quidem paretis hominibꝫ iu-
sti: intus aūt pleni estis ypocrisi et ini-
quitate. Ve vobis scribe et pharisei
ypocrite · qui edificatis sepulcra ꝓphe-
tarꝫ: et ornatis monumēta iustorꝫ · et
dicitis. Si fuissemus in diebus patrū
nostrorꝫ · nō essemus socij eorū in san-
guine ꝓphetarꝫ. Itaqꝫ testimonio estis
vobismetipsis · quia filij estis eorꝫ qui
prophetas occiderūt. Et vos implete
mensurā patrū vestrorū. Serpentes ⁊
genimina viperarꝫ · quomodo fugietis
a iudicio gehenne? Ideo dico vobis.
Ecce ego mitto ad vos ꝓphetas et sa-
pientes ⁊ scribas: ⁊ ex illis occidetis ⁊
crucifigetis · ⁊ ex eis flagellabitis in sy-
nagogis vestris: ⁊ ꝑsequimini de ciui-
tate in ciuitatem: ut veniat sup vos o-
mnis sanguis iustus qui effusus est
sup terrā. A sanguine abel iusti · usqꝫ
ad sanguinem zacharie filij barachie:
quē occidistis inter templum ⁊ altare.
Amen dico vobis · venient hec omīa
sup generationē istā. Iherusalē iheru-
salem · q̄ occidis ꝓphetas et lapidas
eos qui ad te missi sunt: quotiens vo-
lui cōgregare filios tuos quēadmodū
gallina cōgregat pullos suos sub a-
las · et noluisti. Ecce relinquetur vobis
domꝰ vr̄a deserta. Dico enī vobis: nō
me videbitis amodo donec dicatis. Be-
nedictꝰ q̄ venit ī noīe dn̄i. xxiiii

Et egressus ihesus de templo ibat.
Et accesserunt discipuli eius ut
ostenderēt ei edificatōnes templi. Ipe
aūt respondēs · dixit illis. Videtis hec
omnia? Amen dico vobis: non relin-
quetur hic lapis sup lapidem · qui nō
destruatur. Sedenti aūt eo sup mōtem
oliueti · accesserunt ad eum discipuli se-
creto dicentes. Dic nobis quādo hec
erunt: ⁊ q̄d signū aduentus tui · ⁊ con-
summationis seculi? Et respondens
ihesus dixit eis. Videte ne quis vos
seducat. Multi enim veniēt ī nomine

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0397
powered by DWork • Heidelberg University Library

meo dicentes. ego sum xristus: et multos seducent. Audituri enim estis prelia & opiniones plioꝝ: videte ne turbemini. Oportet enim hec fieri: sed nondum est finis. Consurget enim gens in gentem. & regnū in regnū: et erūt pestilentie et fames. et terre motus per loca. Hec aūt oīa. initia sunt dolorum. Tunc tradent vos in tribulatiōnem. et occident vos: et eritis odio omnibus gentibꝫ. ꝓpter nomē meū. Et tunc scandalizabūtur multi. et inuicem tradēt: et odio habebūt inuicē. Et multi pseudo ꝓphete surgent. et seducent multos: & quoniō abundabit iniquitas. refrigescet caritas multoꝝ. Qui aūt perseuerauerit usq; in finē hic saluus erit. Et p̄dicabitur hoc euangeliū regni i vniuerso orbe. in testimoniū omnibus gentibus: et tūc veniet consummatio. Cum ergo videritis abominationē desolationis. q̄ dicta ē a daniele ꝓphēta stantem i loco sancto: qui legit intelligat. Tūc qui in iudea sunt fugiant ad montes: & qui in tecto non descendāt tollere aliquid de domo sua: et qui in agro non reuertatur tollere tunicā suā. Ve aūt pregnātibus et nutrientibꝫ i illis diebꝫ. Orate aūt. ut nō fiat fuga vestra in hieme uel sabbato. Erit enim tunc tribulatio magna q̄lis nō fuit ab initio mundi usq; modo. neq; fiet. Et nisi breuiati fuissent dies illi. nō fieret salua oīs caro: sed ꝓpter electos breuiabūtur dies illi. Tunc si quis vobis dixerit. ecce hic est xristus aut ecce illic: nolite credere. Surgent enim pseudo xristi et pseudo prophete. et dabūt signa magna et ꝓdigia: ita ut in errorem inducant (si fieri potest) etiā electi. Ecce p̄dixi vobis. Si ergo dixerint vobis ecce in deserto est. nolite exire: ecce in penetrabilibus. nolite credere. Sicut enim fulgur exit ab oriente et paret usq; in occidentem: ita erit et aduentus filij hominis. Vbicunq; fuerit corp⁹: illuc cōgregabūtur et aquile. Statim aūt post tribulationem dieꝝ illoꝝ sol obscurabitur: et luna nō dabit lumen suū. et stelle cadent de celo. et virtutes celoꝝ cōmouebunt. et tunc parebit signū filij hominis in celo. Et tunc plangent omnes tribus terre: et videbūt filiū hominis venientem in nubibꝫ celi cum virtute multa et maiestate. Et mittet āgelos suos cū tuba et voce magna: & congregabunt electos eius a quatuor ventis. a sūmis celoꝝ usq; ad terminos eoꝝ. Ab arbore aūt fici discite parabolā: cū iam ramus eius tener fuerit et folia nata. scitis quia ꝓpe est estas. Ita et vos cum videritis hec omnia. scitote quia ꝓpe est in ianuis. Amen dico vobis: quia nō p̄teribit generatio hec donec oīa fiant. Celum et terra transibūt: verba vero mea non p̄teribūt. De die aūt illa & hora nemo scit. neq; āgeli celorū: nisi pater solus. Sicut aūt in diebus noe. ita erit et aduentus filij hominis. Sicut enim erāt in diebꝫ ante diluuiū comedentes & bibentes. nubentes et nuptui tradentes. usq; ad eum diē quo intrauit noe in archam: et nō cognouerūt donec venit diluuiū & tulit oīes: ita erit & aduentus filij hominis. Tunc duo erūt in agro: unus assumetur et unus relinquetur. Due molentes in mola: una assumetur et una relinquetur. Duo in lecto: unus assumetur et unus relinquetur. Vigilate ergo quia nescitis qua hora dominus vester venturus sit. Illud aūt scitote: quoniam si sciret paterfamilias qua hora fur

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0398
powered by DWork • Heidelberg University Library

venturus esset·vigilaret utiq; et non
sineret ꝑfodi domũ suã. Ideo et vos
estote parati: q̃a qua nescitis hora filiꝰ
hoĩs venturꝰ est. Quisputas est fide-
lis seruus et prudens·quẽ cõstituit do-
minus suus supra familiã suã: ut det
illis cibũ in tempore. Beatꝰ ille seruus:
quẽ cum venerit dñs eiꝰ inuenerit sic
facientem. Amẽ dico vobis: quoniã
sup omnia bona sua cõstituet eũ. Si
autẽ dixerit malus seruus ille in corde
suo·morã facit dominꝰ meus venire:
et ceperit ꝑcutere conseruos suos: man-
ducet aũt et bibat cũ ebriosis: veniet
dñs serui illius in die qua non sperat·
⁊ hora qua ignorat: ⁊ diuidet eũ·par-
temq; eius ponet cum ypocritis: illic
erit fletus et stridor dentium. xxv 24

Tunc simile erit regnũ celoꝝ decẽ
virginibꝫ: que accipientes lãpa-
des suas exierũt obuiã spõso et spon-
se. Quinq; autem ex eis erãt fatue: et
quinq; prudentes. Sed quinq; fatue
acceptis lampadibus: nõ sumpserũt
oleũ secũ. Prudentes vero acceperũt o-
leum in vasis suis cũ lampadibꝫ. Mo-
ram autẽ faciente sponso: dormitaue-
runt omnes ⁊ dormierũt. Media aũt
nocte clamor factus est: ecce sponsus
venit exite obuiã ei. Tunc surrexerunt
omnes virgines ille: ⁊ ornauerũt lam-
pades suas. Fatue aũt sapientibus
dixerunt. Date nobis de oleo vestro:
quia lampades nostre extinguuntur.
Responderũt prudentes dicentes. Ne
forte non sufficiat nobis ⁊ vobis: ite
potius ad vendentes et emite vobis.
Dum aũt irent emere venit sponsus:
⁊ que parate erant intrauerũt cum eo
ad nuptias: ⁊ clausa ẽ ianua. Nouis-
sime vero veniũt et relique virgines
dicentes. Domine dñe·aperi nobis.

At ille respondẽs ait. Amen dico vo-
bis: nescio vos. Vigilate itaq;: quia
nescitis diẽ neq; horam. Sicut enim
homo peregre ꝓficiscens vocauit seruos
suos: ⁊ tradidit illis bona sua. Et vni
dedit quinq; talenta·alij aũt duo·a-
lij vero vnũ: vnicuiq; scdam ꝓpriam
virtutem: et ꝓfectus est statim. Abijt
aũt qui quinq; talenta acceperat: et o-
peratꝰ est in eis et lucratus ẽ alia duo.
Similiter qui duo acceperat lucratus
est alia duo. Qui autẽ vnũ acceperat
abiens fodit in terrã: ⁊ abscondit pecu-
niam dñi sui. Post multũ vero tempo-
ris venit dñs seruoꝝ illorũ: et posuit
rationẽ cum eis. Et accedens q̃ quinq;
talenta acceperat: obtulit alia quinq;
talenta dicens. Domine quinq; talen-
ta tradidisti michi: ecce alia quinq; sup-
lucratus sum. Ait illi dñs eius: Euge
serue bone ⁊ fidelis: quia sup pauca fu-
isti fidelis·sup multa te cõstituã: intra
in gaudiũ dñi tui. Accessit autem et q̃
duo talenta acceperat·et ait. Dñe du-
o talẽta tradidisti michi: ecce alia du-
o lucratus sum. Ait illi dominus eiꝰ.
Euge serue bone et fidelis: quia super
pauca fuisti fidelis·sup multa te con-
stituã: intra in gaudiũ dñi tui. Acce-
dens aũt et qui vnũ talentũ acceperat
ait. Dñe scio quia homo durus es:
metis vbi nõ seminasti·et congregas
vbi nõ sparsisti: et timẽs abij et abscõ-
di talentũ tuũ in terra. Ecce habes qd̃
tuũ est. Respõdens aũt dominꝰ eiꝰ·di-
xit ei. Serue male et piger: sciebas q̃a
meto vbi nõ semino·et congrego vbi
nõ sparsi. Oportuit ergo te committe-
re pecuniã meã nũmularijs: et veniẽs
ego recepissem vtiq; qd̃ meũ est cũ vsu-
ra. Tollite itaq; ab eo talentũ: et date
ei qui habet decem talenta. Omni enĩ



Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0399
powered by DWork • Heidelberg University Library

habenti dabitur ⁊ abundabit: ei aũt
qui nõ habet: et qõ videtur habere au-
feretur ab eo: ⁊ inutilẽ seruũ eiicite in te-
nebras exteriores: illic erit fletus et stri-
dor dentiũ. Cum aũt venerit filius ho-
minis in maiestate sua et oẽs ãgeli
cum eo: tũc sedebit sup sedẽ maiestatis
sue: et cõgregabũtur ante eum oẽs
gentes: et separabit eos ab inuicem: si-
cut pastor segregat oues ab hedis. Et
statuet oues quidẽ a dextris suis: he-
dos autem a sinistris. Tunc dicet rex
his qui a dextris eius erunt. Venite
benedicti patris mei: possidete paratũ
vobis regnum a cõstitutione mundi.
Esurii enim: et dedistis michi man-
ducare. Sitiui et dedistis michi bibere.
Hospes eram: ⁊ collegistis me. Nud⁹
et operuistis me. Infirm⁹ et visitastis⁹
me. In carcere eram: ⁊ venistis ad me.
Tũc respondebũt ei iusti dicentes. Do-
mine: quãdo te vidimus esurientem
et pauim⁹: sitientem: et dedimus tibi
potum: Quãdo aũt te vidimus hos-
pitem ⁊ collegimus te: aut nudũ et co-
operuimus te: Aut quando te vidi-
mus infirmũ aut in carcere: ⁊ venim⁹
ad te: Et respõdens rex dicet illis. Amẽ
dico vobis: q̃diu fecistis uni de his
fratribz meis minimis: michi fecistis.
Tunc dicet et his qui a sinistris erũt:
discedite a me maledicti i ignẽ eternũ:
qui paratus est diabolo et angelis
eius. Esurii enim: et nõ dedistis mi-
chi manducare. Sitiui: et non dedistis⁹
michi potum. Hospes eram: et nõ col-
legistis me. Nudus: et non operuistis⁹
me. Infirmus et in carcere: et non visi-
tastis me. Tunc respondebũt ei et ipi
dicentes. Domine: quãdo te vidim⁹
esurientem aut sitientem: aut hospitẽ
aut nudũ: aut infirmũ aut in carcere:
et nõ ministrauim⁹ tibi: Tũc respõde-
bit illis dicẽs. Amẽ dico vobis: q̃diu
nõ fecistis uni de minoribz his nec
michi fecistis. Et ibũt hi in supplicium e-
ternũ: iusti aũt in vitã eternã. xxvi 26

Et factum est cum consummasset
ihesus sermones hos oẽs: di-
xit discipulis suis. Scitis quia post bi-
duũ pasca fiet: et filius hominis tradẽ
ut crucifigatur: Tunc congregati sũt
principes sacerdotũ: et seniores pli in
atriũ principis sacerdotũ: qui dicba-
tur cayphas: et cõsiliũ fecerũt ut ihesũ
dolo tenerent ⁊ occiderẽ. Dicebãt au-
tem. Non in die festo. Ne forte tumul-
tus fieret in pplo. Cum aũt esset ihesus
in bethania in domo simonis lepro-
si: accessit ad eum mulier habens ala-
bastrum unguenti pciosi: et effudit sup
caput ipsius recumbentis. Videntes
aũt discipuli: indignati sunt dicentes.
Ut quid pditio hec: Potuit enim istud
venundari multo: ⁊ dari pauperibus.
Sciẽs aũt ihesus ait illis. Quid mo-
lesti estis huic mulieri: Opus bonũ
operata est in me. Nam semp pauper
habetis vobiscũ: me aũt non semp
habetis. Mittẽs enim hec unguentũ hoc i
corp⁹ meum: ad sepeliendũ me fecit. Amẽ
dico vobis: ubicunq; pdicatum fuerit
hoc euangeliũ in toto mũdo: dicetur
et q̃ hec fecit i memoriã eius. Tũc ab-
iit unus de duodecim qui dicitur iu-
das scarioth: ad principes sacerdotũ:
et ait illis. Quid vultis michi dare: et
ego vobis eum tradã: At illi constitu-
erunt ei triginta argenteos. Et exinde
querebat opportunitatem ut eũ traderet.
Prima aũt die azimoꝝ accesserũt dis-
cipuli ad ihesum dicentes. Ubi vis pa-
remus tibi comedere pascha: At ihesus
dixit. Ite in ciuitatem ad quẽdam: et

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0400
powered by DWork • Heidelberg University Library

dicite ei. Magister dicit: tempus meū
prope est: apud te facio pascha cū discī-
pulis meis. Et fecerunt discipuli sicut
constituit illis ihesus: & parauerunt
pascha. Vespere aūt facto discumbebat
cū duodecim discipulis suis. Et edenti-
bus illis dixit. Amen dico vobis: qa
unus vestrū me traditurus est. Et con-
tristati valde ceperunt singuli dicere.
Numquid ego sum domine? At ipe
respondens ait. Qui intingit mecum
manū in parabside hic me tradet. Fi-
lius quidem hominis vadit sicut scrip-
tum est de illo: ve aūt homini illi p
quē filius hominis tradetur. Bonū
erat ei si natus non fuisset homo ille.
Respondens aūt iudas qui tradidit
eum dixit. Numquid ego sum rabbi?
Ait illi. Tu dixisti. Cenantibus autē eis
accepit ihesus panem et benedixit ac
fregit: deditq discipulis suis et ait. Ac-
cipite & comedite: hoc est corpus meū.
Et accipiens calicem gratias egit: et
dedit illis dicens. Bibite ex hoc oēs.
Hic est enim sanguis meus noui testa-
menti: qui p multis effundetur in re-
missionem peccatoz. Dico aūt vobis:
nō bibā amodo de hoc genimine vi-
tis usq in diem illū cum illud bibam
vobiscum nouū in regno patris mei.
Et ymno dicto exierūt in montem oli-
ueti. Tunc dicit illis ihesus. Omnes
vos scandalū patiemini in me in ista
nocte. Scriptū est enim. Percutiā pasto-
rem: et dispgentur oues gregis. Post-
q aūt resurrexero: precedā vos in gali-
leā. Respōdens aūt petrus ait illi. Et
si omnes scandalizati fuerint in te: ego
nunq scandalizabor. Ait illis ihesus.
Amen dico tibi: quia in hac nocte an-
teq gallus cātet ter me negabis. Ait
illi petrus. Etiā si oportuerit me mori
recum: non te negabo. Similiter et o-
mnes discipuli dixerūt. Tunc venit ihe-
sus cum illis in villam que dicitur
gethsemani. Et dixit discipulis suis.
Sedete hic: donec vadā illuc et orem.
Et assumpto petro & duobus filiis ze-
bedei: cepit cōtristari & mestus esse. Tūc
ait illis. Tristis est anima mea usq
ad mortem. Sustinete hic et vigilate
mecum. Et pgressus pusillū prostrā
faciem suā orans & dicens. Si pater:
si possibile est trāseat a me calix iste. Ve-
rumtamē nō sicut ego volo sed sicut
tu. Et venit ad discipulos suos et in-
uenit eos dormientes: et dicit petro. Sic
nō potuistis una hora vigilare mecū?
Vigilate et orate: ut non intretis in
temptationē. Spiritus quidē pmptus
est: caro aūt infirma. Iterū secūdo ab-
iit et orauit dicens. Pater mi si non
potest hic calix transire nisi bibam il-
lum: fiat voluntas tua. Et venit iterū:
et inuenit eos dormientes. Erant enī
oculi eoz grauati. Et relictis illis iterū
abiit et orauit tercio eundē sermonē di-
cens. Tūc venit ad discipulos suos et
dicit illis. Dormite iā et requiescite. Ec-
ce appropinquabit hora: et filius hoīs
tradetur in manus peccatoz. Surgi-
te eamus. Ecce appropinquabit q me
tradet. Adhuc ipo loquēte ecce iudas
unus de duodecim venit: & cum eo tur-
ba multa cū gladiis & fustibus missi
a principibus sacerdotū et senioribus
populi. Qui aūt tradidit eum dedit
illis signū dicens. Quēcunq osculatus
fuero ipe est: tenete eum. Et confestim
accedens ad ihesum dixit. Aue rabbi.
Et osculatus est eum. Dixitq illi ihe-
sus. Amice ad quid venisti? Tunc ac-
cesserūt et manus iniecerūt in ihesum:
et tenuerūt eum. Et ecce unus ex his

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0401
powered by DWork • Heidelberg University Library

qui erant cum ihesu· extendens manū
exemit gladiū suum: et percutiens seruū
principis sacerdotū amputauit auri-
culā eius. Tunc ait illi ihesus. Cōuerte
gladiū tuū in locū suum. Omnes enī
qui acceperint gladiū· gladio peribūt.
An putas quia non possum rogare
patrē meum: ⁊ exhibebit michi modo
plusq̄ duodecim legiones angelorū?
Quomō ergo implebūtur scripture?
Quia sic oportet fieri. In illa hora di-
xit ihesus turbis. Tanq̄ ad latronē
existis cum gladijs et fustibus cōpre-
hendere me. Quotidie apud vos sede-
bam docens in templo· ⁊ nō me tenui-
stis. Hoc aūt totū factū ē: ut impleren-
tur scripture ꝓphetarū. Tunc discipuli
om̄es relicto eo fugerūt. At illi tenētes
ihesum· duxerūt ad caiphan principē
sacerdotū: ubi scribe ⁊ seniores conue-
nerāt. Petrus aūt sequebat̄ eū a lōge:
usq; in atriū principis sacerdotū. Et
ingressus intro sedebat cū ministris· ut
videret finem. Principes aūt sacerdo-
tum et omne conciliū querebāt falsū
testimoniū contra ihesum· ut eū morti
traderent et nō inuenerūt: cum multi
falsi testes accessissent. Nouissime aūt
venerūt duo falsi testes· ⁊ dixerūt. Hic
dixit. Possum destruere templū dei: et
post triduū reedificare illud. Et surgēs
princeps sacerdotū ait illi. Nichil re-
spōdes ad ea q̄ isti aduersum te testifi-
cātur? Ihesus aūt tacebat. Et princeps
sacerdotū ait illi. Adiuro te ꝑ deū vi-
uum· ut dicas nobis si tu es cristus fi-
lius dei. Dicit illi ihesus. Tu dixisti.
Veruntamē dico vobis: amodo vide-
bitis filiū hominis sedentē a dextris
virtutis dei· ⁊ venientem in nubibus
celi. Tunc princeps sacerdotum scidit
vestimenta sua dicēs. Blasphemauit.
Quid adhuc egeamus testibus? Ecce nūc
audistis blasphemiā. Quid vobis vi-
detur? At illi respōdentes dixerūt. Re-
us est mortis. Tunc expuerunt in faciē
eius: ⁊ colaphis eum ceciderunt. Alij
aūt palmas in faciem ei dederūt dicen-
tes: ꝓpheriza nobis criste. Quis est q̄
te percussit? Petrus vero sedebat foris in
atrio: ⁊ accessit ad eū una ancilla di-
cens. Et tu cū ihesu galileo eras. At il-
le negauit corā omnibus dicēs: nesci-
o quid dicis. Exeunte aūt illo ianuā·
vidit eū alia ācilla: ⁊ ait hijs qui erāt
ibi. Et hic erat cum ihesu nazareno.
Et iterū negauit cum iuramēto: quia
nō noui hominē. Et post pusillū acces-
serunt qui stabant: et dixerūt petro. Ve-
re· et tu ex illis es. Nam ⁊ loquela tua
manifestū te facit. Tunc cepit detestari
et iurare: quia nō nouisset hominem.
Et continuo gallus cātauit. Et recor-
datus ē petrus verbi ihesu qd̄ dixerat: pri-
usq̄ gallus cātet· ter me negabis. Et e-
gressus foras· fleuit amare. xxvii 21

Mane aūt facto· consiliū inierunt
om̄es principes sacerdotū et se-
niores ꝓpsi aduersus ihesum: ut eum
morti traderent. Et vinctū adduxerūt
eum: et tradiderunt pontio pilato p̄si-
di. Tunc videns iudas qui eum tradi-
dit q̄ damnatus esset: penitentia ductus
retulit triginta argenteos principibus
sacerdotum et senioribus dicens. Pecca-
ui· tradens sanguinē iustū. At illi di-
xerunt. Quid ad nos? Tu videris. Et
proiectis argenteis in templo: recessit
et abiens laqueo se suspendit. Princi-
pes aūt sacerdotum acceptis argente-
is dixerunt. Non licet eos mittere in
carbonan: quia preciū sanguinis est.
Consilio aūt inito· emerunt ex illis a-
grum figuli in sepulturā peregrinorū:

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0402
powered by DWork • Heidelberg University Library

propter hoc vocatꝰ est ager ille achel-
demach: hoc est ager sanguinis · usq;
in hodiernū diem. Tūc impletū est qđ
dictū est ꝑ iheremiā ꝓphetam dicentē.
Et acceperūt triginta argenteos · p̄ciū
ap̄pciati quē ap̄pciauerūt a filijs isrl̄:
et dederūt eos in agrū figuli · sicut cōsti-
tuit michi dn̄s. Ihesus aūt stetit āte
p̄sidem: ⁊ interrogauit eum p̄ses dicēs.
Tu es rex iudeorꝫ? Dicit illi ihesus. Tu
dicis. Et cum accusaretur a principi-
bus sacerdotū et senioribus · nichil re-
spondit. Tunc dicit illi pilatus. Non
audis · quāta aduersum te dicūt testi-
monia? Et non respondit ei ad vllū
verbū: ita ut miraretur p̄ses vehemen-
ter. Per diē aūt solemnē consueuerat
preses dimittere ꝑplo vnū vinctū quē
voluisset. Habebat aūt tunc vinctum
insignē qui dicebat̄ barrabas. Con-
gregatis ergo illis dixit pilatus. Quē
vultis dimittā vobis: barraban an
ihesum qui dicitur cristus? Sciebat e-
nim q̄ per inuidiā tradidissent eum.
Sedente aūt illo pro tribunali: misit
ad eum vxor eius dicens. Nichil tibi
et iusto illi. Multa enim passa sum
hodie ꝑ visum ꝓpter eum. Principes
autē sacerdotum ⁊ seniores ꝑsuaserūt
ꝑplis ut peterent barraban: ihesum ve-
ro perderent. Respondens aūt p̄ses · a-
it illis. Quē vultis vobis de duobus
dimitti? At illi dixerūt · barraban. Di-
cit illis pilatus. Quid igitur faciā de
ihesu qui dicitur cristus? Dicūt om̄es.
Crucifigat̄. Ait illis p̄ses. Quid enim
mali fecit? At illi magis clamabant
dicētes. Crucifigat̄. Videns aūt pilatꝰ
quia nichil ꝓficeret sed magis tumul-
tus fieret: accepta aqua lauit manus
corā ꝑplo dicens. Innocens ego sum
a sanguine huius iusti: vos videritis.
Et respondens vniuersus ꝑplus dixit.
Sanguis eius sup̄ nos · et sup̄ filios
nostros. Tunc dimisit illis barraban:
ihesum aūt flagellatū tradidit eis ut
crucifigeretur. Tūc milites p̄sidis susci-
pientes ihesum in pretoriū · congrega-
uerūt ad eum vniuersam cohortem: ⁊
exuentes eum clamidē coccineā circun-
dederūt ei: et plectentes coronā de spinis
posuerūt sup̄ caput eius: et arundinē
in dextera eius: et genu flexo ante eū il-
ludebāt ei dicentes. Aue · rex iudeorū.
Et expuentes in eum: acceperūt arūdi-
nem et ꝑcutiebāt caput eius. Et post-
q̄ illuserūt ei exuerūt eum clamide · et
induerūt eū vestimentis eius: et duxe-
runt eū ut crucifigerent. Exeuntes aūt
inuenerūt hominē cyreneū nomine si-
monē. Hunc angariauerūt ut tolleret
crucem eius. Et venerūt in locū q̄ dicit̄
golgatha: qđ est caluarie locus. Et de-
deruut ei vinū bibere · cum felle mixtū.
Et cum gustasset · noluit bibere. Post-
q̄ autē crucifixerūt eum · diuiserūt vesti-
menta eius sortem mittentes: et seden-
tes seruabāt eum. Et imposuerūt sup̄
caput eius causam ipsius scriptā: hic
est rex iudeorꝫ. Tunc crucifixi sunt cum
eo duo latrones: vnꝰ a dextris · et vnꝰ
a sinistris. Pretereuntes aūt blasphe-
mabāt eum: mouentes capita sua et
dicentes. Vah qui destruis templū dei
⁊ in triduo illud reedificas. Salua te-
metipsum: si filius dei es descende de
cruce. Similiter et principes sacerdo-
tum illudentes cū scribis et senioribus
dicebāt. Alios saluos fecit: seipsum
non potest saluū facere. Si rex israhel
est descendat nūc de cruce: et credimꝰ ei.
Confidit in deo: liberet nunc eū si vult.
Dixit enim quia dei filiꝰ sum. Idip̄m
autem et latrones qui crucifixi erāt cū

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0403
powered by DWork • Heidelberg University Library

eo·improperabūt ei. A sexta aūt hora
tenebre facte sunt sup̄ uniuersam ter-
ram: usq; ad horam nonā. Et circa
horam nonā clamauit voce magna
dicēs. Heli·heli·lamazabattani. Hoc
est. Deus meus·deus meus: ut quid
dereliquisti me? Quidam autem illic
stantes ⁊ audientes·dicebāt. Heliam
vocat iste. Et cōtinuo currēs vn⁹ ex eis
acceptam spongiam impleuit aceto:
et imposuit arundini·et dabat ei bi-
bere. Ceteri vero dicebant. Sine·vide-
amus an veniat helias liberās eum.
Ihesus autem iterum clamans voce
magna emisit spiritum. Et ecce velū
templi scissum est in duas partes·a
summo usq; deorsum. Et terra mo-
ta est·et petre scisse sunt·et monumen-
ta aperta sunt: et multa corpora san-
ctorum qui dormierant surrexerūt. Et
exeuntes de monumentis post resur-
rectionem eius venerunt in sanctam
ciuitatem: ⁊ apparuerūt multis. Centu-
rio autem et qui cum eo erant custodi-
entes ihesum: viso terre motu ⁊ hijs q̄
fiebant·timuerūt valde dicentes. Ve-
re·filius dei erat iste. Erant ibi aūt mu-
lieres multe alonge·que secute erāt ihe-
sum a galilea ministrātes ei: inter q̄s
erat maria magdalene et maria iaco-
bi·et ioseph mater: ⁊ mater filiorū zebe-
dei. Cū aūt sero factū esset·venit quidā
homo diues ab arimathia noīe io-
seph: q̄ et ip̄e discipul⁹ erat ihesu. Hic
accessit ad pilatū·⁊ petijt corpus ihesu.
Tūc pilat⁹ iussit reddi corp⁹. Et acce-
pto corpore ioseph inuoluit illud in
syndone mūda: et posuit illud ī monu-
mento suo nouo·q̄d exciderat ī petra.
Et aduoluit saxū magnū ad ostium
monumēti et abijt. Erat aūt ibi mari-
a magdalene·et altera maria: sedētes
cōtra sepulcrū. Altera aūt die que est
post parasceuen: cōuenerūt principes
sacerdotū et pharisei ad pilatū dicētes.
Domine recordati sumus·quia sedu-
ctor ille dixit adhuc viuens·post tres
dies resurgam. Iube ergo custodiri se-
pulcrum usq; in diem tercium: ne for-
te veniant discipuli eius et furentur e-
um·⁊ dicant plebi surrexit a mortuis:
et erit nouissimus error peior priore.
Ait illis pilatus. Habetis custodiam:
ite custodite sicut scitis. Illi autem ab-
euntes·munierunt sepulcrum: signan-
tes lapidem cū custodibus. xxviii

Vespere aūt sabbati que lucescit in
prima sabbati: venit maria ma-
gdalene ⁊ altera maria videre sepulcrū.
Et ecce terre motus factus est magnus.
Angelus enim domini descendit de
celo: ⁊ accedens reuoluit lapidem: ⁊ se-
debat sup̄ eum. Erat autem aspectus e-
ius sicut fulgur: et vestimentum eius
sicut nix. Pre timore autem eius exter-
riti sunt custodes: et facti sunt velut
mortui. Respondens autem angelus·
dixit mulieribus. Nolite timere vos.
Scio enim q̄ ihesum qui crucifixus ē
queritis. Non est hic·surrexit enim·si-
cut dixit. Venite ⁊ videte locū: vbi posi-
tus erat dominus. Et cito euntes dici-
te discipulis eius q̄a surrexit: ⁊ ecce pre-
cedet vos in galileam. Ibi eū videbitis:
ecce p̄dixi vobis. Et exierūt cito de mo-
numēto cū timore ⁊ gaudio magno:
currentes nunciare discipulis ei⁹. Et
ecce ihesus occurrit illis dicens. Auete.
Ille aūt accesserunt ⁊ tenuerūt pedes e-
ius: ⁊ adorauerūt eum. Tunc ait illis
ihesus. Nolite timere·ite nunciate fra-
tribus meis ut eant in galileam: ibi
me videbūt. Que cum abissent: ecce
quidā de custodibus venerūt ī ciuitatē

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0404
powered by DWork • Heidelberg University Library

et nunciauerũt principibus sacerdotũ
omnia que facta fuerãt. Et cõgregati
cum senioribus consilio accepto· pecu-
niã copiosam dederũt militibꝫ dicẽtes.
Dicite quia discipuli eius nocte venę-
runt: et furati sunt eum nobis dormi-
entibus. Et si hoc auditũ fuerit a pre-
side: nos suademꝰ ei ⁊ securos vos
faciemus. At illi accepta pecunia· fece-
runt sicut erant edocti. Et diuulgatũ ẽ
verbũ istud apud iudeos· usqꝫ in ho-
diernũ diem. Undecim aũt discipuli
abierũt in galileam: in montem ubi
cõstituerat illis ihesus. Et videntes e-
um adorauerũt: quidã aũt dubita-
uerunt. Et accedens ihesus· locutus ẽ
eis dicens. Data est michi omnis po-
testas· in celo et in terra. Euntes ergo
docete omnes gentes: baptizantes e-
os in nomine patris et filij et spiritus
sancti: docentes eos seruare omnia
quecunqꝫ mandaui vobis. Et ecce e-
go vobiscum sum omnibus diebus·
usqꝫ ad consũmationem seculi.

Hic incipit prologus in libro
mam Ewangeliste ⁊ ⁊ ⁊·

Marcus euangelista
dei electus· et petri in
baptismate filiꝰ· atqꝫ
in diuino sermone
discipulus· sacerdotij in israel agens·
secundũ carnem leuita ad fidem cristi
cõuersus· euangeliũ in ytalia scripsit:
ostendens in eo quid et generi suo de-
beret ⁊ cristo. Nam initiũ principij in
uoce ꝓphetice exclamationis instituẽs
ordinem leuitice electionis ostendit:
ut ꝓdicans predestinatũ iohannem fi-
lium zacharie in uoce ãgeli ãnuncian-
tis emissum: nõ solũ verbũ carnem fa-
ctum sed et corpus domini in omnia
per verbũ diuine vocis animatum· in
initio euangelice predicationis osten-
deret: ut quis hec legens sciret cui ini-
cium carnis in domino: et ihesu ad-
uenienti habitaculum caro deberet a-
gnoscere: atqꝫ in se verbũ vocis qũ in
cõsonãtibꝫ ꝓdiderat inueniret. Denicꝫ
⁊ ꝓfectũ euangelij opꝰ intrãs ⁊ a bapti-
smo domini ꝓdicare deũ inchoãs nõ
laborauit naturitatem carnis quã in
prioribus viderat dicere: sed totius ex-
primens positionem deserti numerum
trium temptationẽ diaboli· cõgrega-
tionẽ bestiarũ· ⁊ ministeriũ ꝓtulit ãge-
lorũ: ut instituens nos ad intelligen-
dum singula· i breui cõpingens· nec
auctoritatẽ facte rei demeret· et ꝓficiẽdi
operis plenitudinẽ nõ negaret. Denicꝫ
amputasse sibi post fidẽ pollicẽ dicit·
ut sacerdotio reprobus haberetur: sed
tãtum cõsentiens fidei ꝓdestinata po-
tuit electio: ut nec sic in opere verbi pre-
deret qũ prius meruerat in genere. Ma
alleꝫandrie episcopus fuit. Cuius pr
singula opus fuit scire et euangelij in
se dicta disponere: ⁊ disciplinã legis i
se agnoscere: et diuinam in carne dñi
intelligere naturam. Que in nos pri-
mum requiri· dehinc inquisita volu-
mus agnosci habentes mercedẽ exhor-
tationis: quoniã qui plãtat et ꝙ rigat
unũ sunt: qui aũt incrementũ prestat
deus est.

Incipit liber mam Ewangeliste

Initiũ euangelij ihesu cristi filij dei: si-
cut scriptum est in ysaia ꝓpheta. Ecce
mitto angelũ meũ ante faciem tuam:
qui preparabit viã tuã ante te. Vox
clamãtis in deserto. Parate viã dñi:
rectas facite semitas eius. Fuit in de-
serto iohannes baptizans et ꝓdicans
baptismũ penitentie: in remissionem
peccatoꝝ. Et egrediebatur ad eũ omnis

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0405
powered by DWork • Heidelberg University Library

iudee regio et iherosolimite vniuersi et baptizantur ab illo in iordanis flumine confitentes peccata sua. Et erat iohannes vestitus pilis camelorum et zona pellicea circa lumbos eius: et locustas et mel silueste edebat: et predicabat dicens. Venit fortior me post me: cui non sum dignus procumbes soluere corrigiā calciamentoꝝ eius. Ego baptizaui vos aqua: ille vero baptizabit vos spiritu sancto. Et factum est in diebus illis: venit ihesus a nazareth galilee et baptizatus est a iohāne in iordane. Et statim ascendens de aqua: vidit celos apertos: et spiritū sanctum tanqꝫ columbā descendentem et manentem in ipo. Et vox facta est de celis. Tu es filius meus dilectus: in te complacui. Et statim spiritus eppulit eum in desertū. Et erat in deserto quadraginta diebus et quadraginta noctibus: et temptabat a sathana. Erat qꝫ cum bestijs: et angeli ministrabant ei. Postqꝫ autē traditus est iohannes: venit ihesus in galileā predicans euangelium regni dei et dicens. Quoniam implecum est tempus: et appropinquauit regnū dei. Penitemini: et credite euangelio. Et pcteriens secus mare galilee: vidit simonē et andream fratrem eius mittentes rete in mare. Erāt enī piscatores. Et dixit eis ihesus. Venite post me: et faciam vos fieri piscatores hominū. Et ptinus relictis retibus secuti sunt eum. Et pgressus inde pusillum vidit iacobū zebedei et iohannē fratrem eius et ipsos componentes rete in naui: et statim vocauit illos. Et relicto patre suo zebedeo in naui cum mercenarijs: secuti sunt eum. Et ingrediuntur capharnaū: et statim sabbatis ingressus in synagogā docebat eos. Et stupebāt sup doctrina ei⁹. Erat enim docens eos quasi potestatem habens: et non sicut scribe. Et erat in synagoga eoꝝ homo in spiritu immūdo: et exclamauit dicens. Quid nobis et tibi ihesu nazarene? Venisti perdere nos. Scio qui sis: sanctus dei. Et conminatus est ei ihesus dicens. Obmutesce: et exi de homine. Et discerpens eum spiritus immūdus: et exclamans voce magna: exijt ab eo. Et mirati sūt omnes: ita ut cōquirerēt inter se dicentes. Quid nam est hoc? Que nā doctrina hec noua? Quia in potestate spiritibus immūdis imperat: et obediūt ei. Et pcessit rumor ei⁹ statim in omnē regionē galilee. Et ptinus egredientes de synagoga: venerūt in domū simonis et andree cum iacobo et iohanne. Decumbebat autem socrus simonis febricitās: et statim dicūt ei de illa. Et accedens eleuauit eam apprehensa manu eius: et cōtinuo dimisit eā febris: et ministrabat eis. Vespere autem facto cum occidisset sol afferebāt ad eū omnes male habentes: et demonia habentes: et erat omnis ciuitas cōgregata ad ianuā. Et curauit multos qui vexabātur variis languoribus: et demonia multa eiciebat: et non sinebat ea loqui quoniā sciebant eū. Et diluculo valde surgens egressus abijt in desertū locum: ibiqꝫ orabat. Et prosecutus est eum simon: et qui cum illo erant. Et cum inuenissent eū dixerunt ei: quia omnes querūt te. Et ait illis. Eamus in pximos vicos et ciuitates: ut et ibi predicem. Ad hoc enim veni. Et erat predicans in synagogis eoꝝ et in omni galilea: et demonia eiciens. Et venit ad eum leprosus deprecans eū: et genu flexo dixit. Si vis potes me

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0406
powered by DWork • Heidelberg University Library

mundare. Ihesus aūt misertus eius extendit manū suā: et tangens eū ait illi. Volo. Mundare. Et cum dixisset statim discessit ab eo lepra: et mūdatus est. Et cōminatus est ei statimq; eiecit illū: ⁊ dicit ei. Vide nemini dixeris: sed vade ostende te principi sacerdotū: et offer pro emundatione tua. q̄ precepit moyses ī testimoniū illis. Et egressus cepit p̄dicare ⁊ diffamare sermonem: ita ut iam non posset manifeste introire in ciuitatē sed foris in desertis locis esse: et cōueniebāt ad eū undiq;. ¶

Et iterū intrauit capharnaū post dies: et auditū est q̄ in domo esset et conuenerūt multi ita ut non caperet neq; ad ianuā: ⁊ loquebatur eis verbū. Et venerūt ad eum ferentes paraliticū: qui a q̄tuor portabatur. Et cū non possent offerre eum illi pre turba nudauerūt tectum ubi erat: et patefacientes submiserūt grabatū in quo paraliticus iacebat. Cum aūt vidisset ihesus fidem illorū: ait paralitico. Fili dimittunt̄ tibi peccata tua. Erāt autem illic quidā de scribis sedentes: et cogitantes in cordibus suis. Quid hic sic loquitur? Blasphemat. Quis potest dimittere peccata: nisi solus deus? Quo statim cognito ihesus spiritu suo q̄a sic cogitarent intra se: dicit illis. Quid ista cogitatis ī cordibꝫ vestris? Quid est facilius dicere paralitico dimittuntur tibi peccata: an dicere surge tolle grabatū tuū et ambula? Ut aūt sciatis quia filius hominis habet potestatem in terra dimitendi peccata: ait paralitico. Tibi dico surge: tolle grabatū tuū: et vade in domū tuā. Et statim surrexit ille: ⁊ sublato grabato abijt inde corā hominibus ita ut mirarent̄ omnes et honorificarent deū dicentes: quia nunq̄ sic vidimus. Et egressus est rursus ad mare: omnisq; turba veniebat ad eum: ⁊ docebat eos. Et cum p̄teriret vidit leui alphei sedentem ad theloneum: et ait illi. Sequere me. Et surgens secutus est eum. Et factum est cum accumberet in domo illius: multi publicani ⁊ peccatores simul discumbebāt cum ihesu ⁊ discipulis eius. Erāt enim multi qui et sequebantur eū. Et scribe et pharisei videntes quia manducaret cū publicanis et peccatoribꝫ: dixerunt discipulis eius. Quare cum publicanis et peccatoribꝫ manducat et bibit magister vester? Hoc audito ihesus ait illis. Non necesse habēt sani medico: sed qui male habent. Nō enī veni vocare iustos: sed peccatores. Et erāt discipuli iohānis et pharisei ieiunantes: et veniunt ⁊ dicūt illi. Quare discipuli iohānis et phariseorū ieiunant: tui aūt discipli nō ieiunāt? Et ait illis ihesus. Nunq̄d possūt filij nuptiarū q̄diu sponsus est cū illis ieiunare? Quāto tempore habent secū sponsum non possunt ieiunare. Venient autem dies cum auferetur ab eis sponsus: et tunc ieiunabūt in illis diebus. Nemo assumentū panni rudis assuit vestimēto veteri. Alioquin aufert supplementū nouū a veteri: ⁊ maior scissura fit. Et nemo mittit vinū nouū in vtres veteres: alioquin dirumpet vinum vtres: ⁊ vinū effundetur: et vtres peribūt. Sed vinū nouū in vtres nouos mitti debet. Et factū ē iterū cū sabbatis ābularet p̄ sata: et discipuli eius ceperūt pregredi et vellere spicas. Pharisei aūt dicebāt ei. Ecce quid faciunt discipuli tui sabbatis: q̄d nō licet. Et ait illis. Nunq̄ legistis q̄d fecerit dauid quādo necessitatē habuit ⁊ esurijt

ipse ⁊ qui cū eo erāt: quomō introiuit
ī domū dei sub abiathar principe sa-
cerdotū et panes ꝓpositionis māduca-
uit q̄s nō licebat māducare nisi solis
sacerdotibꝫ et dedit eis et q̄ cū eo erāt?
Et dicebat eis. Sabbatū ꝓpter hominē
factū ē: et nō homo ꝓpter sabbatū. Ita-
qꝫ dn̄s ē filiꝰ hoīs etiā sabbati. iii.

Et introiuit iterū in sinagogam:
et erat ibi homo habens manū
aridā. Et obseruabāt eū si sabbatis
curaret: ut accusarēt illū. Et ait homi-
ni habenti manū aridā. Surge in me-
dium. Et dicit eis. Licet sabbatis bene-
facere an male: animā saluam facere
an ꝑdere? At illi tacebāt. Et circūspici-
ens illos cum ira: contristatus super
cecitatem cordis eoꝝ dicit homini. Ex-
tende manū tuā. Et extendit: et restitu-
ta est manus illi. Exeuntes autē pha-
risei statim cum herodianis conciliū
faciebāt aduersus eum: quomō eum
ꝑderent. Ihesus aūt cum discipulis
suis secessit ad mare: et multa turba
a galilea et iudea secuta est eum: ⁊ ab
iherosolimis ⁊ ab ydumea ⁊ trās ior-
danen et qui circa tyrum et sydonem.
multitudo magna audientes que fa-
ciebat venerūt ad eum. Et dixit ihesus
discipulis suis: ut in nauicula sibi de-
seruiret ꝓpter turbā ne comprimerent
eum. Multos enim sanabat: ita ut ir-
ruerent in eum ut illū tangerent quot-
quot habebāt plagas. Et spiritus im-
mundi cum illū videbant ꝓcidebant
ei: et clamabāt dicentes. Tu es filius
dei. Et vehementer cōminabat̄ eis: ne
manifestarent illum. Et ascendens in
mōtē vocauit ad se quos voluit ipe:
et venerūt ad eum. Et fecit ut essent du-
odecim cum illo: ⁊ ut mitteret eos pre-
dicare. Et dedit illis potestatē curādi
infirmitates: et eiciendi demonia. Et
imposuit simoni nomen petrus. Et
iacobū zebedei et iohānem fratrem ia-
cobi: ⁊ imposuit eis nomina boaner-
ges q̄d est filius tonitrui. Et andreā
et philippū ⁊ bartholomeū ⁊ matheū:
et thomam et iacobū alphei ⁊ thadeū
et simonē chananeū: ⁊ iudam scarioth
qui tradidit illū. Et veniūt ad domū.
Et cōuenit iterū turba: ita ut non pos-
sent neqꝫ panem māducare. Et cū au-
dissent sui: exierūt tenere eum. Dicebāt
enim: quoniā in furorem versus ē. Et
scribe qui ab iherosolimis descenderāt
dicebāt quoniā beelzebub habet: et q̄a
ī principe demonioꝝ eicit demonia. Et
conuocatis eis: in parabolis dicebat
illis. Quomō potest sathanas satha-
nam eicere? Et si regnū in se diuidat̄:
non potest regnū illud stare. Et si do-
mus sup̄ semetipsam dispertiatur: nō
potest domus illa stare. Et si satha-
nas cōsurrexerit in semetip̄m dispertitꝰ
est: ⁊ non poterit stare sed finem habet.
Nemo potest vasa fortis ingressus in
domū diripere nisi prius fortem alli-
get: et tunc domū eius diripiet. Amē
dico vobis: quoniā omnia dimitten-
tur filijs hominū peccata et blasphe-
mie quibus blasphemauerūt. Qui au-
tem blasphemauerit in spiritū sanctū
non habebit remissionē in eternū: sed
reus erit eterni delicti: qm̄ dicebāt spiri-
tum immūdum habet. Et veniūt ma-
ter eiꝰ et fratres: et foris stātes miserūt
ad eū vocantes eū. Et sedebat circa eū
turba: et dicunt ei. Ecce mater tua ⁊ fra-
tres tui foris querūt te. Et respondens
eis ait. Que est mater mea et fratres
mei? Et circūspiciēs eos qui ī circuitu
eiꝰ sedebant ait. Ecce mater mea et fr̄es
mei. Qui enī fecerit voluntatē dei: hic

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0408
powered by DWork • Heidelberg University Library

frater meus et soror mea et mater est. iiij

Et iterum cepit docere ad mare: et congregata est ad eum turba multa ita ut in navim ascendens sederet in mari: et omnis turba circa mare super terram erant: et docebat eos in parabolis multa: et dicebat illis in doctrina sua. Audite. Ecce exijt seminans ad seminandum. Et dum seminat: aliud cecidit circa viam et venerunt volucres celi et comederunt illud. Aliud vero cecidit super petrosa ubi non habuit terram multam: et statim exortum est quoniam non habebat altitudinem terre: et quando exortus est sol exestuavit et eo quod non habebat radicem exaruit. Et aliud cecidit in spinas: et ascenderunt spine et suffocaverunt illud: et fructum non dedit. Et aliud cecidit in terram bonam et dabat fructum ascendentem et crescentem: et afferebat unum triginta et unum sexaginta: et unum centum. Et dicebat. Qui habet aures audiendi audiat. Et cum esset singularis: interrogaverunt eum hij qui cum eo erant duodecim parabolam. Et dicebat eis. Vobis datum est nosse misterium regni dei: illis autem qui foris sunt in parabolis omnia fiunt. ut videntes videant et non videant. et audientes audiant et non intelligant: ne quando convertantur et dimittantur eis peccata. Et ait illis. Nescitis parabolam hanc? Et quomodo omnes parabolas cognoscetis? Qui seminat. verbum seminat. Hij autem sunt qui circa viam ubi seminatur verbum: et cum audierint confestim venit sathanas et aufert quod seminatum est in corde eorum. Et hij sunt similiter qui supra petram seminantur: qui cum audierint verbum statim cum gaudio accipiunt illud et non habent radicem in se sed temperales sunt: deinde orta tribulatione et persecutione propter verbum confestim scandalizantur. Et alij sunt qui in spinis seminantur. Hij sunt qui verbum audiunt: et erumne seculi et deceptio divitiarum et circa reliqua concupiscentie introeuntes suffocant verbum: et sine fructu efficitur. Et hij sunt qui super terram bonam seminati sunt: qui audiunt verbum et suscipiunt: et fructificant unum triginta unum sexaginta et unum centum. Et dicebat illis. Numquid venit lucerna ut sub modio ponatur aut sub lectos? Nonne ut super candelabrum ponatur? Non est enim aliquid absconditum quod non manifestetur: nec factum est occultum quod non veniat in palam. Si quis habet aures audiendi audiat. Et dicebat illis. Videte quid audiatis. In qua mensura mensi fueritis remetietur vobis. Qui enim habet dabitur illi: et qui non habet: etiam quod habet auferetur ab eo. Et dicebat. Sic est regnum dei: quemadmodum si homo iaceat sementem in terram et dormiat: et exsurgat nocte et die et semen germinet et increscat dum nescit ille. Ultro enim terra fructificat: primum herbam deinde spicam: deinde plenum frumentum in spica. Et cum se produxerit fructus statim mittit falcem: quoniam adest messis. Et dicebat. Cui assimulabimus regnum dei: aut cui parabole comparabimus illud? Sicut granum synapis quod cum seminatum fuerit in terra minus est omnibus seminibus que sunt in terra: et cum natum fuerit ascendit in arborem. et fit maius omnibus oleribus: et facit ramos magnos ita ut possint sub umbra eius aves celi habitare. Et talibus multis parabolis loquebatur eis verbum prout poterant audire: sine parabola autem non loquebatur eis. Seorsum autem discipulis disserebat omnia. Et ait illis in illa die cum sero esset factum. Transeamus

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0409
powered by DWork • Heidelberg University Library

cōtra. Et dimittentes turbā assumūt
eum ita ut erat in naui: et alie naues
erant cum illo. Et facta est ꝓcella ma-
gna venti: et fluctꝰ mittebat ī nauim:
ita ut impleretur nauis. Et erat ipse
in puppi super ceruical dormiens: et ex-
citant eum et dicūt illi. Magister: nō
ad te ꝑtinet quia perimus? Et exsur-
gens cōminatus est vento: ⁊ dixit ma-
ri. Tace: obmutesce. Et cessauit ventus:
et facta est tranquillitas magna. Et
ait illis. Quid timidi estis? Necdū ha-
betis fidē. Et timuerūt timore magno:
et dicebāt ad alterutrū. Quis putas est
iste: q̄a ventꝰ et mare obediūt ei. v

Et venerūt trans fretū maris ī re-
gionē gerasenoꝝ. Et exeunti ei de
naui statī occurrit de monumētis ho-
mo in spiritu immūdo: qui domiciliū
habebat in monumentis. Et neq; ca-
thenis iam quisq̄ poterat eum ligare:
quoniā sepe compedibus ⁊ cathenis
vinctus dirupisset cathenas ⁊ cōpedes
cōminuisset: et nemo poterat eū doma-
re. Et semꝑ die ac nocte in monumen-
tis et in montibꝫ erat clamās: et con-
cidens se lapidibus. Videns aūt ihe-
sum a longe cucurrit ⁊ adorauit eum:
et clamans voce magna dixit. Quid
michi et tibi ihesu fili dei altissimi? Ad-
iuro te ꝑ deū ne me torqueas. Dicebat
enim illi. Exi spiritus immūde ab ho-
mine isto. Et interrogabat eū. Quod
tibi nomē est? Et dicit ei. Legio michi
nomē est: quia multi sumꝰ. Et depca-
batur eum multū: ne se expelleret extra
regionē. Erat aūt ibi circa montē grex
porcoꝝ magnus pascens in agris: et
depcabant̄ eum spiritus dicētes. Mitte
nos ī porcos: ut ī eos ītroeamꝰ. Et con-
cessit eis statī ihesus. Et exeūtes spiritꝰ
immūdi introierūt ī porcos: ⁊ magno
impetu grex ꝑcipitatus est in mari ad
duo milia: et suffocati sunt in mari.
Qui aūt pascebāt eos fugerūt: et nun-
ciauerūt in ciuitatem ⁊ in agros. Et e-
gressi sunt videre quid esset facti: ⁊ vene-
runt ad ihesum: et vident illū qui a de-
monio vexabatur sedentem vestitum
et sane mentis. et timuerūt. Et narra-
uerūt illis qui viderāt qualiter factum
esset ei qui demoniū habuerat: ⁊ de por-
cis. Et rogare ceperūt eum: ut disce-
deret de finibus eoꝝ. Cunq; ascenderet
nauim: cepit illū depcari qui a demo-
nio vexatus fuerat ut esset cum illo et
non admisit eum: sed ait illi. Vade in
domū tuam ad tuos: ⁊ ānuncia illis
quāta tibi dn̄s fecerit: et misertus sit
tui. Et abijt ⁊ cepit ꝑdicare in decapoli.
quāta sibi fecisset ihesus: ⁊ omnes mi-
rabātur. Et cum ascendisset ihesus in
nauim rursum trans fretū conuenit
turba multa ad eum: ⁊ erat circa ma-
re. Et venit quidā de archisinagogis
nomine iayrus: ⁊ videns eum ꝓcidit
ad pedes eius: ⁊ depcabatur eū multū
dicens. quoniā filia mea in extremis ē.
Veni impone manū tuā sup̄ eam: ut
salua sit ⁊ viuat. Et abijt cū illo: et se-
quebatur eum turba multa: ⁊ cōprime-
bant eū. Et mulier q̄ erat in ꝓfluuio
sanguinis annis duodecim ⁊ fuerat
multa ꝑpessa a cōpluribus medicis:
et erogauerat omnia sua. nec quicq̄
profecerat: sed magis deterius habebat.
Cum audisset de ihesu venit in turba
retro: ⁊ tetigit vestimentū eiꝰ. Dicebat
enim: quia si uel vestimentū eius teti-
gero salua ero. Et confestim siccatus
ē fons sanguinis eiꝰ: et sensit corpore.
q̄a sanata esset a plaga. Et statī ihe-
sus in semetipso cognoscens virtutē
que exierat de illo: cōuersus ad turbā

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0410
powered by DWork • Heidelberg University Library

aiebat. Quis tetigit vestimenta mea? Et dicebant ei discipuli sui. Vides turbam comprimentem te: et dicis quis me tetigit? Et circumspiciebat videre eā que hoc fecerat. Mulier vero timens et tremēs sciens quid factū esset in se: venit et procidit ante eum et dixit ei omnem veritatem. Ille aūt dixit ei. Filia fides tua te saluā fecit: vade in pace: et esto sana a plaga tua. Adhuc eo loquente veniūt nūcij ad archisynagogū dicentes: quia filia tua mortua ē. Quid ultra vexas magistrū? Ihesus aūt audito verbo qđ dicebatur: ait archisynagogo. Noli timere: tantūmodo crede. Et non admisit quemq̄ se sequi: nisi petrum et iacobū et iohannem fratrem iacobi. Et veniūt in domū archisynagogi. Et vidit tumultū et flentes et ululantes multum: et ingressus ait illis. Quid turbamini et ploratis? Puella nō ē mortua sed dormit. Et irridebāt eum. Ipse vero eiectis omnibus assumit patrē et matrem puelle: et qui secū erāt: et ingreditur ubi puella erat iacens: et tenens manū puelle ait illi. Thabitha cumi: qđ est interpratū: puella tibi dico surge. Et cōfestim surrexit puella: et ābulabat. Erat aūt ānoz duodecī. Et obstupuerūt stupore magno. Et pcepit illis vehementer: ut nemo id sciret: et dixit dare illi manducare. ¶

Et egressus inde abiit in patriā suā: et sequebantur eum discipuli sui. Et facto sabbato cepit in synagoga docere: et multi audientes: admirabant in doctrina eius dicentes. Unde huic hec omnia? Et que est sapientia q̄ data est illi: et virtutes tales q̄ per manus eius efficiūtur? Nōne hic est faber filius marie: frater iacobi et ioseph et iude et symonis? Nōne et sorores eius hic nobiscū sunt? Et scandalizabātur in illo. Et dicebat illis ihesus: quia nō est propheta sine honore nisi in patria sua et in domo sua et in cognatione sua. Et nō poterat ibi virtutem ullā facere nisi paucos infirmos impositis manibus curauit: et mirabatur propter incredulitatem eoz: et circuibat castella in circuitu docens. Et vocauit duodecim: et cepit eos mittere binos: et dabat illis potestatem spirituū immūdoz. Et pcepit eis ne quid tollerent in via nisi virgā tantum: nō peram nō panem neq̄ in zona es sed calciatos sandaliis: et ne induerentur duabus tunicis. Et dicebat eis. Quocunq̄ introieritis in domū illic manete donec exeatis inde: et quicunq̄ nō receperint vos nec audierint vos: exeuntes inde excutite pulueres de pedibus vestris in testimoniū illis. Et exeuntes pdicabāt ut penitentiā agerēt: et demonia multa eiciebāt: et ungebāt oleo multos egros et sanabant. Et audiuit rex herodes: manifestū eni factū ē nomē eius: et dicebat. Quia iohānes baptista resurrexit a mortuis: et propterea virtutes operantur in illo. Alij aūt dicebāt quia helias est: alij vero dicebant quia propheta est quasi unus ex prophetis. Quo audito herodes ait. Quē ego decollaui iohannē hic a mortuis resurrexit. Ipse enim herodes misit ac tenuit iohānem et vinxit eum in carcere propter herodiadē uxorē philippi fratris sui: quia duxerat eam. Dicebat enī iohānes herodi. Non licet tibi habere uxorem fratris tui. Herodias autem insidiabat illi: et volebat occidere eum nec poterat. Herodes aūt metuebat iohannē sciens eum virū iustū et sanctū et custodiebat eū: et audito eo multa faciebat: et libenter eū audiebat. Et cum

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0411
powered by DWork • Heidelberg University Library

dies oportun⁹ accidisset: herodes na-
talis sui cenā fecit pricipibꝫ ⁊ tribunis
et primis galilee. Cunqꝫ introisset fili-
a ipsi⁹ herodiadis. ⁊ saltasset ⁊ placu-
isset herodi simulqꝫ recumbentibꝫ: rex
ait puelle. Pete a me qd̄ vis: et dabo
tibi. Et iurauit illi: quia quicquid pe-
tieris dabo tibi: licet dimidium regni
mei. Que cum exisset: dixit matri sue.
Quid petā? At illa dixit. Caput iohā-
nis baptiste. Cunqꝫ introisset statim
cum festinatione ad regem: petiuit di-
cens. Volo: ut ꝓtinus des michi in
disco caput iohānis baptiste. Et con-
tristatus est rex. Propter iusiurandū
et ꝓpter simul discūbentes noluit eam
contristare: sed misso spiculatore p̄ce-
pit afferri caput eius in disco: et decol-
lauit eum in carcere. Et attulit caput
ei⁹ ī disco: ⁊ dedit illud puelle: ⁊ puella
dedit matri sue. Quo audito discipli
eius venerūt et tulerūt corpus eius: et
posuerūt illud in monumento. Et con-
uenientes apostoli ad ihesum: renūci-
auerūt ei omnia que egerant et docue-
rant. Et ait illis. Venite seorsum ī de-
sertū locū: et requiescite pusillū. Erant
enim qui veniebāt ⁊ rediebant multi:
et nec spaciū māducādi habebāt. Et
ascendentes in nauim abierūt in deser-
tum locū seorsum. Et viderūt eos abe-
untes: et cognouerūt multi: et pedestres
de omnibꝫ ciuitatibus cucurrerunt il-
luc ⁊ p̄uenerūt eos. Et exiens vidit tur-
bam multā ihesus: ⁊ misertus est sup
eos quia erant sicut oues nō habētes
pastorem: et cepit illos docere multa.
Et cū iam hora multa fieret: accesserūt
discipuli eius dicentes. Desertus loc⁹
est hic: et iam hora p̄terijt. Dimitte il-
los: ut euntes in ꝓximas villas et vi-
cos emant sibi cibos quos māducēt.

Et respōdēs ait illis. Date illis man-
ducare. Et dixerūt ei. Euntes emam⁹
ducentis denarijs panes: et dabimus
illis manducare. Et dicit eis. Quot
panes habetis? Ite ⁊ videte. Et cum co-
gnouissent dicūt. Quinqꝫ. Et duos
pisces. Et p̄cepit illis ut accūbere face-
rent om̄es scd̄m cōtubernia sup viride
fenū. Et discumbuerūt in partes: per
centenos et quīquagenos. Et acceptis
quinqꝫ panibꝫ et duobus piscibus: in-
tuens in celū benedixit et fregit panes
⁊ dedit discipulis suis ut ponerent an-
te eos: ⁊ duos pisces diuisit omnibus.
Et māducauerūt omnes: et saturati
sunt. Et sustulerūt reliquias fragmen-
torꝫ duodecim cophinos plenos: ⁊ de
piscibus. Erant autē qui māducaue-
runt quinqꝫ milia virorū. Et statim
coegit discipulos suos ascendere na-
uim ut p̄cederent eum trās fretum ad
bethsaydam: dum ip̄e dimitteret ꝓplm.
Et cum dimisisset eos: abijt ī montē
orare. Et cum sero esset erat nauis in
medio mari: et ipse solus in terra. Et
videns eos laborātes in remigando.
erat enim ventus contrari⁹ eis: ⁊ circa
quartam vigiliā noctis venit ad eos
ambulās supra mare: et volebat pre-
terire eos. At illi ut viderunt eum am-
bulātem supra mare putauerunt fan-
tasma esse: et exclamauerūt. Omnes e-
nim viderūt eum: ⁊ cōturbati sunt. Et
statim locutus est cum eis: et dixit eis.
Cōfidite. Ego sum: nolite timere. Et
ascendit ad illos in nauim: ⁊ cessauit
ventus. Et plus magis intra se stupe-
bant. Non enim intellexerūt de pani-
bus. Erat enim cor eorꝫ obcecatum. Et
cum transfretassent venerūt in terram
genesareth: ⁊ applicuerūt. Cūqꝫ egressi
essent de naui continuo cognouerunt

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0412
powered by DWork • Heidelberg University Library

eum: ⁊ ꝑcurrentes uniuersā regionē il-
lam ceperāt ī grabatis eos qui se ma-
le habebāt circūferre ubi audiebāt eū es-
se. Et quocūq; introiebat in vicos uel
in villas aut ciuitates: in plateis po-
nebāt infirmos. ⁊ deꝑcabant̄ eum ut
uel fimbriā vestimenti eius tangerēt:
et quotq̄ tangebāt eū salui fiebāt. vij

Et cōueniunt ad eum pharisei et
quidā de scribis: venientes ab
iherosolimis. Et cū vidissent quosdā
ex discipulis eius cōmunibꝫ manibꝫ
id est non lotis manducare panes:
vituperauerūt. Pharisei enim ⁊ om̄es
iudei nisi crebro lauerint manus non
mādūcant tenentes traditionē senio-
rum: et a foro nisi baptizent̄ nō come-
dunt: et alia multa sunt que tradita
sunt illis seruare. baptismata calicū
et vrceoꝝ et eramentoꝝ ⁊ lectorum. Et
interrogabant eum pharisei et scribe.
Quare discipuli tui nō ābulant iuxta
traditionem senioꝝ: sed cōmunibus
manibus manducant panē? At ille
respondēs dixit eis. Bene ꝓphetauit
ysaias de vobis ypocritis: sicut scriptū
est. Populus hic labijs me honorat:
cor aūt eoꝝ longe est a me. Inuanum
autē me colunt docentes doctrinas et
ꝑcepta hominū. Relinquentes enim
mandatū dei tenetis traditiones ho-
minū: baptismata vrceoꝝ et calicū et si-
milia hijs facitis multa. Et dicebat.
Bene irritū fecistis ꝑceptū dei: ut tradi-
tionem vestrā seruetis. Moyses enī di-
xit. Honora patrem tuū et matrē tuā:
et qui maledixerit patri uel matri mor-
te moriat̄. Vos aūt dicitis. Si dixerit
homo patri aut matri corban qd̄ est
donū qd̄cunq; ex me tibi ꝓfuerit: et vl-
tra nō dimittitis eū quicq̄ facere patri
suo aut matri: rescindentes verbū dei
per traditionē vestrā quā tradidistis.
Et multa silia huiꝰ facitis. Et aduo-
cans iterū turbā dicebat illis. Audite
me omnes ⁊ intelligite. Nichil ē extra
hominē introiens in eum qd̄ possit e-
um coinquinare: sed que de homine
procedūt illa sunt q̄ cōmunicāt homi-
nem. Si quis habet aures audiendi
audiat. Et cum introisset in domū a
turba: interrogabāt eum discipuli eiꝰ
parabolā. Et ait illis. Sic et vos im-
prudentes estis? Non intelligitis q̄a
omne extrinsecus introiens in hominē
non potest eum cōmunicare quia nō
intrat in cor eius: sed in ventrē vadit
et ī secessum exit purgās om̄es escas?
Dicebat aūt: quoniā illa que de homi-
ne exeunt illa cōmunicant hominem.
Abintus enim de corde hominū ma-
le cogitatōnes ꝓcedūt: adulteria. for-
nicationes. homicidia. furta. auaricie.
nequicie. dolꝰ. impudicicie. oculꝰ ma-
lus: blasphemia. superbia. stulticia.
Omnia hec mala abintus ꝓcedūt: et
cōmunicāt hominē. Et inde surgens
abijt ī fines tyri ⁊ sydonis: et ingressus
domū neminē voluit scire: ⁊ non potu-
it latere. Mulier enim statim ut audi-
uit de eo cuiꝰ filia habebat spiritū im-
mundū intrauit: et ꝓcidit ad pedes e-
ius. Erat enī mulier gentilis: syrophe-
nissa genere. Et rogabat eum ut de-
moniū eiceret de filia eius. Qui dixit
illi. Sine prius saturari filios. Non
est enim bonū sumere panē filioꝝ: et
mittere canibus. At illa respondit: et
dixit illi. Vtiq; dn̄e. Nā ⁊ catelli come-
dunt sub mensa de micis pueorū. Et
ait illi. Propter hunc sermonē vade:
exijt demonium de filia tua. Et cum
abijsset domum inuenit puellā iacen-
tem supra lectum: et demonium exijsse.

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0413
powered by DWork • Heidelberg University Library

Et iterū exiens de finibus tyri venit per
sydonem ad mare galilee inter medi-
os fines decapoleos. Et adducunt ei
surdum et mutū. Et deprecabantur eū
ut imponat illi manū. Et apprehendēs
eū de turba seorsū misit digitos suos
ī auriculas eiꝰ: ⁊ expuēs tetigit linguā
eius: et suspiciens in celū ingemuit. et
ait illi. Effecta: qd ē adaperire. Et sta-
tim aperte sunt aures eius: et solutū
est vinculū lingue eius: et loquebatur
recte. Et precepit illis ne cui dicerent.
Quāto aūt eis pcipiebat tāto magis
plus pdicabāt: et eo ampliꝰ āmirabā-
tur. dicētes. Bene omīa fecit: et surdos
fecit audire: et mutos loqui. VIII

In diebus illis iterū cū turba multa esset
nec haberent qd māducarent: cōuoca-
tis discipulis ait illis. Misereor super
turbā: quia ecce iam triduo sustinent
me nec habēt qd māducēt: et si dimise-
ro eos ieiunos in domū suā deficient
in via. Quidā enim ex eis delonge ve-
nerūt. Et responderūt ei discipuli sui.
Unde illos poterit quis hic saturare
panibꝫ ī solitudine? Et interrogauit
eos. Quot panes habetis? Qui dixe-
runt. Septem. Et pcepit turbe discum-
bere sup terrā. Et accipiens septem pa-
nes gratias agens fregit: et dabat dis-
cipulis suis ut apponerent: ⁊ apposue-
runt turbe. Et habebāt pisciculos pau-
cos: ⁊ ipos benedixit: et iussit apponi.
Et māducauerunt et saturati sunt: et
sustulerūt qd superauerat de fragmen-
tis septem sportas. Erant autem qui
manducauerāt qsi quatuor milia. et
dimisit eos. Et statim ascendens na-
uim cū discipulis suis: venit in partes
dalmanutha. Et exierunt pharisei et
ceperūt cōquirere cū eo: querentes ab il-
lo signum de celo: temptantes eum.
Et ingemiscēs spiritu ait. Quid gene-
ratio ista signū querit? Amē dico vo-
bis: si dabitur generationi isti signū.
Et dimittens eos ascendit iterū naui:
et abijt trans fretū. Et obliti sunt pa-
nem sumere: et nisi unū panē non ha-
bebāt secū ī naui. Et pcipiebat eis dicēs.
Videte et cauete a fermento phariseo-
rum: et fermento herodis. Et cogita-
bant ad alterutrū dicentes: quia panes
non habemꝰ. Quo cognito: ait illis
ihesus. Quid cogitatis quia panes
non habetis? Nondum cognoscitis
nec intelligitis? Adhuc cecatū habe-
tis cor vestrū. Oculos habentes nō vi-
detis: et aures habētes non auditis.
Nec recordamini quādo quinq; panes
fregi ī quinq; milia: et qt cophinos fra-
gmentorꝫ plenos sustulistis? Dicunt
ei. Duodecim. Quādo et septem panes
in quatuor milia: qt sportas fragmē-
torꝫ tulistis? Et dicunt ei. Septem. Et
dicebat eis. Quomodo nondū intelli-
gitis? Et veniūt bethsayda: ⁊ adducūt
ei cecū: ⁊ rogabāt eum ut illū tangeret.
Et apprehensa manu ceci eduxit eum
extra vicū: et expuens in oculos eius
impositis manibꝫ suis: interrogauit
eum si quid videret. Et aspiciens ait.
Video homines velut arbores ābu-
lantes. Deinde iterū imposuit manus
sup oculos eiꝰ et cepit videre: et restitu-
tus est: ita ut clare videret omnia. Et
misit illū ī domū suā dicens. Vade in
domū tuā: et si ī vicū introieris nemini
dixeris. Et ingressus ē ihesus ⁊ discipli
eiꝰ castella cesaree philippi: et ī via in-
terrogabat discipulos suos dicens eis.
Quem me dicūt esse homines? Qui re-
sponderunt illi dicentes. Johannē ba-
ptistā: alij helyam: alij vero qsi unū de
prophetis. Tunc dicit illis. Vos vero

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0414
powered by DWork • Heidelberg University Library

quem me esse dicitis? Respondens petrus ait ei. Tu es christus. Et cōminatꝰ est eis: ne cui dicerent de illo. Et cepit docere eos quoniā oportet filiū hoīs pati multa & reprobari a senioribus & a sūmis sacerdotibus et scribis & occidi: & post tres dies resurgere. Et palā verbū loquebatur. Et apprehendēs eū petrus: cepit increpare eū. Qui cōuersus & videns discipulos suos: comminatus est petro dicens. Vade retro me sathana: quoniā nō sapis que dei sūt sed que sunt hominum. Et cōuocata turba cum discipulis suis: dixit eis. Si quis vult me sequi deneget semetipm: et tollat crucem suā & sequat me. Qui enim voluerit animā suā saluā facere pdet eam: qui aūt pdiderit animam suā ꝓpter me et euangeliū: saluā faciet eā. Quid enim pdesit homini si lucretur mundū totū: et detrimentū anime sue faciat? Aut quid homo cōmutationis dabit pro anima sua. Qui enim me confusus fuerit et verba mea i generatione ista adultera & peccatrice: et filiꝰ hoīs confundet eū cū venerit in gloria ꝑris sui cū āgelis sāctis.

Et dicebat illis. Amen dico vobis: quia sunt quidā de hic stantibus qui nō gustabūt mortē: donec videāt regnū dei venies i virtute. Et post dies sex assumpsit ihesus petrū & iacobū et iohannē: et duxit illos in montem excelsum solos: & trāsfiguratꝰ est coram ipis. Et vestimēta eius facta sūt splendētia & candida nimis velut nix: qualia fullo non potest sup terrā candida facere. Et apparuit illis helyas cum moyse: et erāt loquentes cū ihesu. Et respōdens petrus ait ihesu. Rabbi bonū est nos hic esse: & faciamus tria tabernacula: tibi unū & moysi unū & helye unū. Non enim sciebat qd diceret. Erant enim timore exterriti. Et facta est nubes obumbrāns eos: et venit vox de nube dicens. Hic est filius meus carissimus: audite illū. Et statim circumspicientes: neminē amplius viderūt nisi ihesum tantū secū. Et descendentibus illis de monte ꝑcepit illis ne cuiquā qd vidissent narrarent: nisi cū filius hominis a mortuis resurrexerit. Et verbum continuerūt apud se: conquirentes quid esset cum a mortuis resurrexerit. Et interrogabāt eū dicentes. Quid ergo dicūt pharisei et scribe qa helyam oporteat venire primum? Qui respondens ait illis. Helyas cū venerit ꝑmo restituet oīa: et quomō scriptum est in filiū hoīs: ut multa patiatur & contemnat. Sed dico vobis: qa et helyas venit: et fecerūt illi quecunq; voluerūt sicut scriptum est de eo. Et veniens ad discipulos suos vidit turbā magnā circa eos: et scribas cōquirentes cū illis. Et confestim oīs ꝓplis videns ihesum stupefactꝰ est et expauerūt: & accurrentes salutabant eum. Et interrogauit eos. Quid inter vos cōquiritis? Et respondens unus de turba dixit. Magister attuli filiū meū ad te habentem spiritum mutū: qui ubicunq; eū apprehenderit allidit illū: & spumat et stridet dentibs et arescit. Et dixi discipulis tuis ut eicerent illū: et non potuerūt. Qui respondens eis dixit. O generatio incredula: qūsq; diu apud vos ero? Quā diu vos patiar? Afferte illū ad me. Et attulerunt eum. Et cū vidisset eū statim spiritus conturbauit illū: et elisus in terram volutabat spumās. Et interrogauit patrē eius. Quantū temporis est ex quo ei hoc accidit? At ille ait. Ab infantia. Et frequēter eū in ignē et in



Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0415
powered by DWork • Heidelberg University Library

aquā misit: ut eū ꝑderet. Sed si quid
potes· adiuua nos: misertus nr̄i. Ihe-
sus aūt ait illi. Si potes credere om̄ia
possibilia credenti? Et continuo excla-
mans pater pueri cū lacrimis aiebat.
Credo dn̄e: adiuua incredulitatē meā.
Et cū vidisset ihesus cōcurrentem tur-
bam: cōminatus est spiritui immūdo
dicens illi. Surde et mute spirit⁹· ego
p̄cipio tibi exi ab eo: et amplius ne in-
troeas in eum. Et exclamās et multū
discerpens eum exijt ab eo: et factus est
sicut mortuus: ita ut multi dicerēt q̄a
mortuus est. Ihesus aūt tenēs manū
eius eleuauit eum: et surrexit. Et cū in-
troisset in domū: discipuli eius secreto
interrogabāt eū. Quare nos nō potu-
im⁹ eicere eū? Et dixit illis. Hoc gen⁹ ī
nullo potest exire: nisi in oratione et
ieiunio. Et inde ꝓfecti p̄tergradiebant̄
galileā: nec volebat quenq̄ scire. Do-
cebat aūt discipulos suos: et dicebat
illis quoniā filius hominis tradetur
in manus hominū· et occident eum:
et occisus tercia die resurget. At illi i-
gnorabāt verbū: ⁊ timebāt interroga-
re eū. Et venerūt capharnaū. Qui cum
domi essent interrogabat eos. Quid ī
via tractabatis? At illi tacebant. Si-
quidem in via inter se disputauerāt:
quis eoꝝ maior esset. Et residens vo-
cauit duodeci: et ait illis. Si quis vult
primus esse: erit omniū nouissimus ⁊
omniū minister. Et accipiens puerū
statuit eū in medio eoꝝ: quē cū cōple-
xus esset ait illis. Quisquis vnū ex hu-
iusmodi pueris receperit ī nomine me-
o me recipit: et quicunq; me susceperit
nō me suscipit: sed eū qui me misit. Re-
spondit illi iohānes dicēs. Magister
vidim⁹ quēdam in nomine tuo eiciē-
tem demonia qui non sequitur nos:
et ꝓhibuim⁹ eū. Ihesus aūt ait noli-
te ꝓhibere eū. Nemo est enim q̄ faciat
virtutem in nomine meo: ⁊ possit cito
male loqui de me. Qui enim non est
aduersum vos: ꝓ vobis ē. Quisquis
enim potū dederit vobis calicē aque
in nomine meo quia cristi estis: amē
dico vobis non ꝑdet mercedem suam.
Et quisquis scādalizauerit vnum ex
hijs pusillis credentibus in me: bonū
est ei magis si circundaretur mola a-
sinaria collo eius et in mare mittere-
tur. Et si scādalizauerit te man⁹ tua:
abscide illā. Bonū est tibi debilē intro-
ire in vitā· q̄ duas manus habētem·
ire in gehennā in ignē inextinguibilē:
vbi vermis eoꝝ nō moritur: et ignis
nō extinguitur. Et si pes tuus te scan-
dalizat: āputa illū. Bonū est tibi clau-
dum introire in vitā eternā· q̄ duos
pedes habentē mitti in gehennā ignis
inextinguibilis: vbi vermis eoꝝ non
moritur: ⁊ ignis nō extinguit̄. Quod
si oculus tuus scādalizat te: eice eum.
Bonū est tibi luscū introire in regnū
dei· q̄ duos oculos habentem mitti in
gehennā ignis: vbi vermis eorū non
moritur: et ignis nō extinguit̄. Om̄is
enī igne salietur: ⁊ om̄is victima sale
salietur. Bonū ē sal. Qd̄ si sal insullū
fuerit ī quo illud cōdietis? Habete in
vobis sal: ⁊ pacē habete inter vos. X

Et inde exsurgens venit in fines
iudee vltra iordanen: et cōueniūt
iterū turbe ad eū: et sicut cōsueuerat ite-
rum docebat illos. Et accedentes pha-
risei interrogabāt eū si licet viro vxorē
dimittere: temptantes eū. At ille respō-
dens dixit eis. Quid vobis p̄cepit mo-
yses? Qui dixerunt. Moyses ꝑmisit li-
bellū repudij scribere et dimittere. Qui
bus respōdens ihesus ait. Ad duriciā

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0416
powered by DWork • Heidelberg University Library

cordis vestri scripsit vobis preceptum
istud. Ab initio aūt creature masculū
et feminā fecit eos deus. Propter hoc
relinquet homo patrem suum et ma-
trem: et adherebit ad vxorē suā: et erūt
duo in carne vna. Itaq; iam nō sunt
duo: sed vna caro. Quod ergo deus
coniūxit: homo non separet. Et in do-
mo iterū discipuli eius de eodē interro-
gauerūt eum. Et ait illis. Quicunq;
dimiserit vxorem suā · et aliā duxerit:
adulteriū cōmittit sup eam. Et si vxor
dimiserit virū suū et alij nupserit · me-
chatur. Et offerebāt illi paruulos ut
tangeret illos: discipuli aūt cōmina-
bantur offerentibus. Quos cū videret
ihesus: indigne tulit. Et ait illis. Si-
nite paruulos venire ad me: ⁊ ne ꝓhi-
bueritis eos. Taliū est enim regnū dei.
Amen dico vobis: quisquis nō rece-
perit regnū dei velut paruulus nō in-
trabit ī illud. Et complexās eos et im-
ponens manus sup illos: benedicebat
eos. Et cum ingressus esset ī via: pro-
currens quidā genu flexo ante eū · roga
bat eū dicens. Magister bone: quid
faciā ut vitam eternā ꝑcipiam? Ihesus
aūt dixit ei. Quid me dicis bonū? Ne-
mo bonus: nisi vnus deus. Precepta
nosti: ne adulteres · ne occidas · ne fu-
reris · ne falsū testimonium dixeris · ne
fraudē feceris: honora patrem tuū et
matrē. At ille respondēs ait illi. Ma-
gister hec omnia obseruaui a iuuentu-
te mea. Ihesus aūt intuitus eū · dilexit
eū: ⁊ dixit ei. Vnū tibi deest. Vade: que-
cunq; habes vende et da pauperibus
et habebis thesaurū ī celo: ⁊ veni seque-
re me. Qui cōtristatus in verbo: abijt
merens. Erat enī habens multas pos-
sessiones. Et circūspiciēs ihesus: ait di-
scipulis suis. Quā difficile q̄ pecunias
habent ī regnū dei introibūt. Discipuli
autem obstupescebāt in verbis eiꝰ. At
ihesus rursus respōdens ait illis. Fili-
oli: q̄ difficile est confidentes in pecu-
nijs in regnū dei introire. Facilius est
camelū ꝑ foramē acus transire: q̄ di-
uitem intrare in regnum dei. Qui ma-
gis āmirabant̄ dicētes ad semetipos.
Et quis potest saluus fieri? Et intuēs
ihesus illos ait illis. Apud hoīes im-
possibile est: sed nō apud deū. Omnia
enim possibilia sunt apud deū. Et cepit
ei petrus dicere. Ecce nos dimisimus
omnia: et secuti sumus te. Respōdens
ihesus ait. Amen dico vobis: nemo
est q̄ reliquerit domū aut fratres aut
sorores aut patrem aut matrem aut fi-
lios aut agros ꝓpter me et ꝓpter euan-
geliū qui nō accipiet centies tantum
nūc in tempore hoc: domos et fratres
et sorores et matres et filios et agros
cū ꝑsecutōnibꝫ: ⁊ ī scl̄o futuro vitā eter-
nam. Multi aūt erūt p̄mi nouissimi:
⁊ nouissimi primi. Erāt aūt ī via ascē-
dentes iherosolimā: et p̄cedebat illos
ihesus. Et stupebāt: et sequentes time-
bant. Et assumens iterū duodecim: ce-
pit illis dicere q̄ essent ei vētura. Quia
ecce ascendimus iherosolimā: et filius
hominis tradetur principibus sacerdo-
tum ⁊ scribis ⁊ senioribus: et damna-
bunt eum morte. Et tradent eū genti-
bus ⁊ illudent ei: ⁊ conspuent eū et fla-
gellabunt eū · et interficient eū: et tercia
die resurget. Et accedunt ad eū iacobꝫ
et iohannes filij zebedei dicētes. Ma-
gister: volumꝰ ut q̄dcunq; petierimus
facias nobis. At ille dixit eis. Quid
vultis ut faciā vobis? Et dixerūt. Da
nobis: ut vnus ad dexterā tuā · ⁊ aliꝰ
ad sinistrā tuā sedeamꝰ in gloria tua.
Ihesus aūt ait eis. Nescitis q̄d petatis.

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0417
powered by DWork • Heidelberg University Library

Potestis bibere calicem quē ego bibo· aut baptismo quo ego baptizor baptizari? At illi dixerūt ei. Possumꝰ. Ihesus aūt ait eis. Calicē quidē quē ego bibo bibetis ⁊ baptismo quo ego baptizor baptizabimini: sedere aūt ad dexteram meā uel ad sinistrā nō est meum dare vobis: sed quibus paratū est. Et audientes decē indignari sūt de iacobo et iohāne. Ihesus aūt vocans eos· ait illis. Scitis qā hij qui videnē principari gentibus dominantē eis: et principes eoꝝ potestatem habent ipsoꝝ? Non ita est aūt in vobis: sed quicūqz voluerit fieri maior erit vester minister: et quicūqz voluerit ī vobis primus esse: erit omniū seruus. Nam et filius hois nō venit ut ministraretur ei· sed ut ministraret: et daret animā suā redemptionem pro multis. Et veniūt iherichō. Et ptcīsīte eo de iherichō· et discipulis eiꝰ ⁊ plurima multitudine: filius thimei bartimeus cecus· sedebat iuxta viā mendicās. Qui cū audisset quia ihesus nazarenus est: cepit clamare ⁊ dicere. Ihesu fili dauid: miserere mei. Et cōminabāntur illi multi· ut taceret. At ille multo magis clamabat: fili dauid miserere mei. Et stās ihesus: precepit illū vocari. Et vocāt cecū: dicentes ei. Animequior esto. Surge: vocat te. Qui iecto vestimento suo· exiliens venit ad eū. Et respondēs ihesus dixit illi. Quid tibi vis faciam? Cecus aūt dixit ei. Rabboni ut videā. Ihesus aūt ait illi. Vade. Fides tua te saluū fecit. Et cōfestim vidit: et sequebat eū ī via.

Et cū appropinquarent iherosolimē et bethanie ad mōtem oliuarum mittit duos ex discipulis suis: et ait illis. Ite ī castellū qđ cōtra vos ē: et statim introeuntes illuc· inuenietis pullū ligatum· huc quē nemo adhuc hominum sedit. Soluite illum: et adducite. Et si quis vobis dixerit quid facitis: dicite quia dominus necessarius est: et continuo illū dimittet huc. Et abeuntes inuenerūt pullum ligatum· ante ianuam foris ad biuio: ⁊ soluūt eum. Et quidam de illic stantibus dicebant illis. Quid facitis soluentes pullū? Qui dixerūt eis sicut preceperat illis ihesus: et dimiserūt eis. Et duxerūt pullū ad ihesum: et imponūt illi vestimenta sua et sedit sup eū. Multi vestimēta sua straverūt ī via. Alij aūt frondes cedebāt de arboribus: et sternebāt ī via. Et qui p̄cibāt· et q̄ sequebātur clamabāt dicentes. Osanna benedictus qui venit in nomine dñi: benedictum qđ venit regnū patris nostri dauid: osanna in excelsis. Et introiuit iherosolimā in templū: et circūspectis omnibus cū iā vespera esset hora: exijt ī bethaniam cū duodecī. Et alia die cū exirent a bethania esurijt. Cumqz vidisset a lōge ficū habentē folia: venit si qđ forte inueniret in ea. Et cum venisset ad eam: nichil inuenit p̄ter folia. Nō enī erat tempus ficoꝝ. Et respōdens dixit ei. Jam nō amplius manducet ex te quisq̄ fructū māducet. Et audiebant discipuli eiꝰ: et veniūt iherosolimā. Et cum introisset in templū cepit eicere vendentes ⁊ ementes in templo: et mēsas nummulariorū et cathedras vendentiū columbas euertit. Et nō sinebat ut quisq̄ trāsferret vas per templū: ⁊ docebat dicens eis. Nōne scriptū est quia domus mea domꝰ orationis vocabitur omnibus gentibus? Vos aūt fecistis eam speluncā latronum. Quo audito: principes sacerdotū et scribe querebant quomō eū perderent. Timebāt enī

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0418
powered by DWork • Heidelberg University Library

eū: quoniā vniuersa turba āmirabat̄
sup̄ doctrina eius. Et cū vespera facta
esset: egrediebat̄ de ciuitate. Et cū ma-
ne trāsirent: viderūt ficum aridā factā
a radicibꝫ. Et recordatus petrus dixit
ei. Rabbi: ecce fic⁹ cui maledixisti aruit.
Et respondēs ihesus ait illis. Habete
fidem dei. Amē dico vobis: quia qui-
cunq; dixerit huic mōti tollere. et mit-
tere in mare. ⁊ nō hesitauerit ī corde suo
sed crediderit q̄a q̄dcunq; dixerit fiat:
fiet ei. Propterea dico vobis: omnia
quecunq; orantes peritis credite quia
accipietis: ⁊ eueniēt vobis. Et cū stabi-
tis ad orandū. dimittite si quid habe-
tis aduersus aliquē: ut et pater vester
qui in celis est dimittat vobis peccata
vestra q̄d si vos nō dimiseritis: nec pa-
ter vester qui ī celis est dimittet vobis
peccata vestra. Et veniūt rursus ihero-
solimā. Et cum ambularet in templo
accedūt ad eū summi sacerdotes. et scri-
be ⁊ seniores: et dicūt ei. In qua pote-
state hec facis: ⁊ quis tibi dedit hanc
potestatem ut ista facias? Ihesus aūt
respondēs ait illis. Interrogabo vos
et ego vnū verbū. ⁊ respondete michi:
et dicam vobis in qua potestate hec fa-
ciam. Baptismū iohānis de celo erat
an ex hominibꝫ? Respōdete michi. At
illi cogitabāt secū dicentes. Si dixeri-
mus de celo: dicet nobis. Quare ergo
non credidistis ei? Si dixerim⁹ ex ho-
minibus: timemus populū. Omnes
enim habebant iohannem quia vere
propheta esset. Et respondentes di-
cunt ihesu. Nescimus. Et respondens
ihesus ait illis. Neq; ego dico vobis.
in qua potestate hec faciam. xii

Et cepit illis in parabolis loqui.
Vineā pastinauit homo: ⁊ cir-
cundedit sepē ⁊ fodit lacū. et edificauit
turrim. et locauit eam agricolis: et pe-
regre ꝓfect⁹ est. Et misit ad agricolas
in tempore seruū: ut ab agricolis acci-
peret de fructu vinee. Qui apprehensū
eum ceciderūt: et dimiserūt vacuū. Et
iterꝫ misit ad illos aliū seruū: et illum
in capite vulnerauerūt: et cōtumelijs
affecerūt. Et rursum aliū misit: et illū
occiderūt: et plures alios quosdā ce-
dentes: alios vero occidentes. Adhuc
ergo vnū habēs filiū carissimū. et illū
misit ad eos nouissimū dicens: quia
reuerebūtur filiū meū. Coloni autem
dixerūt ad inuicem. Venite occidam⁹
eum: et nostra erit hereditas. Et appre-
hendentes eū occiderūt: et eiecerūt extra
vineam. Quid ergo faciet dn̄s vinee?
Veniet et ꝑdet colonos: et dabit vine-
am alijs. Nec scripturā hanc legistis
lapidē quē reprobauerūt edificantes.
hic factus est ī caput anguli: a dn̄o fa-
ctum est istud et est mirabile in oculis
nostris? Et querebāt eū tenere: ⁊ timu-
erunt turbā. Cognouerūt enī quoniā
ad eos parabolā hāc dixerit. Et relicto
eo abierūt. Et mittūt ad eū quosdā ex
phariseis et herodianis: ut eum caperēt
in verbo. Qui venientes dicūt ei. Ma-
gister: scimus quia verax es et non cu-
ras quenq̄. Nec enim vides in faciem
hominū: sed in veritate viā dei doces.
Licet dari tributum cesari: an nō dabi-
mus? Qui sciēs versutiā illorꝫ. ait illis.
Quid me temptatis? Afferte michi de-
nariū ut videam. At illi attulerunt ei.
Et ait illis. Cuius est ymago hec et
inscriptio? Dicūt ei. Cesaris. Respon-
dens aūt ihesus dixit illis. Reddite igi-
tur que sunt cesaris cesari: et que sunt
dei deo. Et mirabātur sup̄ eo. Et vene-
runt ad eū sadducei qui dicunt resur-
rectionē non esse: et interrogabāt eum

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0419
powered by DWork • Heidelberg University Library

dicẽs. ℣Magister: moyses nobis scripsit ut si cuius frater moriens fuerit ⁊ dimiserit uxorem ⁊ filios non reliquerit: accipiat frater eius uxorem ipsius et resuscitet semen fratri suo. Septem ergo fratres erãt: et primꝰ accepit uxorem: ⁊ mortuus est non relicto semine. Et secundus accepit eam et mortuus est: et nec ille reliquit semen. Et tercius similiter. Et acceperũt eam similiter septem: et non reliquerũt semẽ. ℣Nouissima omniũ defuncta est et mulier. In resurrectione ergo cũ resurrexerint: cuiꝰ de his erit uxor? Septem enim habuerunt eam uxorem. Et respondens ihesus ait illis. ℣Nõne ideo erratis: nõ scientes scripturas neq; uirtutem dei? Cũ enim a mortuis resurrexerint neq; nubent neq; nubentur: sed sunt sicut angeli dei in celis. De mortuis autẽ qõ resurgãt nõ legistis in libro moysi super rubum quomõ dixerit illi deus inquiens: ego sum deus abraham ⁊ deus ysaac ⁊ deus iacob. ℣Non est deus mortuoꝝ sed uiuoꝝ. Vos ergo multũ erratis. Et accessit unus de scribis: qui audierat illos conquirentes: et uidẽs quoniã bene illis respondisset: interrogauit eũ qõ esset primũ omniũ mandatũ. Ihesus aũt respõdit ei: quia primum omniũ mandatũ est. ℣Audi isrl' dñs deus tuus deus unꝰ est: ⁊ diliges dñm deũ tuũ ex toto corde tuo: et ex tota anima tua: ⁊ ex tota mente tua: ⁊ ex tota uirtute tua. Hoc est primũ mãdatum. Secundũ aũt simile est illi. Diliges ꝓximũ tuũ tanq; teipm. ℣Maius hoꝝ aliud mandatũ nõ est. Et ait illi scriba. Bene magister in ueritate dixisti: quia unus est deus ⁊ non est aliusꝫ ꝑter eũ. Et ut diligatur ex toto corde: et ex toto intellectu ⁊ ex tota anima: et ex tota fortitudine: et diligere ꝓximũ tanq; seipm: maius ẽ omnibus holocaustomatibꝫ ⁊ sacrificijs. Ihesus aũt uidens qꝫ sapienter respõdisset: dixit illi. ℣Nõ es lõge a regno dei. Et nemo iam audebat eũ interrogare. Et respõdens ihesus dicebat docẽs in templo. Quomõ dicũt scribe cristũ filiũ esse dauid? Ipe enim dauid dicit in spiritu sancto. Dixit dominꝰ dño meo sede a dextris meis: donec ponã inimicos tuos scabellũ pdũ tuoꝝ. Ipe ergo dauid dicit eũ dñm: et unde est filius eiꝰ? Et multa turba eum libenter audiuit. Et dicebat eis in doctrina sua. Cauete a scribis: qui uolũt in stolis ambulare et salutari ī foro: et ī primis cathedrꝭ sedere in synagogis: ⁊ primos discubitus in cenis. Qui deuorãt domos uiduaꝝ sub obtentu prolixe orationis: hij accipient ꝓlixius iudiciũ. Et sedẽs ihesus cõtra gazophilaciũ aspiciebat quomõ turba iactaret es in gazophilaciũ: et multi diuites iactabãt multa. Cum uenisset aũt uidua una pauper: misit duo minuta qõ ẽ quadrãs. Et conuocans discipulos suos ait illis. Amen dico uobis: quoniã uidua hec paup plus omnibꝫ misit: qui miserũt in gazophilacium. Omnes enim ex eo quod abundabat illis miserũt: hec uero de penuria sua omnia que habuit misit totum uictum suum.

Et cũ egrederetur de templo: ait illi unꝰ ex discipulis suis. ℣Magister: aspice quales lapides: et quales structure. Et respõdens ihesus ait illi. Vides has omnes magnas edificationes? ℣Non relinquetur lapis super lapidem qui nõ destruatur. Et cum sederet in mõte oliuaꝝ cõtra templũ: interrogabãt eũ seperatim petrus et iacobus

et iohannes et andreas. Dic nobis quãdo ista fient: et qđ signũ erit quando hec oĩa incipient cõsũmari. Et respõdens ihesus cepit dicere illis. Videte ne quis vos seducat. Multi enĩ venient in nõe meo dicentes quia ego sum: et multos seducent. Cum audieritis aũt bella et opiniões bellorũ: ne timueritis. Oportet enim fieri: sed nondum finis. Exsurget enim gens cõtra gentem et regnũ sup regnũ: et erũt terremotꝰ p loca et fames. Initiũ dolorũ hec. Videte aũt vosmetipos. Tradent enim vos in cõciliis et in synagogis vapulabitis: et ante presides et reges stabitis ꝓpter me in testimoniũ illis. Et in omnes gentes primũ oportet pdicari euangeliũ. Et cũ duxerint vos tradentes nolite prõgitare quid loquamini: sed qđ datũ vobis fuerit in illa hora id loquimini. Nõ enĩ vos estis loquẽtes: sed spiritꝰ sanctus. Tradet aũt frater fratrem in mortẽ et pater filium: et consurgent filij in parentes: et morte afficient eos. Et eritis odio omnibus: ꝓpter nomẽ meũ. Qui autẽ sustinuerit in finẽ: hic salvus erit. Cũ aũt videritis abominatiõnẽ desolatiõnis stantem ubi non debet: qui legit intelligat. Tũc qui in iudea sunt fugiãt in mõtes: et qui sup tectũ ne descendat in domũ nec introeat ut tollat aliqđ de domo sua: et qui in agro erit non reuertatur retro tollere vestimentũ suũ. Ve aũt pregnãtibus et nutrientibus in illis diebus. Orate vero: ut hyeme nõ fiant. Erunt enim dies illi tribulatiões tales quales nõ fuerũt ab initio creature quã condidit deus usq; nũc: neq; fient. Et nisi breuiasset dñs dies: nõ fuisset salua oĩis caro. Sed propter electos ꝙs elegit breuiauit dies. Et tunc si quis vobis dixerit ecce hic est christus ecce illic: ne credideritis. Exsurgent enim pseudo christi et pseudo prophete: et dabũt signa et portenta ad seducendos si fieri potest etiã electos. Vos ergo videte. Ecce pdixi vobis omnia. Sed in illis diebus post tribulatiõnẽ illã sol tenebrabitur: et luna nõ dabit splendorẽ suũ. Et stelle celi erũt decidentes: et virtutes que sunt in celis mouebũtur. Et tunc videbũt filiũ hominis venientem in nubibus cũ virtute multa et gloria. Et tũc mittet ãgelos suos: et cõgregabit electos suos a ventis a summo terre usq; ad summũ celi. A ficu aũt discite parabolã. Cum iam ramus eius tener fuerit et nata fuerint folia: cognoscitis quia in ꝓximo sit estas. Sic et vos cum videritis hec fieri: scitote qđ in ꝓximo sit in ostijs. Amen dico vobis: quoniã nõ transibit generatio hec donec omnia ista fiant. Celum et terra transibũt: verba aũt mea nõ trãsibũt. De die aũt illo uel hora nemo scit neq; ãgeli in celo neq; filius: nisi pater. Videte vigilate et orate. Nescitis enim quãdo tẽpus sit. Sicut homo qui peregre ꝓfectus reliquit domũ suam: et dedit seruis suis potestatem cuiuslibet operis: et ianitori pcepit ut vigilet. Vigilate ergo. Nescitis enim quãdo dominꝰ domꝰ veniat: sero an media nocte an gallicãtu an mane: ne cũ venerit repente inueniat vos dormientes. Quod autem vobis dico omnibus dico: vigilate. Erat

Erat aũt pascha et azima post biduum: et querebãt summi sacerdotes et scribe quomodo eũ dolo tenerẽt et occiderent. Dicebãt enim. Nõ in die festo: ne forte tumultꝰ fieret in ꝑplo. Et cum esset bethanie in domo simonis

leprosi et recumberet: venit mulier habens alabastrū unguenti nardi spicati pretiosi: et fracto alabastro effudit super caput eius. Erant aūt quidā indignantes intra semetipsos: et dicentes. Ut quid perditio ista unguenti facta est? Poterat enim unguentum istud venūdari plus q̄ trecentis denariis: et dari pauperibus. Et fremebāt in eam. Ihesus aūt dixit. Sinite eam. Quid illi molesti estis? Bonū opus operata est in me. Semp enim pauperes habetis vobiscum: et cū volueritis potestis illis benefacere: me aūt nō semp habetis. Quod habuit hec fecit: preuenit ungere corpus meū in sepultura. Amen dico vobis: ubicūq̄ predicatū fuerit euangelium istud in vniuerso mūdo: et quod fecit hec narrabitur in memoriam eius. Et iudas scariothis unus de duodecim abiit ad summos sacerdotes: ut proderet eū illis. Qui audientes gauisi sūt: et promiserūt ei pecuniā se daturos. Et quomodo illū opportune traderet. Et p̄mo die azimorū quādo pascha immolabant: dicūt ei discipuli. Quo vis eamus et parem⁹ tibi ut manduces pascha? Et mittit duos ex discipulis suis: et dicit eis. Ite in ciuitatem: et occurret vobis homo lagenā aque baiulās. Sequimini eum: et quocunq̄ introierit dicite dño domui: quia magister dicit. Ubi est refectio mea: ubi pascha cū discipulis meis manducem? Et ipse vobis demōstrabit cenaculū grāde stratum: et illic parate nobis. Et abierūt discipuli eius et venerūt in ciuitatem: et inuenerūt sicut dixerat illis: et parauerunt pascha. Vespere aūt facto: venit cum duodecim. Et discumbentibus eis et mādurantibus ait ihesus. Amen dico vobis: quia unus ex vobis tradet me qui manducat mecū. At illi ceperunt contristari et dicere singillatim. Numquid ego? Qui ait illis. Unus ex duodecim: qui intingit mecū manū in catino. Et filius quidē hois vadit sicut scriptū est de eo. Ve aūt homini illi: per quē filius hois tradetur. Bonum erat ei: si non esset natus homo ille. Et manducantibus illis: accepit ihesus panem: et benedicens fregit: et dedit eis et ait. Sumite: hoc est corpus meū. Et accepto calice: gratias agens dedit eis. Et biberūt ex illo omnes. Et ait illi. Hic est sanguis meus noui testamenti: qui pro multis effundetur. Amen dico vobis: q̄ iam non bibā de genimine vitis: usq̄ in diem illū cum illud bibā nouū in regno dei. Et hymno dicto: exierūt in mōtem oliuaru. Et ait eis ihesus. Omnes scādalizabimini in nocte ista: quia scriptū est: percutiā pastorē et dispergentur oues. Sed postea q̄ resurrexero: p̄cedā vos in galileā. Petrus autē ait illi. Et si omnes scandalizati fuerint: sed non ego. Et ait illi ihesus. Amen dico tibi: quia tu hodie in nocte hac priusq̄ gallus bis vocem dederit: ter me negabis. At ille amplius loquebatur. Et si oportuerit me simul cōmori tibi: nō te negabo. Similiter aūt et omnes dicebant. Et veniūt in p̄diū cui nomē gethsemani: et ait discipulis suis. Sedete hic donec orem. Et assumit petrū et iacobū et iohānem secū: et cepit pauere et tedere. Et ait illis. Tristis est anima mea usq̄ ad mortem. Sustinete hic et vigilate. Et cū processisset paululū: procidit super terrā: et orabat ut si fieri posset trāsiret ab eo hora: et dixit. Abba pater: oīa tibi possibilia sūt: transfer calicem hunc a me. Sed non

quod ego volo: sed qđ tu. Et venit: et
inuenit eos dormientes. Et ait petro. Si-
mon dormis? Non potuisti una ho-
ra vigilare? Vigilate & orate: ut non
intretis in temptationē. Spiritꝰ quidē
promptus est: caro vero infirma. Et i-
terū abiens orauit: eundē sermonē di-
cens. Et reuersus denuo: inuenit eos
dormientes. Erant enī oculi eoꝝ gra-
uati: et ignorabāt quid responderent
ei. Et venit tertio: et ait illis. Dormite
iam: et requiescite. Sufficit. Venit ho-
ra: ecce filius hominis tradetur in ma-
nus peccatoꝝ. Surgite eamꝰ. Ecce qui
me tradet ppe est. Et adhuc eo loquē-
te: venit iudas scarioth unus de duo-
decim: et cū eo turba multa cum gladiis
et lignis a summis sacerdotibꝰ et scri-
bis & senioribus. Dederat aūt traditor
eis signū dicens. Quēcunqꝫ osculatus
fuero ipe est tenete eū: & ducite caute. Et
cum venisset: statim accedens ad eum
ait. Rabbi. Et osculatus est eū. At illi
manus iniecerūt in ihesum et tenuerūt
eum. Unus aūt quidam de circūstan-
tibus eductis gladiū traxit suū sum-
mi sacerdotis: et amputauit illi auri-
culam. Et respondens ihesus ait illis.
Tanqꝫ ad latronem existis cū gladiis
et lignis comprehendere me. Quoti-
die eram apud vos in templo docens:
et non me tenuistis. Sed ut impleantur
scripture. Tunc discipuli eius relin-
quentes eū omnes fugerūt. Adolescēs
aūt quidā sequebatur eū amictus si-
mdone sup nudo: et tenuerūt eū. At ille
relicta simdone nudus ꝓfugit ab eis.
Et adduxerūt ihesum ad summū sacerdo-
tem: et cōuenerūt omnes sacerdotes &
scribe et seniores. Petrus aūt alonge
secutus est eū usqꝫ intro in atriū summi
sacerdotis: et sedebat cum ministris
ad ignem: et calefaciebat se. Summi ve-
ro sacerdotes et omne cōsiliū querebāt
aduersus ihesum testimoniū: ut eum
morti traderent: nec inuenieabant. Mul-
ti aūt testimoniū falsum dicebant ad-
uersus eum: & cōuenientia testimonia
nō erāt. Et quidā surgentes: falsum
testimoniū ferebāt aduersus eū dicētes.
Quoniā nos audiuimꝰ eum dicentē.
Ego dissoluā templū hoc manufactū:
et post triduū aliud nō manufactū edi-
ficabo. Et nō erat cōueniens testimo-
niū illorū. Exsurgens aūt sūmꝰ sacer-
dos in mediū interrogauit ihesum di-
cens. Non respōdes quicqꝫ ad ea que
tibi obiciunt ab hijs? Ille aūt tacebat:
et nichil respōdit. Rursum summus
sacerdos interrogabat eū: et dixit ei. Tu
es cristus filius dei benedicti? Ihesus
aūt dixit illi. Ego sum. Et videbitis fi-
lium hominis sedentem a dextris vir-
tutis dei: & venientem cum nubibꝰ celi.
Summus aūt sacerdos scindēs vestimē-
ta sua ait. Quid adhuc desideramus
testes? Audistis blasphemiam. Quid
vobis videtur? Qui omnes cōdemna-
uerūt eū esse reum mortis. Et ceperunt
quidā conspuere eū & velare faciē eius:
et colaphis eū cedere & dicere ei: ꝓphetiza. Et ministri alapis eū cedebāt. Et
cum esset petrus in atrio deorsum: venit
una ex ancillis summi sacerdotis: et
cum vidisset petrū calefacientem se: aspi-
ciēs illū ait. Et tu cū ihesu nazareno e-
ras. At ille negauit dicēs. Neqꝫ scio:
neqꝫ noui qđ dicas. Et exijt foras ātē
atriū: et gallus cantauit. Rursus aūt
cum vidisset illum ancilla cepit dicere
circūstantibus: quia hic ex illis est. At
ille iterū negauit. Et post pusillū rur-
sus qui astabāt dicebāt petro. Vere
ex illis es: nam & galileus es. Ille aūt

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0423
powered by DWork • Heidelberg University Library

repit anathematizare ⁊ iurare: quia nescio hominem istum quem dicitis. Et statim gallus iterum cantauit. Et recordatus est petrus verbi quod dixerat ei ihesus: priusq; gallus cantet bis ter me negabis. Et cepit flere. xv

Et confestim mane consilium facientes summi sacerdotes cum senioribus et scribis et uniuerso concilio: uinctum ihesum duxerunt ⁊ tradiderunt pilato. Et interrogauit eum pilat⁹. Tu es rex iudeorum? At ille respondens ait illi. Tu dicis. Et accusabat eum summi sacerdotes in multis. Pilat⁹ aute rursum interrogauit eum dicens. Non respondes quicq;? Vide in quantis te accusant. Ihesus autem amplius nichil respondit: ita ut miraretur pilatus. Per diem aut festum solebat dimittere illis unum ex uinctis quemcunq; petissent. Erat aut qui dicebatur barrabas. q cum seditiosis erat uinctus qui in seditione fecerat homicidium. Et cum ascendisset turba: cepit rogare sicut semp faciebat illis. Pilatus aut respondit eis ⁊ dixit. Vultis dimittam vobis regem iudeorum? Sciebat enim q per inuidiam tradidissent eum summi sacerdotes. Pontifices autem concitauerunt turbam: ut magis barrabam dimitteret eis. Pilatus aut iterum respondens ait illis. Quid ergo vultis faciam regi iudeorum? At illi iterum clamauerunt. Crucifige eum. Pilatus vero dicebat illis. Quid enim mali fecit? At illi magis clamabant: crucifige eum. Pilatus aut volens pplo satisfacere dimisit illis barrabam: et tradidit ihesum flagellis cesum ut crucifigeretur. Milites aut duxerunt eum in atriu pretorij ⁊ conuocant totam cohortem: ⁊ induunt eum purpura. et imponunt ei plectentes spineam coronam: et cepit salutare eum. Aue rex iudeorum. Et percutiebant caput eius arundine: et conspuebant eum: ⁊ ponentes genua adorabant eum. Et postq; illuserunt ei exuerunt illum purpura: et induerunt eum uestimentis suis: et educunt illum ut crucifigerent eum. Et agariauerunt preterunte quempiam simonem cyrenen uenientem de villa. patrem alexandri ⁊ rufi: ut tolleret crucem eius. Et producunt illum in golgatha locum: qd est interpretatum caluarie locus. Et dabant ei bibere murratum vinum: et non accepit. Et crucifigentes eum diuiserunt uestimenta eius: mittentes sortem sup eis quis quid tolleret. Erat aut hora tercia: et crucifixerunt eum. Et erat titulus cause eius inscriptus: rex iudeorum. Et cum eo crucifigunt duos latrones: unum a dextris et alium a sinistris eius. Et impleta est scriptura q dicit. Et cum iniquis reputatus est. Et pretereuntes blasphemabant eum: mouentes capita sua ⁊ dicentes. Vah qui destruis templum dei: et in tribus diebus reedificas. Saluum fac temetipsum descendens de cruce. Similiter et summi sacerdotes illudentes ad alterutrum cum scribis dicebant. Alios saluos fecit: seipsum non potest saluum facere. Christus rex israel descendat nunc de cruce: ut videamus et credamus. Et qui cum eo crucifixi erant conuitiabantur ei. Et facta hora sexta: tenebre facte sunt p totam terram usq; in horam nonam. Et hora nona exclamauit ihesus voce magna dicens. Eloy. eloy lema sabactani. Quod est interpretatum. Deus meus. deus meus: ut quid dereliquisti me? Et quidam de circumstantibus audientes dicebant. Ecce helyam vocat. Currens aut unus et implens spongiam aceto. circumponensq; calamo: potum dabat ei dicens. Sinite: videamus si veniat helias ad deponendum

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0424
powered by DWork • Heidelberg University Library

eum. Ihesus aūt emissa voce magna expirauit. Et velū templi scissum est ī duo: a summo usq; deorsum. Videns aūt centurio q̄ ex aduerso stabat. quia sic clamās expirasset: ait. Vere homo hic filius dei erat. Erant aūt et mulieres de longe aspicientes: inter quas erat maria magdalene. et maria iacobi minoris. ⁊ ioseph mater. ⁊ salome: et cū esset in galilea sequebant̄ eum et ministrabāt ei: et alie multe que simul cum eo ascenderāt iherosolimā. Et cū iam sero esset factū. quia erat parasceue qd̄ est āte sabbatū. venit ioseph ab arimathia nobilis decurio: qui et ipse erat expectans regnū dei. Et audacter introiuit ad pilatū: ⁊ petijt corpus ihesu. Pilatus aūt mirabat̄ si iam obisset. Et accersito centurione: interrogauit eum si iam mortuus esset. Et cum cognouisset a cēturione: donauit corpus ioseph. Ioseph aūt mercatus sindonem. et deponens eum inuoluit sindone: et posuit eum in monumēto quod erat excisum de petra: et aduoluit lapidem ad ostiū monumenti. Maria magdalene et maria ioseph aspiciebant vbi poneretur. xvi

Et cum transisset sabbatū: maria magdalene et maria iacobi et salome emerunt aromata: ut venientes vngerent ihesum. Et valde mane vna sabbatorum. veniunt ad monumentum: orto iam sole. Et dicebant ad inuicem. Quis reuoluet nobis lapidem ab ostio monumenti? Et respicientes viderunt reuolutum lapidem. Erat quippe magnus valde. Et introeuntes in monumentum viderunt iuuenem sedentem in dextris coopertum stola candida: et obstupuerūt. Qui dicit illis. Nolite expauescere. Ihesum q̄ritis nazarenū. crucifixū: surrexit: nō ē hic. Ecce loc⁹: vbi posuerūt eū. Sed ite dicite discipulis eius et petro: q̄a precedet vos in galileam. Ibi eum videbitis: sicut dixit vobis. At ille excūtes fugerūt de monumento. Inuaserat enim eas tremor et pauor: et nemini quicq̄ dixerūt. Timebāt enī. Surgens aūt ihesus mane prima sabbati apparuit p̄mo marie magdalene: de qua eiecerat septem demonia. Illa vadēs nūciauit hijs. qui cū eo fuerant lugentibus et flentibus: et illi audientes q̄a viueret et visus esset ab ea: nō crediderunt. Post hec aūt duobꝫ ex hijs ambulātibus ostensus est in alia effigie euntibus in villā: et illi eūtes nunciauerūt ceteris: nec illis crediderunt. Nouissime aūt recūbentibus illis vndecī apparuit: et exprobrauit incredulitatē eoꝝ ⁊ duriciā cordis: quia hijs q̄ viderant eū resurrexisse nō crediderunt. Et dixit eis. Euntes ī mundū vniuersū: p̄dicate euangeliū omī creature. Qui crediderit et baptizatus fuerit. saluus erit: qui vero nō crediderit. cōdemnabitur. Signa aūt eos qui crediderint hec sequentur. In nomine meo demonia eicient: linguis loquent̄ nouis: serpentes tollēt. Et si mortiferum quid biberint: non eis nocebit. Sup egros manus imponent: ⁊ bene habebunt. Et dominus quidē ihesus postq̄ locutus est eis. assumptus est in celum: et sedet a dextris dei. Illi autem profecti predicauerunt vbiq;: domino cooperante et sermonem confirmante: sequentibus signis.



Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0425
powered by DWork • Heidelberg University Library

Cerinthus heresiarcha

Cerinthus natione antiochenus arte medicus discipulus apostolorum postea pauli secutus usque ad confessionem eius seruiens dño sine crimine: nam neque uxorem unquam habuit neque filios: septuaginta et quatuor annorum obiit in bithinia plenus spiritu sancto. Qui cum iam scripta essent euangelia · matheum quidem in iudea · et marcum autem in italia: sancto instigante spiritu in achaie partibus hoc scripsit euangelium: significans etiam ipse in principio ante suum alia esse descripta. Cui ergo ea que ordo euangelice dispositionis exposcebat maxime necessitas laboris fuit: ut primum grecis fidelibus omni pharisaica opinione uenturi in carnem dei christi manifestata humanitate ne iudaicis fabulis attenti: in solo legis desiderio tenerentur: uel ne hereticis fabulis et stultis sollicitationibus seducti recederent a ueritate laboraret: deinde · ut in principio euangelii iohannis natiuitate presumpta · cui euangelium scriberet et in quo electus scriberet indicaret: cotestans in se cuncta esse · que essent ab aliis inchoata. Cui ideo post baptismum filii dei a passione generationis in christo implere reperitur a principio natiuitatis humane potestas permissa est: ut requirentibus demonstraret in quo apprehendens erat per nathan filium dauid introitu recurrentis in dei generationis admisso. indisparabilis dei pudicas in hominibus christi sui · passi opus hominis redire in se et filium faceret: qui per dauid patrem uenientibus inerat pbebat in christo. Cui luce non immerito ceteri scribendorum actuum apostolorum potestas in ministerio datur: ut deo in deum pleno et filio pditionis extincto · oratione ab apostolis facta · sorte dominici electionis numerus compleretur: sicut paulus consummationem apostolicus actibus daret · que diu contra stimulum recalcitrantem dns elegisset. Quod et legentibus ac requirentibus deum · et si per singula expedire a nobis uile fuerat: sciens tamen quemquam agricolam oportere de suis fructibus edere · uitauim⁹ publica curiositatem: ne non tam uolentibus deum demonstrare uideremur · quam fastidientibus prodidisse.

Incipit prologus in libro sancti Euangelii secundum Lucam.

Quoniam quidem multi conati sunt ordinare narrationem que in nobis completa sunt rerum · sicut tradiderunt nobis qui ab initio ipsi uiderunt · et ministri fuerunt sermonis: uisum est et mihi assecuto omnia a principio diligenter et ordine tibi scribere optime theophile: ut cognoscas eorum uerborum de quibus eruditus es ueritatem. ℣

Fuit in diebus herodis regis iudee sacerdos quidam nomine zacharias de uice abia · et uxor illi de filiabus aaron: et nomen eius elizabeth. Erant autem iusti ambo ante deum: incedentes in omnibus mandatis et iustificationibus domini sine querela. Et non erat illis filius · eo quod esset elizabeth sterilis: et ambo processissent in diebus suis. Factum est autem cum sacerdotio fungeretur zacharias in ordine uicis sue ante deum: secundum consuetudinem sacerdotii sorte exiit ut incensum poneret ingressus in templum domini. Et omnis multitudo populi erat orans foris hora incensi. Apparuit autem illi angelus domini: stans a dextris altaris

incensi. Et zacharias turbatus est videns: et timor irruit sup eū. Ait autē ad illū āgelus. Ne timeas zacharia: quoniā exaudita est deprecatio tua. Et uxor tua elizabeth pariet tibi filiū. et vocabis nomē eius iohannem: et erit gaudium tibi et exultatio: et multi in natiuitate eius gaudebūt. Erit enim magnꝰ corā dño: et vinū et sicerā nō bibet. Et spiritu sancto replebitur adhuc ex utero matris sue: ⁊ multos filiorū isrl cōuertet ad dñm deum ipsorꝫ. Et ipe p̄cedet ante ipm i spiritu et virtute helie: ut conuertat corda patrū in filios. et incredibiles ad prudentiā iustorꝫ: parare dño plebē ꝑfectā. Et dixit zacharias ad angelū. Vnde hoc sciā? Ego enī sum senex: et uxor mea ꝓcessit in diebꝫ suis. Et respōdens angelus dixit ei. Ego sum gabriel q̄ asto ante deum: ⁊ missus sum loqui ad te: ⁊ hec tibi euangelizare. Et ecce eris tacens et non poteris loqui usqꝫ i diem quo hec fiant: pro eo q̄ non credidisti verbis meis. que implebūtur in tempore suo. Et erat plebs expectans zachariā: et mirabātur q̄ tardaret ipe i templo. Egressus aūt non poterat loqui ad illos. Et cognouerūt q̄ visionem vidisset i templo. Et ipe erat innuens illis: et ꝑmansit mutus. Et factū est ut impleti sunt dies officij eiꝰ: abijt i domū suā. Post hos aūt dies cōcepit elizabeth uxor eius: ⁊ occultabat se mēsibꝫ quinqꝫ dicens. Quia sic fecit michi dominus. in diebus quibus respexit auferre obprobriū meū inter homines. In mense aūt sexto missus ē angelus gabriel a deo in ciuitatem galilee cui nomen nazareth. ad virginem despōsatam viro cui nomē erat ioseph. de domo dauid: et nomē virginis maria.

Et ingressus āgelus ad eā dixit. Aue gratia plena: dñs tecū: benedicta tu in mulieribꝫ. Que cū audisset. turbata est in sermone eius: et cogitabat qualis esset ista salutatio. Et ait angelus ei. Ne timeas maria: inuenisti enī gratiam apud deū. Ecce concipies in utero et paries filiū: ⁊ vocabis nomen eius ihesum. Hic erit magnus: ⁊ filiꝰ altissimi vocabitur. Et dabit illi dñs deꝰ sedem dauid patris eius: et regnabit i domo iacob in eternū: et regni eiꝰ nō erit finis. Dixit aūt maria ad angelū. Quomō fiet istud: quoniā virū non cognosco? Et respōdens angelus dixit ei. Spiritus sanctus supueniet in te: ⁊ virtus altissimi obumbrabit tibi. Ideoqꝫ et qd̄ nascet̄ ex te sanctū: vocabit̄ filiꝰ dei. Et ecce elizabeth cognata tua: ⁊ ipa cōcepit filiū i senectute sua. Et hic mēsis est sextꝰ illi q̄ vocat̄ sterilis? Quia nō erit impossibile apud deum omne verbū. Dixit autē maria. Ecce ancilla dñi: fiat michi secundū verbū tuū. Et discessit ab illa āgelus. Exsurgens aūt maria in diebus illis abijt in mōtana cū festinatione in ciuitatē iuda: et intrauit in domū zacharie: ⁊ salutauit elizabeth. Et factū est ut audiuit salutationem marie elizabeth: exultauit infans in utero eiꝰ. Et repleta est spiritu sancto elizabeth: et exclamauit voce magna ⁊ dixit. Benedicta tu inter mulieres: ⁊ benedictus fructus ventris tui. Et vnde hoc michi: ut veniat mater dñi mei ad me? Ecce enim ut facta est vox salutationis tue i auribꝫ meis: exultauit in gaudio infans in utero meo. Et beata que credidit: quoniā ꝑficientur ea q̄ dicta sunt ei a dño. Et ait maria. Magnificat anima mea dñm: et exultauit spiritus meus in

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0427
powered by DWork • Heidelberg University Library

deo salutari meo: quia respexit humilitatem ancille sue. Ecce enī ex hoc beatam me dicent omnes generationes: quia fecit michi magna: qui potens ē: et sanctū nomē eius. Et misericordia eius in progenie et progenies: timētibus eū. Fecit potentiā in brachio suo: dispersit superbos mente cordis sue. Deposuit potentes de sede: et exaltauit humiles. Esurientes implenit bonis: et diuites dimisit inanes. Suscepit israhel puerum suū memorari misericordie sue: sicut locutus est ad patres nr̄os: abraham et semini eius in secula. Mansit aūt maria cū illa quasi mēsibus tribus: et reuersa est in domū suam. Elisabeth autē impletū est tempus pariendi: et peperit filiū. Et audierūt vicini et cognati eius: quia magnificauit dns misericordiā suā cū illa: et congratulabātur ei. Et factū est in die octaua venerunt circūcidere puerū: et vocabāt eū nomine patris sui zachariā. Et respondens mater eius dixit. Nequaq̄: sed vocabitur iohānes. Et dixerūt ad illā. Quia nemo est in cognatione tua: qui vocetur hoc nomine. Innuebāt autē patri eius: quē vellet vocari eum. Et postulans pugillarē scripsit dicens: iohannes est nomē eius. Et mirati sunt universi. Apertū ē autē illico os eius et lingua eius: et loquebat benedicens deū. Et factus est timor sup omnes vicinos eor: et super omnia montana iudee: diuulgabātur omnia verba hec: et posuerūt omnes qui audierāt in corde suo dicentes. Quis putas puer iste erit? Etenī manus dni erat cū illo. Et zacharias pater eius repletus est spiritu sancto: et prophetauit dicens. Benedictus dns deus israhel: quia visitauit et fecit redemptionem plebis sue. Et erexit cornu salutis nobis in domo dauid pueri sui: sicut locutus est per os sanctorū: q̄ a seculo sunt prophetarū eius: salutem ex inimicis nr̄is: et de manu omniū qui oderūt nos: ad faciendā misericordiā cum patribus nr̄is: et memorari testamenti sui sancti: iusiurandū qd iurauit ad abrahā patrem nr̄m: datum se nobis: ut sine timore de manu inimicorū nr̄orū liberati: seruiamus illi: in sanctitate et iustitia coram ipso: omnibus diebus nr̄is. Et tu puer prophēta altissimi vocaberis. Preibis enī ante faciē dni parare vias eius: ad dandā sciētiam salutis plebi eius: in remissionē peccatorum eorū: per viscera misericordie dei nostri: in quibus visitauit nos oriens ex alto: illuminare his qui in tenebris et in umbra mortis sedent: ad dirigēdos pedes nostros in viam pacis. Puer autem crescebat et confortabatur spiritu: et erat in desertis usq̄ in diem ostensionis sue ad israhel. ¶

Factum est autē in diebus illis: exiit edictum a cesare augusto: ut describeretur universus orbis. Hec descriptio prima facta est a pside syrie cyrino. Et ibāt omnes ut profiterentur: singuli in suā ciuitatē. Ascendit autē et ioseph a galilea de ciuitate nazareth in iudeam ciuitatē dauid que vocat bethleē eo q̄ esset de domo et familia dauid: ut profiteretur cum maria desponsata sibi uxore pregnāte. Factū est autē cū essent ibi: impleti sunt dies ut pareret. Et peperit filiū suū primogenitū: et pānis eū involuit: et reclinauit eū in presepio: quia non erat eis locus in diuersorio. Et pastores erāt in regione eadem vigilantes: et custodientes vigilias noctis sup gregē suū. Et ecce āgelus dni stetit iuxta illos: et claritas dei circumfulsit

illos: et timuerūt timore magno. Et
dixit illis āgelus. Nolite timere. Ecce
enim euangelizo vobis gaudiū ma-
gnum qđ erit omni ꝑpso: quia natus
est vobis hodie saluator qui ē cristus
dn̄s in ciuitate dauid. Et hoc vobis
signū. Inuenietis infantem pannis
inuolutū: et positū ī p̄sepio. Et subito
facta est cum angelo multitudo mili-
tie celestis: laudantiū deū et dicentiū.
Gloria ī altissimis deo: ⁊ in terra pax
hominibꝫ bone volūtatis. Et factū ē
ut discesserūt ab eis angeli in celū: pa-
stores loquebātur adinuicem. Trans-
eamus usq; bethleem: et videamꝰ hoc
verbū qđ factū est qđ fecit dn̄s ⁊ osten-
dit nobis. Et venerūt festinātes: et in-
uenerūt mariā ⁊ ioseph. et infantē po-
situ in p̄sepio. Videntes autē cogno-
uerūt de verbo: qđ dictū erat illis de
puero hoc. Et omnes qui audierant
mirati sunt: et de hijs que dicta erant
a pastoribꝫ ad ip̄os. Maria aūt con-
seruabat omnia verba hec: conferens
in corde suo. Et reuersi sunt pastores
glorificantes et laudātes deū in om̄i-
bus que audierāt ⁊ viderant: sicut di-
ctum est ad illos. Et postq̄ cōsumma-
ti sunt dies octo. ut circūcideret̄ puer:
vocatū est nomē eius ihesus. Quod
vocatū ē ab āgelo priusq̄ ī utero con-
ciperetur. Et postq̄ impleti sunt dies
purgationis eius secūdum legem mo-
ysi tulerūt illū in iherusalē. ut sisterent
eum dn̄o: sicut scriptum est in lege do-
mini. Quia omne masculinū adape-
riens vuluam. sanctū dn̄o vocabitur.
Et ut darent hostiā scđm q̄ dictū est
in lege dn̄i: par turturū aut duos pul-
los columbarꝫ. Et ecce homo erat in
ihrlm cui nomē symeon. Et homo iste
iustꝰ et timoratꝰ expectās cōsolationē
israhel: et spiritus sanctus erat in eo.
Et respōsum acceperat a spiritu sācto.
nō visurū se mortem: nisi prius vide-
ret cristū dn̄i. Et venit in spiritu ī tem-
plum. Et cum inducerent puerū ihesū
parētes eiꝰ. ut facerēt scđm cōsuetudinē
legis pro eo: et ipse accepit eū in vlnas
suas: et benedixit deū ⁊ dixit. Nunc di-
mittis seruū tuū dn̄e scđm verbū tuū ī
pace: quia viderūt oculi mei salutare
tuū: quod parasti ante faciem omniū
ꝑsorū: lumen ad reuelationē gentiū:
et gloriā plebis tue israhel. Et erat pa-
ter eius et mater mirantes sup̄ hijs q̄
dicebātur de illo. Et benedixit illis sy-
meon: ⁊ dixit ad mariā matrem eius.
Ecce positus est hic in ruinam. ⁊ in re-
surrectionē multorꝫ ī israhel: et ī signū
cui cōtradicetur. Et tuā ip̄ius animā
ꝑtransibit gladiꝰ: ut reuelent̄ ex mul-
tis cordibꝫ cogitationes. Et erat āna
prophetissa filia fanuel de tribu aser:
hec ꝓcesserat in diebꝫ multis: et vixerat
cum viro suo ānis septē a virginitate
sua. Et hec vidua usq; ad ānos octo-
gītaquatuor: q̄ nō discedebat de tem-
plo. ieiunijs et obsecrationibꝫ seruiens
nocte ac die. Et hec ip̄a hora supueni-
ens cōfitebat̄ dn̄o: ⁊ loquebat̄ de ip̄o.
omnibꝫ q̄ expectabāt redēptionē ihrlm.
Et ut ꝑfecerūt om̄ia scđm legem dn̄i:
reuersi sunt in galileam. in ciuitatem
suā nazareth. Puer autē crescebat et
cōfortabatur. plenus sapiētia: et gra-
tia dei erat in illo. Et ibāt parentes e-
ius ꝑ om̄es annos in iherusalē in die
solemni pasche. Et cū factus esset an-
norꝫ duodecim. ascendentibꝫ illis in
iherosolimā scđm cōsuetudinē diei fe-
sti. cōsummatisq; diebꝫ cum redirent.
remāsit puer ihesus in iherusalē: ⁊ nō
cognouerūt parentes eiꝰ. Existimātes

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0429
powered by DWork • Heidelberg University Library

autē illū esse in comitatu: venerūt iter
diei: ⁊ requirebāt eū inter cognatos et
notos. Et nō inuenientes regressi sūt
in iherusalē: requirentes eum. Et factū
est post triduū· inuenerunt eū in tēplo
sedentem in medio doctorꝝ: audientē
illos· et interrogantem eos. Stupebāt
aūt omēs qui eū audiebant· sup pru-
dentia ⁊ responsis eius. Et videntes
ammirati sunt. Et dixit mater eiꝰ ad
illū. Fili quid fecisti nobis sic? Ecce pa-
ter tuus et ego· dolentes querebamus
te. Et ait ad illos. Quid est q̄ me que-
rebatis? Nesciebatis quia ī hijs que
patris mei sunt oportet me esse? Et ipi
non intellexerūt verbū qd̄ locutus est
ad eos. Et descendit cum eis: et venit
nazareth: et erat subditꝰ illis. Et ma-
ter eiꝰ cōseruabat omīa verba hec ī corde
suo. Et ihesus ꝓficiebat sapiētia et eta-
te ⁊ gratia apud deū ⁊ hoīes. iij

Anno autē quītodecimo imperij
tyberij cesaris· procurāte pōcio
pilato iudeam: tetrarcha aūt galilee
herode: philippo aūt fratre eiꝰ tetrarcha
ituree et traconitidis regionis: ⁊ lysa-
nia abiline tetrarcha· sub principibꝫ
sacerdotum anna et caypha: factū est
verbum dn̄i sup iohannē zacharie fi-
lium in deserto. Et venit in omnē regi-
onem iordanis predicans baptismū
penitentie ī remissionē peccatorꝝ: sicut
scriptū est in libro sermonū ysaie ꝓphe-
te. Vox clamātis in deserto parate vi-
am domini: rectas facite semitas eius.
Omnis vallis implebitur: et omnis
mons et collis humiliabitur. Et erūt
praua in directa ⁊ aspera in vias pla-
nas: ⁊ videbit omīs caro salutare dei.
Dicebat ergo ad turbas q̄ exiebant ut
baptizarent ab ipo. Genimina vipe-
rarum: quis ostendit vobis fugere a
vētura ira? Facite ergo fructꝰ dignos
penitentie: ⁊ ne ceperitis dicere patrem
habemꝰ abraham. Dico enim vobis:
quia potens est deus de lapidibꝫ istis
suscitare filios abrahe. Iam enī secu-
ris ad radicē arboris posita ē. Omīs
ergo arbor nō faciens fructū bonū ex-
cidetur: ⁊ in ignē mittetur. Et interro-
gabāt eum turbe dicentes. Quid ergo
faciemꝰ? Respōdens aūt dicebat illis.
Qui habet duas tunicas det non ha-
benti: et qui habet escas similiter faci-
at. Venerūt aūt et publicani ut bapti-
zarentur: ⁊ dixerūt ad illū. Magister·
quid faciemus? At ille dixit ad illos.
Nichil amplius q̄ qd̄ cōstitutū ē vo-
bis faciatis. Interrogabant aūt eū et
milites dicētes. Quid faciemꝰ ⁊ nos?
Et ait illis. Neminē concutiatis neq;
calūniam faciatis: ⁊ contenti estote sti-
pendijs vestris. Existimāte aūt ꝓpso
et cogitantibꝫ omnibus in cordibus
suis de iohāne· ne forte ipe esset cristus:
respōdit iohānes dicēs omnibꝫ. Ego
quidē aqua baptizo vos: veniet aūt
fortior· cuiꝰ non sum dignus soluere
corrigiā calciamentorꝝ eius: ipe vos
baptizabit ī spiritu sācto et igni. Cuiꝰ
ventilabrū in manu eiꝰ: ⁊ purgabit a-
reā suā· et cōgregabit triticū in horre-
um suū: paleas aūt cōburet igni inex-
tinguibili. Multa quidē ⁊ alia exhor-
tans euāgelizabat ꝓpso. Herodes au-
tem tetrarcha cum corripertē ab illo de
herodiade vxore fratris sui· et de omī-
bus malis que fecit herodes: adiecit ⁊
hoc sup omnia: ⁊ inclusit iohannem
in carcerem. Factū est aūt cū baptiza-
retur omnis ꝓplus· et ihesu baptizato
et orāte apertū est celū: et descendit spi-
ritus sanctus corporali specie sicut co-
lumba in ipm: et vox de celo facta est.

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0430
powered by DWork • Heidelberg University Library

Tu es filius meus dilectus: in te complacuit michi. Et ipse ihesus erat incipiens quasi annoꝝ triginta ut putabatur filius ioseph· qui fuit heli· qui fuit mathath· q̄ fuit leui· q̄ fuit melchi· q̄ fuit iānę· q̄ fuit ioseph· q̄ fuit mathathie· q̄ fuit amos· q̄ fuit naum· q̄ fuit hesli· q̄ fuit nagge· q̄ fuit maath· qui fuit mathathie· q̄ fuit semei· q̄ fuit ioseph· q̄ fuit iuda· qui fuit iohanna· qui fuit resa· q̄ fuit zorobabel· qui fuit salathiel· q̄ fuit neri· q̄ fuit melchi· q̄ fuit addi· q̄ fuit thosan· q̄ fuit helmadan· q̄ fuit her· qui fuit iheſu· qui fuit heliezer· qui fuit iorim· qui fuit matthath· qui fuit leui qui fuit symeon· qui fuit iuda· qui fuit ioseph· q̄ fuit iona· qui fuit heliachim· qui fuit melcha· qui fuit menna· q̄ fuit mathata· qui fuit nathan· qui fuit dauid· qui fuit iesse· qui fuit obeth· qui fuit booz· q̄ fuit salmō· q̄ fuit naason· q̄ fuit aminadab· q̄ fuit aram· q̄ fuit esrō· qui fuit phares· q̄ fuit iude· q̄ fuit iacob· qui fuit ysaac· q̄ fuit abrahe· qui fuit thare· qui fuit nachor· qui fuit seruth· qui fuit ragau· q̄ fuit phalech· qui fuit heber· qui fuit sale· qui fuit chaynan· q̄ fuit arphaxat· qui fuit sem· q̄ fuit noe· q̄ fuit lamech· q̄ fuit mathusale· q̄ fuit enoth· qui fuit iareth· q̄ fuit malaleel· qui fuit chaynan· qui fuit enos· q̄ fuit seth· q̄ fuit adam· qui fuit dei. mi

Ihesus autē plen⁹ spiritu sancto regressus est a iordane: et agebatur in spiritu in deserto diebꝫ quadragīta: et temptabat̄ a dyabolo. Et nichil māducauit in diebꝫ illis: et consūmatis illis esurijt. Dixit autē illi dyabolus. Si filius dei es? Dic lapidi huic ut panis fiat. Et respondit ad illū ihesus. Scriptum est· quia non in pane solo viuit homo: sed in oī verbo dei. Et duxit illū dyabolus: et ostendit illi omnia regna orbis terre in momento tēporis: et ait illi. Tibi dabo potestatē hanc uniuersam· et gloriā illoꝝ: quia michi tradita sunt· et cui volo do illa. Tu ergo procidens si adoraueris cora me? Erūt tua oīa. Et respondens ihesus dixit illi. Scriptū est. Dñm deum tuū adorabis: et illi soli seruies. Et duxit illū in ierlim· et statuit eū super pinnā templi: et dixit illi. Si filius dei es? Mitte te hinc deorsum. Scriptū est enī· q̄ angelis suis mādauit de te· ut conseruent te: et quia in manibꝫ tollent te· ne forte offendas ad lapidem pedem tuū. Et respondēs ihesus ait illi. Dictum est. Non temptabis dñm deū tuū. Et consūmata oī temptatōne: dyabol⁹ recessit ab illo usqꝫ ad temp⁹. Et regressus est ihesus in virtute spiritus in galileam: et fama exijt p uniuersam regionem de illo. Et ipse docebat in synagogis eoꝝ: et magnificabat̄ ab oībus. Et venit nazareth ubi erat nutritus: et intrauit sēm consuetudinē suā die sabbati in synagogā: et surrexit legere. Et traditus est illi liber ysaye prophete. Et ut reuoluit librū: inuenit locum ubi scriptū erat. Spiritus dñi sup me p̄ter qđ unxit me euāgelizare pauperibꝫ misit me: sanare contritos corde· predicare captiuis remissionē· et cecis visum: dimittere confractos in remissionē: p̄dicare annū dñi acceptū: et diē retributionis. Et cū plicuisset librum: reddidit ministro et sedit. Et oīum in synagoga oculi erāt intendētes in eū. Cepit autē dicere ad eos. qꝫ hodie impleta ē hec scriptura in auribꝫ vestris. Et omnes testimoniū illi dabant: et mirabant̄ in verbis gratie· q̄ procedebāt de ore ipsius: et dicebant.

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0431
powered by DWork • Heidelberg University Library

Nōne hic est filiꝰ ioseph? Et ait illis.
Utiq; dicetis michi hanc similitudinē.
Medice cura teipsum. Quanta audi-
uimus facta in capharnaū: fac et hic
in patria tua. Ait aūt. Amen dico vo-
bis quia nemo ꝓpheta acceptꝰ ē in pa-
tria sua. In veritate dico vobis: multe
vidue erant in israhel in diebus helie
quādo clausum est celum annis tribꝫ
et mensibus sex. cum facta esset fames
magna in omni terra: ⁊ ad nullā illa-
rum missus est helias. nisi in sarepta
sydonie. ad mulierem viduā. Et msti
leprosi erant in israhel sub helyseo pro-
pheta: ⁊ nemo eorꝫ mundatus est nisi
naaman syrus. Et repleti sunt omnes
in synagoga ira hec audiētes. Et sur-
rexerūt ⁊ eiecerūt illū extra ciuitatem: et
duxerūt illū usq; ad supciliū montis.
sup quē ciuitas illorꝫ erat edificata: ut
p̄cipitarent eum. Ip̄e autem trāsiens.
per mediū illorꝫ ibat. Et descendit in
capharnaum ciuitatem galilee: ibiq;
docebat illos sabbatis. Et stupebant
in doctrina eius: quia ī potestate erat
sermo ipsius. Et in synagoga erat ho-
mo habens demoniū immūdum: et
exclamauit voce magna dicens. Si-
ne: q̄d nobis. et tibi ihesu nazarene?
Venisti ꝑdere nos. Scio te q̄ sis: san-
ctus dei. Et increpauit illū ihesus di-
cens. Obmutesce: et exi ab eo. Et cum
proiecisset illū demoniū in medium ex-
iit ab illo: nichilq; illum nocuit. Et fa-
ctus est pauor in omnibꝫ: et colloque-
bant̄ adinuicem dicentes. Quod ē hoc
verbū: quia in potestate et virtute impe-
rat immūdis spiritibus ⁊ exeunt? Et
diuulgabat̄ fama de illo. in omnem
locū regionis. Surgens aūt ihesus
de synagoga. introiuit in domū simo-
nis. Socrus autem simonis tenebat̄
magnis febribus: et rogauerūt illum
pro ea. Et stans sup illā imperauit fe-
bri ⁊ dimisit illam: et cōtinuo surgēs
ministrauit illis. Cū sol aūt occidisset
om̄es qui habebāt infirmos varijs
languoribus. ducebāt illos ad eum:
at ille singulis manus imponens cu-
rabat eos. Exiebant aūt demonia a
multis clamantia ⁊ dicentia: quia tu
es filius dei. Et increpans nō sinebat
ea loqui: quia sciebāt ip̄m esse cristum.
Facta aūt die egressus ibat in desertū
locum: et turbe requirebāt eum et ve-
nerūt usq; ad ip̄m: ⁊ detinebāt illum
ne discederet ab eis. Quibus ille ait.
Quia ⁊ alijs ciuitatibꝫ oportet me euā-
gelizare regnū dei: q̄a ideo missꝰ sū. Et
erat p̄dicās ī synagogis galilee. u

Factum est aūt cū turbe irruerent
in eum ut audirent verbū dei:
et ip̄e stabat secus stagnū genezareth.
Et vidit duas naues stantes secꝰ sta-
gnum: piscatores aūt descenderant ⁊
lauabāt retia. Ascendēs aūt ī vnā na-
uim que erat simonis: rogauit eum
a terra reducere pusillū. Et sedēs doce-
bat de nauicula turbas. Ut cessauit
aūt loqui: dixit ad simonē. Duc in al-
tum: et laxate retia vestra in capturā.
Et respōdens simon dixit illi. Prece-
ptor ꝑ totam noctem laborātes nichil
cepimus: in verbo autem tuo laxabo
rete. Et cum hoc fecissent: cōcluserunt
pisciū multitudinē copiosam. Cūpeba-
tur autem rete eorꝫ. Et annuerūt socijs
qui erant in alia naui: ut venirent et
adiuuarent eos. Et venerunt ⁊ imple-
uerunt ambas nauiculas: ita ut mer-
gerentur. Quod cum videret simon pe-
trus: procidit ad genua ihesu dicens.
Exi a me: q̄a homo peccator sum dn̄e.
Stupor enim circūderat eum. ⁊ om̄es

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0432
powered by DWork • Heidelberg University Library

qui cum illo erant: in captura pisciū
quā ceperant. Similiter aūt iacobū ⁊
iohānem filios zebedei: qui erant so-
cij simonis. Et ait ad simonē ihesus.
Noli timere: ex hoc iam homines eris
capiēs. Et subductis ad terrā nauibꝫ:
relictis omnibꝫ secuti sunt illū. Et fa-
ctum est cum esset in vna ciuitatū: ⁊ ec-
ce vir plenus lepra. et videns ihesum.
et ꝓcidens in faciem suā: rogauit eum
dicēs. Domine: si vis potes me mun-
dare. Et extendens manū: tetigit eum
dicēs. Volo. Mūdare. Et cōfesti lepra
discessit ab illo. Et ipe ꝑcepit illi ut ne-
mini diceret: sed vade ostende te sacer-
doti: et offer pro emundatione tua si-
cut ꝑcepit moyses in testimoniū illis.
Perābulabat aūt magis sermo de il-
lo: et cōueniebāt turbe multe ut audi-
rent: ⁊ curarentur ab infirmitatibus
suis. Ipe aūt secedebat in desertum et
orabat. Et factū est in vna dierꝫ: ⁊ ipe
sedebat docens. Et erāt pharisei seden-
tes ⁊ legis doctores qui venerant ex o-
mni castello galilee ⁊ iudee. et ihrlm:
⁊ virtus dñi erat ad sanandū eos. Et
ecce viri portantes in lecto hominē q̄
erat paraliticus: et querebant eū infer-
re et ponere ante eum. Et non inueni-
entes qua parte illū inferrent ꝑ turba:
ascenderūt supra tectum. et per tegulas
summiserūt eū cum lecto in mediū āte
ihesum. Quorꝫ fidē ut vidit dixit. Ho-
mo: remittuntur tibi peccata tua. Et
ceperūt cogitare scribe et pharisei dicen-
tes. Quis ē hic qui loquitur blasphe-
mias? Quis potest dimittere peccata:
nisi solus deꝰ? Vt cognouit aūt ihesus
cogitatōnes eorꝫ: respōdens dixit ad il-
los. Quid cogitatis ī cordibꝫ vestris?
Quid ē facilius dicere dimittunt̄ tibi
pcca: an dicere surge ⁊ ābula? Vt aūt
sciatis q̄a filiꝰ hoīs habet potestatē in
terra dimittendi peccata: ait paralitico.
Tibi dico surge: tolle lectū tuū: et vade
in domū tuā. Et cōfestim consurgēs
corā illis tulit lectū in quo iacebat: et
abijt in domū suā magnificans deū.
Et stupor apphendit omēs: ⁊ magni-
ficabāt deū. Et repleti sunt timore di-
centes: quia vidimꝰ mirabilia hodie.
Et post hec exijt: ⁊ vidit publicanum
nomine leui sedentem ad theloneū: et
ait illi. Sequere me. Et relictis omni-
bus: surgens secutus est eum. Et fecit
ei cōuiuiū magnū leui in domo sua:
et erat turba multa publicanorꝫ. ⁊ ali-
orū qui cum illis erant discumbentes.
Et murmurabāt pharisei et scribe eorꝫ:
dicentes ad discipulos eiꝰ. Quare cū
publicanis ⁊ peccatoribus manduca-
tis et bibitis? Et respōdens ihesus di-
xit ad illos non egent q̄ sani sunt me-
dico: sed qui male habent. Non veni
vocare iustos: sed peccatores ad pe-
nitentiam. At illi dixerunt ad eū. Qua-
re discipuli iohannis ieiunant frequē-
ter et obsecrationes faciunt. similiter
et phariseorꝫ: tui autē edunt ⁊ bibūt?
Quibus ipse ait? Nunquid potestis
filios sponsi dum cū illis est sponsus
facere ieiunare? Venient aūt dies: ⁊ cū
ablatus fuerit ab illis sponsus. tunc
ieiunabūt in illis diebꝫ. Dicebat aūt
et similitudinē ad illos. Quia nemo
cōmissurā a nouo vestimento immit-
tit in vestimentū vetus: alioquin ⁊ no-
uum rumpit: ⁊ veteri nō cōuenit com-
missura a nouo. Et nemo mittit vi-
num nouū in vtres veteres: alioquin
rūpit vinū nouū vtres: et vinū effun-
detur ⁊ vtres peribūt. Sed vinū nouū
in vtres nouos mittendū est: ⁊ vtraq;
conseruātur. Et nemo bibēs vetꝰ statī





Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0433
powered by DWork • Heidelberg University Library

vult nouū: dicit enī vet⁹ meli⁹ ē. vi
Factū est aūt in sabbato secundo
primo · cū transiret per sata vel-
lebāt discipli eius spicas: et māduca-
bant confricantes manibus. Quidā
aūt phariseorū dicebant illis. Quid
facitis qd̄ non licet in sabbatis? Et re-
spondens ihesus ad eos dixit. Nec hoc
legistis qd̄ fecit dauid · cū esurisset ipse
et qui cum illo erant: quomō intrauit
in domum dei · et panes ꝓpositionis
sumpsit ⁊ māducauit · et dedit hijs q̄
cum ipo erant: q̄s nō licet māducare
nisi tantū sacerdotibꝫ? Et dicebat illis:
quia dn̄s est filius hominis etiā sab-
bati. Factū est aūt et in alio sabbato:
ut intraret in synagogam et doceret.
Et erat ibi homo: ⁊ man⁹ eius dextra
erat arida. Obseruabāt autem scribe
et pharisei si in sabbato curaret: ut in-
uenirent unde accusarent eū. Ipe vero
sciebat cogitatōnes eoꝝ: et ait homini
qui habebat manū aridā. Surge: et
sta in medium. Et surgens stetit. Ait
aūt ad illos ihesus. Interrogo vos si
licet sabbatis benefacere an male: ani-
mam saluā facere an ꝑdere? Et circū-
spectis omnibꝫ dixit homini. Extende
manū tuā. Et extendit: et restituta est
manus eius. Ipi aūt repleti sunt insi-
pientia: ⁊ colloquebant̄ ad inuicē · q̄d-
nam facerent ihesu. Factū est aūt in il-
lis diebꝫ exijt in montem orare: ⁊ erat
ꝑnoctans ī oratione dei. Et cum dies
factus esset vocauit discipulos suos:
et elegit duodecim ex ipis q̄s ⁊ apl̄os
nominauit: simonē quē cognomina-
uit petrū et andreā fratrem eius: iaco-
bum ⁊ iohannē · philippū et bartholo-
meum · matheum et thomam iacobū
alphei et simonem qui vocat̄ zelotes
et iudam iacobi: et iudam scarioth q̄
fuit proditor. Et descendens cum illis
stetit in loco campestri ⁊ turba discipu-
loꝝ eius: et multitudo copiosa plebis
ab om̄i iudea ⁊ iherusalē et maritima
et tyri et sydonis · qui venerāt ut audi-
rent eum: ⁊ sanarentur a languoribꝫ
suis. Et qui vexabantur a spiritibus
immūdis curabantur. Et omnis tur-
ba querebat eum tangere: quia virtus
de illo exiebat et sanabat omnes. Et
ipse eleuatis oculis ī discipulos suos
dicebat. Beati pauperes: quia vestrū
est regnū dei. Beati qui nunc esuritis:
quia saturabimini. Beati qui nunc
fletis: quia ridebitis. Beati eritis cum
vos oderit hoīes ⁊ cū separauerint vos
et exprobrauerint: et eiecerint nomen
vestrū tanq̄ malū ꝓpter filiū hominis.
Gaudete in illa die ⁊ exultate: ecce enī
merces vestra multa est in celo. Secun-
dum hec enim faciebant prophetis pa-
tres eoꝝ. Verūtamen ve vobis diuiti-
bus: qui habetis consolationē vestrā.
Ve vobis qui saturati estis: quia esu-
rietis. Ve vobis qui ridetis nunc: q̄a
lugebitis et flebitis. Ve cū bene vobis
dixerint om̄es homines. Secundū hec
enim faciebāt ꝓphetis patres eoꝝ. Sed
vobis dico qui auditis. Diligite ini-
micos vestros: benefacite hijs q̄ vos
oderunt. Benedicite maledicentibus
vos: orate pro calumniātibus vos.
Ei qui te ꝑcutit in maxillā · prebe ⁊ al-
teram: et ab eo qui aufert tibi vestimē-
tum · etiā tunicam noli ꝓhibere. Om̄i
aūt petenti te tribue: et qui aufert que
tua sunt ne repetas. Et prout vultis
ut faciant vobis homines: et vos faci-
te illis similiter. Et si diligitis eos qui
vos diligunt: que vobis est gratia?
Nam et peccatores diligentes se dili-
gunt. Et si benefeceritis hijs q̄ vobis

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0434
powered by DWork • Heidelberg University Library

benefaciunt: que vobis est gratia? Nam quidem et peccatores hoc faciunt. Et si mutuū dederitis his a quibus speratis recipere: q̄ gratia est vobis? Etiā et peccatores peccatoribus fenerant: ut recipiant equalia. Verūtamen diligite inimicos vestros: benefacite et mutuū date nichil inde sperantes: et erit merces vestra multa: et eritis filij altissimi: quia ipse benignus est super ingratos et malos. Estote ergo misericordes: sicut et pater vester misericors est. Nolite iudicare: et non iudicabimini. Nolite condemnare: et non cōdemnabimini. Dimittite: et dimittemini. Date: et dabitur vobis. Mensurā bonā et confertam: et coagitatā et super effluentem dabūt in sinū vestrū. Eadē enim mensura qua mensi fueritis: remetietur vobis. Dicebat aūt illis et similitudinem. Numquid potest cecus cecum ducere? Nōne ambo in foueā cadūt? Nō est discipulus super magistrū: perfectus autē omnis erit: si sit sicut magister eius. Quid aūt vides festucā in oculo fratris tui: trabem aūt que in oculo tuo est non considerας? Aut quomodo potes dicere fratri tuo. frater sine eiciā festucā de oculo tuo: ipse in oculo tuo trabem non videns? Hypocrita eice primū trabem de oculo tuo: et tunc perspicies ut educas festucam de oculo fratris tui. Non est enim arbor bona q̄ facit fructus malos: neq; arbor mala faciens fructum bonū. Unaquaeq; enim arbor de fructu suo cognoscitur. Neq; enim de spinis colligūt ficus: neq; de rubo vindemiāt uuam. Bonus homo de bono thesauro cordis sui profert bonū: et malus homo de malo thesauro profert malū. Ex abūdātia enim cordis os loquit. Quid aūt vocatis me dñe dñe: et nō facitis que dico? Omnis q̄ venit ad me: et audit sermones meos: et facit eos: ostendā vobis cui similis sit. Similis est homini edificāti domū qui fodit in altū: et posuit fundamentū supra petram. Inundatione autem facta illisum est flumen domui illi: et nō potuit eam mouere. Fundata enim erat supra petram. Qui aūt audit et nō facit similis est homini edificanti domū suā supra terram sine fundamento: in quā illisus est fluuius: et cōtinuo recidit: et facta est ruina domus illius magna.

VII

Cum aūt implesset omnia verba sua in aures plebis: intrauit capharnaū. Centurionis aūt cuiusdā seruus male habens erat moriturus: qui illi erat pretiosus. Et cum audisset de ihesu: misit ad eum seniores iudeorum: rogans eū ut veniret: et saluaret seruū eius. At illi cū venissent ad ihesum rogabant eum sollicite dicentes ei: q̄a dignus est ut hoc illi prestes. Diligit enim gentem nostram: et synagogam ipse edificauit nobis. Ihesus autem ibat cū illis. Et cum iam non longe esset a domo: misit ad eum centurio amicos dicens. Domine: noli vexari. Nō enim sum dignus ut sub tectū meū intres: propter qđ et meipsum non sum dignum arbitratus ut venirem ad te: sed dic verbo et sanabitur puer meus. Nam et ego homo sum sub potestate cōstitutus: habens sub me milites: et dico huic vade et vadit: et alio veni et venit: et seruo meo fac hoc et facit. Quo audito ihesus miratus est: et cōuersus sequentibus se turbis dixit. Amen dico vobis: nec in israhel tantam fidem inueni. Et reuersi qui missi fuerant domum: inuenerūt seruū qui languerat sanū. Et factū est deinceps ibat ihesus

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0435
powered by DWork • Heidelberg University Library

in ciuitatem que vocat̃ naym: et ibant cum eo discipuli eius ⁊ turba copiosa. Cum aũt appropiquaret porte ciuitatis: ecce defunctus efferebatur filius unicus matris sue. Et hec vidua erat: et turba ciuitatis multa cum illa. Quã cum vidisset dñs: misericordia motus sup eã dixit illi. Noli flere. Et accessit: et tetigit loculũ. Hij aũt qui portabãt steterũt. Et ait. Adolescẽs tibi dico surge. Et resedit qui erat mortuus: ⁊ cepit loqui: et dedit illũ matri sue. Accepit aũt omnes timor: et magnificabant deum dicentes. Quia ꝓpheta magnus surrexit in nobis: ⁊ quia deꝰ visitauit plebem suã. Et exiit hic sermo in universam iudeam de eo: et omnẽ circa regionẽ. Et nũciauerũt iohãni discipuli eius de omnibus hijs. Et cõuocauit duos de discipulis suis iohannes: et misit ad ihesum dicens. Tu es q̃ venturꝰ es. an alium expectamꝰ? Cũ aũt venissent ad eum viri dixerunt. Johãnes baptista misit nos ad te dicens. Tu es qui venturus es an aliũ expectamus? In ipsa aũt hora multos curauit a languoribus suis et plagis. et spiritibus malis: ⁊ cecis multis donauit visum. Et respondens dixit illis. Euntes renũciate iohanni que audistis ⁊ vidistis. Quia ceci vident claudi ambulant. leprosi mundant̃: surdi audiunt. mortui resurgunt. pauperes euangelizant̃: et beatus est quicũq; nõ fuerat scãdalizatꝰ in me. Et cum discessissent nuncij iohãnis: cepit de iohãne dicere ad turbas. Quid existis in desertum videre? Arundinẽ vento agitatã? Sed q̃d existis videre? Hoiem mollibz vestimẽtis indutũ? Ecce qui in veste pretiosa sũt et deliciis. i domibz regũ sũt. Sed quid existis videre? Prophetam? Etiã dico vobis: et plus q̃ ꝓphetã? Hic est de quo scriptum est. Ecce mitto angelũ meũ ante faciem tuã: qui ꝓparabit viam tuã ante te. Dico enim vobis: maior inter natos mulierũ ꝓpheta iohãne baptista nemo est. Qui aũt minor est in regno dei maior est illo. Et omnis ꝓplus audiens. et publicani iustificauerũt deum: baptizati baptismo iohãnis. Pharisei aũt ⁊ legisperiti. consiliũ dei spreuerunt in semetipsos: nõ baptizati ab eo. Ait autem dñs. Cui ergo similes dicam homines generationis hui⁹: et cui similes sunt? Similes sũt pueris sedẽtibz i foro: et loquẽtibz ad inuicẽ et dicẽtibus. Cantauim⁹ vobis tibijs et non saltastis: lamẽtauim⁹ ⁊ non plorastis. Venit aũt iohãnes baptista neq; mãducãs panem neq; bibẽs vinũ: et dicitis. Demoniũ habet. Venit filius hois manducãs ⁊ bibens: et dicitis. Ecce homo deuorator: et bibens vinũ amicus publicanoꝝ et peccatoꝝ. Et iustificata est sapientia. ab omnibus filijs suis. Rogabat aũt illũ quidã de phariseis ut mãducaret cum illo. Et ingressus domum pharisei discubuit. Et ecce mulier que erat in ciuitate peccatrix. ut cognouit q̃ accubuit in domo pharisei attulit alabastrũ vngenti: et stans retro secus pedes ei⁹ lacrimis cepit rigare pedes ei⁹. et capillis capitis sui tergebat: ⁊ osculabat̃ pedes ei⁹ et vngento vngebat. Videns aũt pharisеus q̃ vocauerat eũ: ait intra se dicẽs. Hic si esset ꝓpheta: sciret vtiq; que ⁊ qualis ẽ mulier que tangit eum: quia peccatrix est. Et respondens ihesus dixit ad illum. Simon: habeo tibi aliquid dicere. At ille ait. Magister dic. Duo debitores erant cuidam feneratori: unꝰ

debebat denarios quingentos: et alius quinquaginta. Non habentibus illis unde redderent: donauit utrisq. Quis ergo eum plus diliget? Respondens simon dixit. Estimo: quia is cui plus donauit. At ille dixit ei. Recte iudicasti. Et conuersus ad mulierem dixit simoni. Vides hanc mulierem? Intraui in domum tuam: aquam pedibus meis non dedisti: hec autem lacrimis rigauit pedes meos. & capillis suis terxit. Osculum michi non dedisti: hec autem ex quo intraui non cessauit osculari pedes meos. Oleo caput meum non unxisti: hec autem unguento unxit pedes meos. Propter quod dico tibi. Remittunt ei peccata multa: quoniam dilexit multum. Cui autem minus dimittitur minus diligit. Dixit autem ad illam. Remittunt tibi peccata. Et ceperunt qui simul accumbebant dicere intra se. Quis est hic qui etiam peccata dimittit? Dixit autem ad mulierem. Fides tua te saluam fecit. Vade in pace. vnj.

Et factum est deinceps. & ipe iter faciebat per ciuitates et castella predicans & euangelizans regnum dei: & duodecim cum illo. et mulieres aliquę q erant curate a spiritibus malignis et infirmitatibus: maria que uocat magdalene. de qua septem demonia exierant. & iohanna uxor chuze procuratoris herodis. et susanna et alie multe que ministrabant ei de facultatibus suis. Cum autem turba plurima conueniret et de ciuitatibus properarent ad eum: dixit per similitudinem. Exiit qui seminat seminare semen suum. Et dum seminat aliud cecidit secus uiam. et conculcatum est: et uolucres celi comederunt illud. Et aliud cecidit supra petram. & natum aruit: quia non habebat humorem. Et aliud cecidit inter spinas: et simul exorte spine suffocauerunt illud. Et aliud cecidit in terram bonam: et ortum fecit fructum centuplum. Hec dicens clamabat. Qui habet aures audiendi audiat. Interrogabant autem eum discipuli ei⁹: q esset hec parabola. Quibus ipe dixit. Vobis datum est nosse misterium regni dei: ceteris autem in parabolis: ut uidentes non uideant. & audientes non intelligant. Est autem hec parabola. Semen est uerbum dei. Qui autem secus uiam. hij sunt qui audiunt: deinde uenit dyabolus & tollit uerbum de corde eorum. ne credentes saui fiant. Nam qui supra petram: qui cum audierint cum gaudio suscipiunt uerbum. Et hij radices non habent: quia ad tempus credunt. et in tempore temptationis recedunt. Quod autem in spinas cecidit: hij sunt qui audierunt et a sollicitudinibus et diuitijs et uoluptatibus uite euntes suffocantur. & non referunt fructum. Quod autem in bonam terram: hij sunt qui in corde bono et optimo audientes uerbum retinent. & fructum afferunt in patientia. Nemo autem lucernam accendens operit eam uase. aut subtus lectum ponit: sed supra candelabrum ponit: ut intrantes uideant lumen. Non enim occultum quod non manifestetur: nec absconditum quod non cognoscatur. & in palam ueniat. Videte ergo quid audiatis. Qui enim habet dabitur illi: et quicunq; non habet: etiam quod putat se habere auferetur ab illo. Venerunt autem ad illum mater et fratres ei⁹. & non poterant adire ad eum pre turba. Et nunciatum est illi. Mater tua & fratres tui stant foris: uolentes te uidere. Qui respondens dixit ad eos. Mater mea & fratres mei hij sunt: qui uerbum dei audiunt et faciunt. Factum est autem in una dierum: et ipe ascendit in nauiculam.

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0437
powered by DWork • Heidelberg University Library

et discipuli ei⁹: et ait ad illos. Trāsfre-
temus trans stangnū. Et ascenderūt.
Et nauigātibus illis obdormiuit: et
descendit procella venti in stangnū: ⁊
compellebant̄ et periclitabant̄. Acce-
dentes autem suscitauerūt eū dicentes.
Preceptor perim⁹. At ille surgens in-
crepauit ventū et tempestatem aque et
cessauit: ⁊ facta est trāquillitas. Dixit
autem illis. Vbi est fides vestra? Qui
timētes mirati sunt ad inuicem dicen-
tes. Quisputas hic est? Quia et venti⁹
et mari imperat. ⁊ obediunt ei. Et na-
uigauerūt ad regionē gerasenorū. q̄
est contra galileā. Et cum de naui e-
gressus esset ad terram occurrit illi vir
quidā q̄ habebat demoniū iā tēporibꝫ
multis: et vestimēto non induebatur:
neq; in domo manebat sed in monu-
mentis. Is ut vidit ihesum ꝓcidit an-
te illū: et exclamās voce magna dixit.
Quid michi ⁊ tibi est ihesu fili dei altis-
simi? Obsecro te: ne me torqueas. Pre-
cipiebat enim spiritui immūdo: ut ex-
iret ab homine. Multis enī tempori-
bus arripiebat illū: ⁊ vinciebat̄ cathe-
nis ⁊ cōpedibꝫ custodit⁹: et ruptis vin-
culis agebatur a demonio in deserta.
Interrogauit autē illū ihesus dicens.
Quod tibi nomē est? At ille dixit. Le-
gio. Quia intrauerāt demonia mlta
in eum. Et rogauerūt illū: ne impera-
ret illis ut in abissum irent. Erat aūt
ibi grex porcoꝝ multorū pascentiū in
monte: et rogabāt eū ut ꝑmitteret eis
in illos ingredi. Et ꝑmisit illis. Exie-
runt ergo demonia ab homine: et in-
trauerunt in porcos: et impetu abijt
grex ꝑ p̄ceps ī stangnū: ⁊ suffocat⁹ est.
Qd̄ ut viderūt factū q̄ pascebant fuge-
runt: ⁊ nunciauerūt in ciuitatē et ī vil-
las. Exierūt aūt videre qd̄ factū est: et
venerūt ad ihesum. ⁊ inuenerūt homi-
nem sedentem a quo demonia exierāt
vestitū. ac sana mente ad pedes eius:
et timuerūt. Nūciauerūt aūt illis et q̄
viderant: quomō sanus factus esset a
legione. Et rogauerūt illū om̄is mul-
titudo gerasenoꝝ. ut discederet ab ip̄is:
quia magno timore tenebant̄. Ipse
aūt ascendens nauim reuersus est. Et
rogabat illū vir. a quo demonia exi-
erant ut cum eo esset. Dimisit aūt eū
ihesus dicens. Redi in domū tuam: et
narra quāta tibi fecit deus. Et abijt ꝑ
vniuersam ciuitatē p̄dicans: quanta
illi fecisset ihesus. Factū est aūt cū redis-
set ihesus: excepit illū turba. Erāt aūt
omnes expectantes eum. Et ecce venit
vir cui nomē iairus et ip̄e princeps sy-
nagoge erat: et cecidit ad pedes ihesu.
rogans eū ut intraret in domū eius:
quia vnica filia erat ei fere annoꝝ du-
odecim. et hec moriebat̄. Et contigit
dum iret: a turbis comprimebat̄. Et
mulier quedā erat in fluxu sanguinis
ab ānis duodecim: que in medicos e-
rogauerat omnē substantiā suā. nec
ab vllo potuit curari. Accessit retro et
tetigit fimbriā vestimēti ei⁹: ⁊ cōfestim
sterit fluxus sanguinis ei⁹. Et ait ihe-
sus. Quis est qui me tetigit? Neganti-
bus aūt omnibꝫ: dixit petrus et qui cū
illo erāt. Preceptor. turbe te cōprimūt
et affligūt: ⁊ dicis quis me tetigit? Et
dixit ihesus. Tetigit me aliquis. Nā
et ego noui virtutem de me exisse. Vi-
dens aūt mlier quia nō latuit. tremēs
venit ⁊ procidit ante pedes eius: et ob
quā causam tetigerit eū indicauit co-
ram om̄i ꝓplo: et quēadmodū cōfesti
sanata sit. At ipse dixit ei. Filia. fides
tua te saluā fecit. Vade ī pace. Adhuc
illo loquēte. venit quidā ad principē

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0438
powered by DWork • Heidelberg University Library

synagoge dicēs ei quia mortua ē filia
tua: noli vexari illum. Ihesus aūt au-
dito hoc verbo: respōdit patri puelle.
Noli timere. Crede tantū: et salua erit.
Et cum venisset domū. non ꝑmisit in-
trare secū quenq̄ nisi petrū et iacobū
et iohānem: et patrem et matrem puel-
le. Flebāt aūt omnes: et plangebant
illā. At ille dixit. Nolite flere. Non est
mortua puella sed dormit. Et deride-
bant eū: scientes q̄a mortua esset. Ipe
autem tenens manū eius clamauit
dicens. Puella surge. Et reuersus est
spiritus eius: et surrexit continuo. Et
iussit illi dare manducare. Et stupue-
runt parentes eiꝰ: quibus precepit ne
alicui dicerent quod factū erat. ix

Conuocatis aūt ihesus duodecī
apsis. dedit illis virtutem et po-
testatem sup̄ om̄ia demonia: et ut lan-
guores curarent. Et misit illos p̄dica-
re regnū dei: ⁊ sanare infirmos. Et a-
it ad illos. Nichil tuleritis in via ne-
q̄ virgā neq̄ peram. neq̄ panem neq̄
pecuniā: neq̄ duas tunicas habeatis.
Et ī quācunq̄ domū intraueritis ibi
manete: ⁊ inde ne exeatis. Et quicunq̄
non receperint vos: exeuntes de ciuita-
te illa etiā puluerem pedū vestroꝝ excu-
tite in testimoniū supra illos. Egressi
aūt circuibāt per castella: euangelizā-
tes ⁊ curantes vbiq̄. Audiuit autem
herodes tetrarcha om̄ia que fiebant
ab eo. et hesitabat eo q̄ diceret̄ a qui-
busdā quia iohānes surrexit a mortu-
is: a quibusdā vero quia helyas appa-
ruit: ab alijs aūt quia ꝓpheta vnus
de antiquis surrexit. Et ait herodes.
Iohānem ego decollaui. Quis ē aūt
iste de quo ego talia audio? Et quere-
bat videre eū. Et reuersi apsi narrauerūt
illi quecunq̄ fecerūt: et assumptis illis
secessit seorsum ī locū desertū. q̄ ē bethsa-
ide. Qd̄ cū cognouissent turbe secuti sūt
illū: ⁊ excepit illos ⁊ loquebat̄ illis de
regno dei: ⁊ eos qui cura indigebant
sanabat. Dies aūt ceperat declinare.
Et accedentes duodecim dixerunt illi.
Dimitte turbas: ut euntes in castella
villasq̄ que circa sunt diuertāt ⁊ inue-
niāt escas: quia hic in loco deserto su-
mus. Ait aūt ad illos. Vos date illis
manducare. At illi dixerūt. Non sūt
nobis plus q̄ quīq̄ panes et duo pi-
sces: nisi forte nos eamus. et emamꝰ ī
omnē hanc turbā escas. Erant autē
fere viri quīq̄ milia. Ait aūt ad disci-
pulos suos. Facite illos discumbere
per cōuiuia quinquagenos: et ita fece-
runt. Et discubuerūt omnes. Acceptis
aūt quīq̄ panibꝫ et duobus piscibus
respexit in celū et benedixit illis: et fre-
git et distribuit discipulis suis: ut pone-
rent ante turbas. Et mādūcauerūt o-
mnes: et saturati sunt. Et sublatū est
quod supfuit illis fragmentoꝝ cophi-
ni duodecim. Et factū est cū solus esset
orās. erant cum illo ⁊ discipli: et inter-
rogauit illos dicens. Quem me dicūt
esse turbe? At illi responderūt et dixe-
runt iohānem baptistā: alij aūt helyā:
alij vero quia vnus ꝓpheta de priori-
bus surrexit. Dixit aūt illis. Vos au-
tem quem me esse dicitis? Respondens
simon petrus dixit. Cristū dei. At ille
increpans illos precepit ne cui dicerēt
hoc: dicens. quia oportet filium hoīs
multa pati et reprobari a senioribus
et principibꝫ sacerdotū. ⁊ scribis et occi-
di. et tercia die resurgere. Dicebat aūt
ad omnes. Si quis vult post me ve-
nire. abneget semetip̄m: et tollat crucē
suā quotidie: et sequat̄ me. Qui enim
voluerit animā suā saluā facere ꝑdet

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0439
powered by DWork • Heidelberg University Library

illā. Nam qui ꝑdiderit animā suam
propter me: saluā faciet illā. Quid enī
proficit homo si lucretur uniuersum
mundū: se aūt ipm ꝑdat ⁊ detrimētū
sui faciat? Nam q̄ me erubuerit et me-
os sermones: hunc filius hominis e-
rubescet cum venerit in maiestate sua
et patris et sanctorū angelorū. Dico
aūt vobis: vere sunt aliqui hic stātes·
qui nō gustabāt mortem donec vide-
ant regnū dei. Factū est aūt post hec
verba fere dies octo: et assumpsit petrū
et iacobum et iohānem: et ascendit in
montē ut oraret. Et factū ē dum ora-
ret: species vultus eius altera· ⁊ vestit⁹
ei⁹ albus et fulgens. Et ecce duo viri
loquebant̄ cū illo. Erant aūt moyses
et helyas visi in maiestate: et dicebāt
excessum eius· quem completur⁹ erat
in iherusalē. Petrus vero ⁊ qui cū illo
grauati erant somno. Et euigilantes
viderūt maiestatē eius: et duos viros
qui stabāt cum illo. Et factū est cum
discederent ab illo: ait petrus ad ihe-
sum. Preceptor bonū est nos hic esse:
et faciam⁹ tria tabernacla: unū tibi· et
unū moysi· et unū helye. Nesciens q̄d
diceret. Hec aūt illo loquente· facta est
nubes et obumbrauit eos: ⁊ timuerūt
intrantibꝫ illis in nubē. Et vox facta
est de nube dicens. Hic est filius meus
dilectus: ipm audite. Et dū fieret vox
inuent⁹ ē ihesus solus· et ipi tacuerūt:
et nemini dixerūt in illis diebꝫ quicq̄
ex hijs que viderant. Factū est aūt in
sequenti die descendētibꝫ illis de mon-
te: occurrit illis turba mſta. Et ecce vir
de turba exclamauit dicens. Magister
obsecro te: respice ī filiū meū q̄a unic⁹
est michi. Et ecce spirit⁹ apphendit eū·
et subito clamat: et elidit et dissipat eū
cum spuma: et vix discedit dilaniās
eum. Et rogaui discipl̄os tuos ut eice-
rent illū: et nō potuerūt. Respondens
aūt ihesus dixit. O generatio infidelis
et ꝑuersa: usq; quo ero apud vos ⁊ pa-
tiar vos? Adduc huc filiū tuū. Et cū
accederet: elisit illū demoniū et dissipa-
uit. Et increpauit ihesus spiritū immū-
dum ⁊ sanauit puerꝫ: ⁊ reddidit illū pa-
tri ei⁹. Stupebāt aūt omēs ī magnitu-
dine dei: omībusq; mirātibꝫ in omībꝫ
que faciebat· dixit ad discipl̄os suos.
Ponite vos in cordibus vr̄is sermo-
nes istos. Filius enim hīs· futurū est
ut tradat̄ in manus hominū. At illi
ignorabāt verbū istud: et erat velatū
ante eos ut non sentirent illud: ⁊ time-
bant eū interrogare de hoc verbo. In-
trauit aūt cogitatio in eos: quis eorꝫ
maior esset. At ihesus videns cogita-
tiones cordis illorꝫ apphendit puerū:
et statuit illū secus se: ⁊ ait illis. Qui-
cunq; susceperit puerū istū in nomine
meo me recipit. Et quicunq; me rece-
perit: recipit eum qui me misit. Nam
qui minor est inter omēs vos: hic ma-
ior est. Respōdens aūt iohānes dixit.
Preceptor vidimus quēdam in noīe
tuo eicientem demonia: ⁊ ꝓhibuimus
eū· quia nō sequit̄ nobiscū. Et ait ad
illos ihesus. Nolite ꝓhibere. Qui enī
non ē aduersū vos pro vobis est. Fa-
ctum est aūt dū cōplerent̄ dies assum-
ptionis eius: et ipe faciē suā firmauit
ut iret iherusalē. Et misit nūcios āte
cōspectū suū: et euntes intrauerūt ī ciui-
tatem samaritanorū ut pararent illi.
Et nō receperūt eū: q̄a facies eius erat
euntis iherusalem. Cum vidissent au-
tem discipuli eius iacobus et iohan-
nes dixerunt. Domine vis dicim⁹ ut
ignis descendat de celo: et cōsumat il-
los? Et cōuersus increpauit illos dicēs.

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0440
powered by DWork • Heidelberg University Library

Nescitis cuius spiritus estis. Filius ho-
minis nõ venit animas ꝑdere sed sal-
uare. Et abierũt ĩ aliud castellũ. Factũ
est aũt ambulantibꝫ illis in via: dixit
quidã ad illũ. Sequar te quocunqꝫ
ieris. Dixit illi ihesus. Vulpes foueas
habent. ⁊ volucres celi nidos: filius aũt
hoĩs nõ habet vbi caput suũ reclinet.
Ait autẽ ad alterũ. Sequere me. Ille
aũt dixit. Domine: ꝑmitte michi pri-
mum ire. ⁊ sepelire patrem meũ. Dixit
qꝫ ei ihesus. Sine ut mortui sepeliãt
mortuos suos: tu aũt vade ⁊ annũcia
regnũ dei. Et ait alter. Sequar te dñe:
sed ꝑmitte michi ꝑmũ renũciare hijs
qui domi sunt. Ait ad illũ ihesus. Ne-
mo mittens manũ suam ad aratrũ ⁊
aspiciẽs retro. aptus est regno dei. X

Post hec aũt designauit dñs ⁊ a-
lios septuaginta duos: et misit
illos binos ãte faciẽ suã ĩ omnẽ ciui-
tatẽ ⁊ locũ quo erat ipse venturus. Et
dicebat illis. Messis quidem multa:
operarij aũt pauci. Rogate ergo do-
minũ messis: ut mittat operarios in
messem. Ite: ecce ego mitto vos sicut
agnos inter lupos. Nolite portare sac-
culũ neqꝫ peram neqꝫ calciamẽta: et ne-
minẽ per viã salutaueritis. In quan-
cunqꝫ domũ intraueritis. primũ dici-
te pax huic domui: et si ibi fuerit filius
pacis. requiescet sup illũ pax vr̃a: sin aũt
ad vos reuertetur. In eadem aũt do-
mo manete: edẽtes et bibẽtes q̃ apud
illos sunt. Dignus est enĩ operarius
mercede sua. Nolite transire de domo
in domũ. Et in quãcunqꝫ ciuitatẽ in-
traueritis ⁊ susceperint vos manduca-
te que apponuntur vobis: et curate in-
firmos qui in illa sunt: et dicite illis
appropinquabit in vos regnum dei.
In quãcunqꝫ aũt ciuitatẽ intraueritis
et non susceperint vos: exeuntes ĩ pla-
teas eius dicite. Etiã puluerem q̃ adhesit
nobis de ciuitate vestra extergimus in
vos. Tamẽ hoc scitote quia appropin-
quabit regnũ dei. Dico vobis: quia
sodomis in die illa remissius erit q̃ illi
ciuitati. Ve tibi corozaym ve tibi
bethsayda: quia si in tyro et sydone fa-
cte fuissent virtutes q̃ facte sũt ĩ vobis
olim in cilicio ⁊ cinere sedẽtes peniterẽt.
Verũtamẽ tyro et sydoni remissius erit
ĩ iudicio q̃ vobis. Et tu capharnaũ
usqꝫ ad celũ exaltata: usqꝫ ad infernũ
demergeris. Qui vos audit me audit:
et qui vos spernit me spernit. Qui au-
tem me spernit: spernit eum q̃ me misit.
Reuersi sunt aũt septuaginta duo cũ
gaudio dicentes. Dñe: etiã demonia
subiciũtur nobis in noĩe tuo. Et ait
illis. Videbã sathanan sicut fulgur
de celo cadentẽ. Ecce dedi vobis potesta-
tem calcãdi supra serpẽtes ⁊ scorpiones
et supra omnẽ virtutem inimici: et ni-
chil vobis nocebit. Verũtamẽ in hoc
nolite gaudere: quia spiritus vobis sub-
iciunt̃. Gaudete aũt: q̃ nomina vr̃a
scripta sunt in celis. In ipsa hora exul-
tauit in spiritu sancto ⁊ dixit. Confite-
or tibi dñe pater celi ⁊ terre: q̃ abscondi-
sti hec a sapientibꝫ ⁊ prudẽtibus: et re-
uelasti ea paruulis. Etiã pater: quoni-
am sic placuit ãte te. Omnia michi tra-
dita sũt a patre meo. Et nemo scit q̃s
sit filius nisi pater: ⁊ quis sit pater nisi
filius: ⁊ cui voluerit filius reuelare. Et
cõuersus ad discipulos suos dixit. Be-
ati oculi qui vident q̃ vos videtis. Di-
co enim vobis: q̃ multi ꝓphete et reges
voluerũt videre q̃ vos videtis et non
viderũt: ⁊ audire q̃ auditis ⁊ nõ audi-
erũt. Et ecce quidã legisperitus surrexit
temptans illũ ⁊ dicens. Magister: q̃d

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0441
powered by DWork • Heidelberg University Library

faciendo vitā eternā possidebo? At il-
le dixit ad eū. In lege quid scriptū est?
Quomodo legis? Ille respōdens di-
xit. Diliges dn̄m deū tuū ex toto cor-
de tuo ⁊ ex tota anima tua. ⁊ ex omni-
bus viribus tuis ⁊ ex om̄i mente tua:
et ꝓximū tuū sicut teip̄m. Dixitq; illi.
Recte respōdisti. Hoc fac ⁊ vives. Ille
autē volēs iustificare seip̄m dixit ad
ihesum. Et quis ē meꝰ ꝓximꝰ? Susci-
piens aūt ihesus dixit. Homo quidā
descendebat ab ihrl'm ī iericho et inci-
dit ī latrones: q̄ etiā despoliauerūt eū:
⁊ plagis impositis abierūt semiuiuo
relicto. Accidit ut sacerdos quidā de-
scenderet eadē via: et viso illo p̄teriuit.
Similiter et leuita: cum esset secꝰ locū
et videret eū ꝑtransijt. Samaritanus
aūt quidā iter faciēs venit secus eū: et
videns eum misericordia motus ē. Et
appropians alligauit vulnera eiꝰ. in-
fundens oleū ⁊ vinū: et imponens il-
lum in iumentū suū duxit ī stabulū:
et curā eius egit. Et altera die ꝓtulit
duos denarios: ⁊ dedit stabulario ⁊
ait. Curā illius habe: ⁊ q̄dcunq; supe-
rogaueris. ego cum rediero reddā tibi.
Quis hoꝝ triū videtur tibi ꝓximꝰ fuis-
se illi. qui incidit in latrones? At ille
dixit. Qui fecit misericordiā ī illū. Et
ait illi ihesus. Vade: et tu fac similiter.
Factū est aūt dū irent. et ip̄e intrauit ī
quoddā castellū: ⁊ mulier quedā mar-
tha noīe excepit illū ī domū suā: ⁊ huic
erat soror nomine maria. Que etiam
sedens secus pedes dn̄i audiebat ver-
bum illius: martha aūt satagebat
circa frequens ministeriū. Que stetit ⁊
ait. Dn̄e: non ē tibi cure q̄ soror mea
reliquit me solā ministrare? Dic ergo
illi ut me adiuuet. Et respondēs dixit
illi dominꝰ. Martha martha sollicita
es: et turbaris erga plurima. Porro
vnū ē necessariū. Maria optimā par-
tem elegit: q̄ nō auferet̄ ab ea. xi

Et factū est cum esset in quodam
loco orās: ut cessauit dixit vnꝰ
ex discipl'is eius ad eum. Domine do-
ce nos orare: sicut docuit iohannes
discipl'os suos. Et ait illis. Cū oratis
dicite. Pater sanctificetur nomē tuū:
adueniat regnū tuū: panē nr̄m quoti-
dianū da nobis hodie: ⁊ dimitte no-
bis peccata nr̄a siquidē et nos dimit-
timꝰ debitoribꝫ nr̄is: ⁊ ne nos inducas
ī temptatationē. Et ait ad illos. Quis
vestrū habebit amicū et ibit ad illum
media nocte ⁊ dicet illi amice cōmoda
michi tres panes. quoniā amicꝰ meꝰ
venit de via ad me. et non habeo q̄d
ponā ante illū: ⁊ ille deintus respon-
dens dicit. noli michi molestus esse. iā
ostiū clausum est. ⁊ pueri mei mecum
sunt in cubili. non possum surgere et
dare tibi? Et ille si ꝑseuerauerit pulsās:
dico vobis. ⁊ si nō dabit illi surgens.
eo q̄ amicus eiꝰ sit: ꝓpter improbita-
tem tamen eiꝰ surget. ⁊ dabit illi q̄tq̄t
habet necessarios. Et dico ego vobis.
Petite ⁊ dabit̄ vobis: querite ⁊ inueni-
etis: pulsate ⁊ aperietur vobis. Om̄is
enī q̄ petit accipit: ⁊ q̄ querit inuenit:
et pulsanti aperietur. Quis aūt ex vo-
bis patrem petit panē: nunquid lapi-
dem dabit illi? Aut piscem: nunquid
pro pisce serpentē dabit illi? Aut si pe-
tierit ouū: nunquid porriget illi scor-
pionē? Si ergo vos cū sitis mali no-
stis bona data dare filijs vr̄is: quāto
magis pater vester celestis de celo da-
bit bonū spiritū petentibus se. Et erat
eiciens demoniū ⁊ illud erat mutū: et
cum eiecisset demoniū locutꝰ ē mutus:
et ammirate sunt turbe. Quidā autē

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0442
powered by DWork • Heidelberg University Library

ex eis dixerunt. In beelzebub principe
demoniorum eicit demonia. Et alij tem-
ptantes: signum querebant ab eo. Ipse
autem ut vidit cogitationes eorum dixit e-
is. Omne regnum in seipsum diuisum de-
solabitur: et domus supra domum cadet.
Si autem et sathanas in seipsum diuisus
est · quomodo stabit regnum eius: quia
dicitis in beelzebub eicere me demonia?
Si autem ego in beelzebub eicio demoni-
a: filij vestri in quo eiciunt? Ideo ipsi
iudices vestri erunt. Porro si in digito
dei eicio demonia: profecto peruenit in vos
regnum dei. Cum fortis armatus custo-
dit atrium suum: in pace sunt ea que pos-
sidet. Si autem fortior eo superueniens vi-
cerit eum: vniuersa arma eius auferet in
quibus confidebat: et spolia eius distri-
buet. Qui non est mecum contra me est: et qui
non colligit mecum dispergit. Cum immun-
dus spiritus exierit de homine perambu-
lat per loca inaquosa · querens requiem:
et non inueniens dicit. Reuertar in do-
mum meam vnde exiui. Et cum venerit
inuenit eam scopis mundatam. Tunc va-
dit et assumit septem alios spiritus secum
nequiores se: et ingressi habitant ibi. Et
fiunt nouissima hominis illius peiora pri-
oribus. Factum est autem cum hec diceret:
extollens vocem quedam mulier de turba
dixit illi. Beatus venter qui te portauit:
et vbera que suxisti. At ille dixit. Quin-
ymmo beati qui audiunt verbum dei: et
custodiunt illud. Turbis concurrentibus
cepit dicere. Generatio hec generatio
neque est: signum querit et signum non da-
bitur ei nisi signum ione. Nam sicut fuit
ionas signum niniuitis: ita erit filius ho-
minis generationi isti. Regina austri
surget in iudicio · cum viris generationis
huius et condemnabit illos: quia venit a
finibus terre audire sapientiam salomonis.

Et ecce plus quam salomon hic. Viri ni-
niuite surgent in iudicio cum generatio-
ne hac et condemnabunt illam: quia peni-
tentiam egerunt in predicatione ione. Et
ecce plus quam iona hic. Nemo lucernam
accendit et in abscondito ponit neque
sub modio sed supra candelabrum: ut
qui ingrediuntur lumen videant. Lucer-
na corporis tui est oculus tuus. Si o-
culus tuus fuerit simplex · totum corpus
tuum lucidum erit: si autem neque fuerit: etiam
corpus tuum tenebrosum erit. Vide ergo
ne lumen quod in te est tenebre sint. Si ergo
corpus tuum totum lucidum fuerit · non ha-
bens aliquam partem tenebrarum: erit luci-
dum totum. Et sicut lucerna fulgoris il-
luminabit te. Et cum loqueretur: rogauit
illum quidam phariseus ut pranderet apud
se. Ihesus autem ingressus recubuit.
Phariseus autem cepit intra se reputans
dicere: quare non baptizatus esset ante
prandium. Et ait dominus ad illum. Nunc
vos pharisei quod de foris est calicis · et
cathini mundatis: quod autem intus est vrm-
plenum est rapina et iniquitate. Stulti:
nonne qui fecit quod de foris est · etiam id
quod de intus est fecit? Verumtamen quod
superest date elimosinam: et ecce omnia
mundata sunt vobis. Sed ve vobis
phariseis qui decimatis mentam et ru-
tam et omne olus: et preteritis iudicium et
caritatem dei. Hec autem oportuit facere:
et illa non omittere. Ve vobis phariseis:
quia diligitis primas cathedras in
synagogis · et salutationes in foro. Ve
vobis quia estis ut monumenta que non
apparent · et homines ambulantes su-
pra · nesciunt. Respondens autem quidam
ex legisperitis ait illi. Magister: hec di-
cens etiam contumeliam nobis facis. At il-
le ait. Et vobis legisperitis ve: quia
oneratis homines oneribus que portare

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0443
powered by DWork • Heidelberg University Library

non possunt: et ipsi uno digito vestro non tangitis sarcinas. Ve vobis qui edificatis monumenta prophetarum: patres autem vestri occiderunt illos. Sed profecto testificamini quod consentitis operibus patrum vestrorum: quoniam quidem ipsi eos occiderunt: vos autem edificatis eorum sepulcra. Propterea et sapientia dei dixit. Mittam ad illos prophetas et apostolos et ex illis occident et persequentur: ut inquiratur sanguis omnium prophetarum qui effusus est a constitutione mundi a generatione ista: a sanguine abel usque ad sanguinem zacharie qui periit inter altare et edem. Ita dico vobis: requiretur ab hac generatione. Ve vobis legisperitis qui tulistis clauem scientie: ipsi non introistis et eos qui introibant prohibuistis. Cum autem hec ad illos diceret ceperunt pharisei et legisperiti grauiter insistere: et os eius opprimere de multis insidiantes ei: et querentes aliquid capere de ore eius ut accusarent eum. XII

Multis autem turbis concurrentibus ita ut se inuicem conculcarent: cepit dicere ad discipulos suos. Attendite a fermento phariseorum quod est ypocrisis. Nichil enim opertum est quod non reueletur: neque absconditum quod non sciatur. Quoniam que in tenebris dixistis in lumine dicentur: et quod in aure locuti estis in cubiculis: predicabitur in tectis. Dico autem vobis amicis meis ne terreamini ab hijs qui occidunt corpus: et post hec non habent amplius quid faciant. Ostendam autem vobis quem timeatis. Timete eum: qui postquam occiderit habet potestatem mittere in gehennam. Ita dico vobis: hunc timete. Nonne quinque passeres veneunt dipondio: et unus ex illis non est in obliuione coram deo? Sed et capilli capitis vestri omnes numerati sunt. Nolite ergo timere: multis passeribus pluris estis. Dico autem vobis: omnis quicunque confessus fuerit me coram hominibus: et filius hominis confitebitur illum coram angelis dei. Qui autem negauerit me coram hominibus: negabitur coram angelis dei. Et omnis qui dicit verbum in filium hominis remittetur ei: ei autem qui in spiritum sanctum blasphemauerit non remittetur. Cum autem inducerent vos in synagogas et ad magistratus et potestates: nolite solliciti esse qualiter aut quid respondeatis aut quid dicatis. Spiritus enim sanctus docebit vos in ipsa hora quid oporteat vos dicere. Ait autem ei quidam de turba. Magister dic fratri meo: ut diuidat mecum hereditatem. At ille dixit ei. Homo: quis me constituit iudicem aut diuisorem supra vos? Dixitque ad illos. Videte et cauete ab omni auaricia: quia non in abundantia cuiusquam vita est ex hijs que possidet. Dixit autem similitudinem ad illos dicens. Hominis quidam diuitis uberes fructus ager attulit: et cogitabat intra se dicens. Quid faciam: quod non habeo quo congregem fructus meos? Et dixit. Hoc faciam. Destruam horrea mea et maiora faciam: et illuc congregabo omnia que nata sunt michi et bona mea: et dicam anime mee. Anima habes multa bona posita in annos plurimos: requiesce comede bibe: epulare. Dixit autem illi deus. Stulte hac nocte animam tuam reperunt a te. Que autem parasti cuius erunt? Sic est qui sibi thesaurizat: et non est in deum diues. Dixitque ad discipulos suos. Ideo dico vobis. Nolite solliciti esse anime vestre quid manducetis: neque corpori quid induamini. Anima plus est quam esca: et corpus plus quam vestimentum.

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0444
powered by DWork • Heidelberg University Library

Considerate coruos· qꝫ non seminãt neq; metũt quibus non ẽ cellariũ neq; horreũ: & deꝰ pascit illos. Quãtomagis vos pluris estis illis? Quis aũt vestrum cogitando potest adicere ad staturã suã cubitũ vnũ? Si ergo neq; quod minimũ est potestis: quid de ceteris solliciti estis? Considerate lilia quomõ crescunt. Non laborãt neq; nent. Dico aũt vobis: nec salomon in omni gloria sua vestiebatur sicut vnũ existis. Si aũt fenũ qđ hodie est in agro· & cras in clibanũ mittitur deus sic vestit: quãtomagis vos pusillæ fidei? Et vos nolite quærere qđ manducetis· aut quid bibatis: & nolite in sublime tolli. Hæc aũt omnia gentes mũdi quærũt. Pater aũt vester scit qũ his indigetis. Verũtamẽ quærite primum regnum dei & iustitiam eius: et hæc omnia adicientur vobis. Nolite timere pusillus grex: quia cõplacuit patri vestro dare vobis regnũ. Vendite que possidetis et date elemosinã. Facite vobis saculos qui nõ veterescũt: thesaurũ nõ deficientem in celis: qꝫ fur nõ appropiat· neq; tinea corrumpit. Vbi enim thesaurus vester est: ibi & cor vestrũ erit. Sint lũbi vestri pcincti & lucerne ardentes: & vos similes hominibus expectãtibus dñm suũ quãdo reuertatr a nuptijs: ut cũ venerit & pulsauerit confestim aperiãt ei. Beati serui illi: quos cũ venerit dominꝰ inuenerit vigilãtes. Amen dico vobis: qꝫ pcinget se & faciet illos discũbere: et trãsiẽs ministrabit illis. Et si venerit i secũda vigilia: et si in tercia vigilia venerit et ita inuenerit: beati sunt serui illi. Hoc aũt scitote: qũ si sciret paterfamilias qua hora fur veniret vigilaret vtiq; et nõ sineret pfodi domũ suã. Et vos estote parati: quia qua hora non putatis filius hominis venit. Ait aũt ei petrus. Domine: ad nos dicis hanc parabolã an & ad omnes? Dixit aũt dominꝰ. Quis putas est fidelis dispẽsator et prudẽs: quẽ cõstituit dominꝰ supra familiã suã ut det illis itẽpore tritici mensurã? Beatꝰ ille seruus: quẽ cum venerit dñs inuenerit ita facientẽ. Vere dico vobis: quoniã supra oĩa a que possidet cõstituet illũ. Quod si dixerit seruus ille in corde suo· morã facit dominꝰ meꝰ venire: & ceperit percutere seruos & ancillas et edere· et bibere· et inebriari: veniet dominꝰ serui illius in die qua nõ sperat & hora qua nescit et diuidet eũ: partemqꝫ eius cũ infidelibus ponet. Ille aũt seruus qꝫ cognouit voluntatem domini sui· et non parauit· et nõ fecit scdm voluntatem eius vapulabit multis: qui aũt nõ cognouerit et fecit digna plagis vapulabit paucis. Omni aũt cui multũ datũ est· multũ quereetur ab eo: et cui cõmendauerũt multũ: plus petent ab eo. Ignẽ veni mittere in terrã: et quid volo nisi ut accendatur? Baptismũ aũt habeo baptizari· & quomõ coarctor usqꝫ dũ pficiat? Putatis qꝫ pacem veni mittere in terram? Nõ dico vobis: sed separationem. Erunt enim ex hoc quinqꝫ in domo una diuisi: tres in duos et duo in tres diuidentur: pater i filium· et filius in patrem suũ: mater in filiã· et filia in matrem: socrus in nurũ suã et nurus in socrũ suã. Dicebat autem ad turbas. Cum videritis nubẽ oriẽtem ab occasu statim dicitis nimbus venit et ita fit: et cum austrũ flantem dicitis· quia estus erit et fit. Ypocrite faciẽ celi et terre nostis ꝓbare: hoc autem tempus quomodo non ꝓbatis?

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0445
powered by DWork • Heidelberg University Library

Quid aūt et a vobis ipsis nō iudica-
tis qđ iustū est? Cum aūt vadis cum
aduersario tuo ad principē in via. da
operam liberari ab illo: ne forte trahat
te ad iudicē. et iudex tradat te exactori:
et exactor mittat te in carcerem. Dico
tibi: non exies inde donec etiam no-
uissimum minutum reddas. xiii

Oderant aūt quidā ipo in tēpore
nunciātes illi de galileis: quoꝝ
sanguinē pilatus miscuit cū sacrificijs
eoꝝ. Et respondens dixit illis. Puta-
tis q hij galilei pre omnibꝫ galileis
peccatores fuerit quia talia passi sūt?
Non dico vobis: sed nisi penitentiam
habueritis omnes similit̄ peribitis si-
cut illi decem ⁊ octo supra quos cecidit
turris in syloe ⁊ occidit eos. Putatis
quia ⁊ ipi debitores fuerint p̄ter om̄es
homines habitantes in iherusalem?
Non dico vobis: sed si non penitenti-
am habueritis omnes similiter peribi-
tis. Dicebat aūt ⁊ similitudinē. Arbo-
rem fici habebat quidā plantatā ī vi-
nea sua: et venit querens fructū in illa.
⁊ non inuenit. Dixit aūt ad cultorem
vinee. Ecce āni tres sunt ex quo venio
querens fructū in ficulnea hac: et non
inuenio. Succide ergo illā. Vt quid
etiā terrā occupat? At ille respondēs
dixit illi. Domine: dimitte illā et hoc
anno usqꝫ dum fodiā circa illā ⁊ mit-
tam stercora. Et siquidē fecerit fructū:
sinaūt in futurū succides eā. Erat aūt
docens in synagoga eorū sabbatis.
Et ecce mulier que habebat spiritum
infirmitatis annis decem ⁊ octo: et
erat inclinata: nec om̄ino poterat sur-
sum respicere. Quam cū videret ihesus
vocauit eam ad se: et ait illi. Mulier:
dimissa es ab infirmitate tua. Et im-
posuit illi manus: et confestim erecta
est: et glorificabat deum. Respondēs
aūt archisynagogus. indignans q̄a
sabbatis curasset ihesus: dicebat tur-
be. Sex dies sunt in quibus oportet
operari. In hijs ergo venite ⁊ curami-
ni: et non in die sabbati. Respondēs
aūt ad illū dn̄s dixit. Ypocrite vnus-
quisqꝫ vestrū sabbato nō soluit bouē
suū aut asinū a presepio et ducit ad
aquare? Hanc aūt filiā abrahe quā
alligauit sathanas ecce decem et octo
annis: non oportuit solui a vinculo
isto die sabbati? Et cum hec diceret eru-
bescebāt omnes aduersarij eius: et o-
mnis ꝑplus gaudebat in vniuersis
q̄ gloriose fiebāt ab eo. Dicebat ergo.
Cui simile est regnū dei: et cui simile
estimabo illud? Simile ē grano sina-
pis. qđ acceptū homo misit in ortum
suū ⁊ creuit: ⁊ factū est in arborem ma-
gnam: et volucres celi requieuerūt in
ramis eius. Et iterū dixit. Cui simile
estimabo regnū dei? Simile est fermē-
to qđ acceptū mulier abscondit in fa-
rine sata tria: donec fermentaret̄ totū.
Et ibat ꝑ ciuitates ⁊ castella docens:
et iter faciens in iherusalē. Ait aūt illi
quidā. Dn̄e: si pauci sūt q̄ saluāt̄? Ipe
aūt dixit ad illos. Cōtendite intrare
per angustā portam: quia multi dico
vobis querūt intrare. ⁊ non poterunt.
Cum aūt intrauerit paterfamilias et
clauserit ostiū et incipietis foris stare.
et pulsare ostiū dicentes dn̄e aperi no-
bis: et respōdens dicet vobis. Nescio
vos vnde sitis. Tunc incipietis dicere.
Mādūcauim⁹ corā te et bibim⁹: et in
plateis nostris docuisti. Et dicet vo-
bis. Nescio vos vnde sitis. Discedite
a me om̄es operarij iniquitatis. Ibi
erit fletus ⁊ stridor dentiū: cū videritis
abraham et ysaac et iacob et omnes

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0446
powered by DWork • Heidelberg University Library

prophetas in regno dei: vos autem
ejcpelli foras. Et venient ab oriente et
occidente et aquilone et austro: et accu-
bent in regno dei. Et ecce sunt novissi-
mi qui erunt primi: et sunt primi qui
erunt novissimi. In ipa die accesserũt
quidã phariseoꝝ dicentes illi. Exi et
vade hinc: quia herodes vult te occi-
dere. Et ait illis. Ite et dicite vulpi illi.
Ecce ejcio demonia ⁊ sanitates pficio
hodie et cras: et tercia die consũmor.
Verũtamẽ oportet me hodie ⁊ cras et
sequenti ambulare: qã nõ capit pphe-
tam perire extra ihrusalẽ. Ihrusalem
ihrusalẽ que occidis pphetas et lapi-
das eos qui missi ad te. Quoties
volui congregare filios tuos quẽad-
modũ avis nidũ suũ sub pennis: et
noluisti. Ecce relinquetur vobis do-
mus vra deserta. Dico aũt vobis: qa
nõ videbitis me donec veniat cũ dicetis:
benedict⁹ q̃ venit in noĩe dñi. xvij

Et factũ est cũ introisset ihesus in
domũ cuiusdam principis pha-
riseoꝝ sabbato manducare panem: ⁊
ipi observabãt eũ. Et ecce quidã ydro-
picus erat ante illũ. Et respõdens ihe-
sus: dixit ad legisperitos ⁊ phariseos
dicens. Si licet sabbato curare? At il-
li tacuerũt. Ipe vero apphensum sana-
vit eũ: ac dimisit. Et respondens ad
illos dixit. Cui⁹ vestrum asinus aut
bos in puteũ cadet: et non continuo
extrahet illũ die sabbati? Et non pote-
rant ad hec respondere illi. Dicebat
aũt ⁊ ad invitatos parabolam intẽ-
dens quomõ primos accubitus eligere-
nt: dicens ad illos. Cum invitatus
fueris ad nupcias: non discumbas in
primo loco: ne forte honoratior te sit
invitatus ab illo: ⁊ veniens is qui te
et illũ vocavit: dicat tibi da huic locũ:
et tunc incipias cum rubore novissi-
mum locũ tenere. Sed cum vocatus
fueris vade recumbe in novissimo lo-
co: ut cũ venerit qui te invitavit dicat
tibi. Amice ascende superi⁹. Tunc erit
tibi gloria corã simul discumbentibꝫ:
quia omnis qui se exaltat humiliabit̃:
et qui se humiliat exaltabit̃. Dicebat
aũt ⁊ ei qui se invitaverat. Cum facis
prandiũ aut cenã: noli vocare amicos
tuos: neq; fratres tuos neq; cognatos
neq; vicinos divites: ne forte et ipi te
reinvitent: et fiat tibi retribucio. Sed
cũ facis convivium voca pauperes debi-
les claudos et cecos et beatus eris: qa
non habent retribuere tibi. Retribuet̃
aũt tibi in resurrectione iustoꝝ. Hec cũ
audisset quidã de simul discũbentibꝫ
dixit illi. Beatus qui mãducabit pa-
nem in regno dei. At ipe dixit ei. Ho-
mo quidã fecit cenã magnã: et voca-
vit multos. Et misit servum suum hora
cene dicere invitatis ut venirent: quia
iam parata sunt omnia. Et ceperunt
simul omnes excusare. Primus dixit
ei. Villam emi: et necesse habeo exire ⁊
videre illã. Rogo te: habe me excusatũ.
Et alter dixit. Juga boũ emi quiq;: et
eo pbare illa. Rogo te: habe me excu-
satũ. Et alius dixit. Uxorem duxi: et i-
deo non possum venire. Et reversus
servus nunciavit hec dño suo. Tunc
iratus paterfamilias dixit servo suo.
Exi cito in plateas ⁊ vicos civitatis: ⁊
pauperes ac debiles ⁊ cecos et claudos
introduc huc. Et ait servus. Domine:
factũ est ut imperasti: et adhuc locus
est. Et ait dñs servo. Exi in vias et se-
pes ⁊ cõpelle intrare: ut impleatur do-
mus mea. Dico aũt vobis: q̃ nemo
virorũ illorũ qui vocati sunt gustabit
cenam meã. Ibant aũt turbe multe

RESERVED © Biblioteca Apostolica Vaticana

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0447
powered by DWork • Heidelberg University Library

rum eo: et cōuersus dixit ad illos. Si quis venit ad me et nō odit patrē suū et matrē. et uxorē et filios et fratres et sorores. adhuc aūt et aiam suā: nō potest meus esse discipulus. Et q̄ non baiulat crucem suā et venit post me: non potest meus esse discipulus. Quis enim ex vobis volēs turrim edificare non prius sedēs computat sumptus qui necessarij sunt. si habeat ad p̄ficiendum: ne postea q̄a posuerit fundamentum. et nō potuerit p̄ficere. omnes qui vident incipiant illudere ei dicentes. q̄a hic homo cepit edificare et nō potuit consūmare? Aut quis rex iturus cōmittere bellū aduersus aliū regem: non sedens prius cogitat si possit cū decem milibus occurrere ei. qui cū viginti milibus venit ad se? Alioquin adhuc illo lōge agente: legationē mittens rogat ea q̄ pacis sunt. Sic ergo omnis ex vobis qui non renūciat omnibus que possidet: non potest meus esse discipulus. Bonum est sal. Si autem sal quoq; euanuerit: in quo condietur? Neq; in terram neq; in sterquilinium utile est: sed foras mittetur. Qui habet aures audiēdi audiat.

Erant autem appropinquātes ei publicani et peccatores: ut audirent illū. Et murmurabāt pharisei et scribe dicentes: quia hic peccatores recipit et mādūcat cū illis. Quis ad illos parabolā istā dicēs. Et ait ex vobis homo qui habet centum oues: et si p̄diderit unā ex illis. nōne dimittit nonaginta nouem in deserto et vadit ad illā q̄ perierat donec inueniat eā? Et cum inuenerit eā. imponit in humeros suos gaudēs: et veniens domū cōuocat amicos et vicinos dicēs illis. Congratulamini mihi: quia inueni ouē meā q̄ perierat. Dico vobis: ita q̄ gaudiū erit in celo sup uno peccatore penitentiā agente: q̄ sup nonaginta nouē iustis qui non indigent penitentia. Aut q̄ mulier habēs dragmas decem: si p̄diderit dragmā unā. nōne accendit lucernā et euerrit domū et querit diligenter. donec inueniat eā? Et cum inuenerit: conuocat amicas et vicinas dicēs. Cōgratulamini mihi: quia inueni dragmā quā p̄dideram. Ita dico vobis: gaudiū erit coram angelis dei sup uno peccatore penitentiam agente. Ait aūt. Homo quidam habuit duos filios: et dixit adolescentior ex illis patri. Pater: da mihi portionē substantie que me contigit. Et diuisit illis substantiā. Et non post multos dies. congregatis oīnibus adolescentior filius peregre p̄fectus est in regionem lōginquā: et ibi dissipauit substantiam suā uiuendo luxuriose. Et postq̄ omnia consūmasset: facta est fames valida in regione illa: et ipse cepit egere. Et abiit et adhesit uni ciuiū regionis illius: et misit illū in villā suā ut pasceret porcos. Et cupiebat implere uentrē suū de siliquis quas porci mādūcabāt: et nemo illi dabat. In se aūt reuersus dixit. Quanti mercenarij in domo patris mei abundant panibus: ego aūt hic fame pereo. Surgam et ibo ad patrem meū: et dicā ei pater: peccaui in celū et coram te: iam non sum dignus vocari filius tuus: fac me sicut unū de mercenarijs tuis. Et surgens uenit ad patrem suū. Cū aūt adhuc lōge esset. vidit illū pater ipsius: et misericordia motus est: et accurrens cecidit sup collū eius. et osculatus est eū. Dixitq; ei filius. Pater: peccaui in celū et coram te: iam non sum dignus vocari filius

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0448
powered by DWork • Heidelberg University Library

tuus. Dixit aũt pater ad seruos suos. Cito proferte stolam primã: et induite illũ: et date anulũ in manũ eius: et calciamẽta in pedes eius. Et adducite vitulũ saginatũ: et occidite: et mãducemus et epulemur: quia hic filius meus mortuus fuerat et reuixit: perierat et inuentus est. Et ceperũt epulari. Erat aũt filius eius senior in agro. Et cũ veniret et appropinquaret domui: audiuit symphoniã et chorum: et vocauit unum de seruis: et interrogauit quid hec essent. Ipse aũt dixit illi. Frater tuus venit: et occidit pater tuus vitulum saginatũ: quia saluũ illũ recepit. Indignatus est aũt: et nolebat introire. Pater ergo illius egressus cepit rogare illũ. At ille respondens dixit patri suo. Ecce tot annis seruio tibi: et nunq̃ mandatũ tuũ preteriui: et nunq̃ dedisti michi hedum ut cum amicis meis epularer. Sed postq̃ filius tuus hic qui deuorauit substantiã suã cũ meretricibus venit: occidisti illi vitulũ saginatũ. At ipse dixit illi. Fili tu semp mecum es: et omnia mea tua sunt. Epulari aũt et gaudere oportebat: quia frater tuus hic mortuus erat et reuixit: perierat et inuentus est. xvi

Dicebat aũt et ad discipulos suos. Homo quidã erat diues q̃ habebat villicũ: et hic diffamatus est apud illũ: quasi dissipasset bona ipius. Et vocauit illum: et ait illi. Quid hec audio de te? Redde rationẽ villicationis tue. Iam enim non poteris villicare. Ait aũt villicus intra se. Quid faciã: quia dominus meus aufert a me villicationẽ? Fodere non valeo: mendicare erubesco. Scio quid faciã: ut cum amotus fuero a villicatione: recipiãt me in domos suas. Conuocatis itaq̃ singulis debitoribus dñi sui: dicebat primo. Quantũ debes dño meo? At ille dixit. Centũ cados olei. Dixit q̃ illi. Accipe cautionẽ tuã: et sede cito scribe quinquaginta. Deinde alio dixit. Tu vero quantum debes? Qui ait. Centũ choros tritici. Ait illi. Accipe lras tuas: et scribe octoginta. Et laudauit dominus villicum iniquitatis q̃a prudenter fecisset: quia filii huius seculi prudentiores filiis lucis in generatione sua sunt. Et ego vobis dico. Facite vobis amicos de mãmona iniquitatis: ut cum defeceritis recipiant vos in eterna tabernacula. Qui fidelis est in minimo et in maiori fidelis est: et qui in modico iniquus est: et in maiori iniquus est. Si ergo in iniquo mãmona fideles non fuistis: q̃ verũ est quis credet vobis? Et si in alieno fideles nõ fuistis: q̃ vrm est quis dabit vobis? Nemo seruus potest duobus dominis seruire. Aut enim unũ odiet: et alterũ diliget: aut uni adherebit et alterum contemnet. Non potestis deo seruire et mãmone. Audiebãt aũt omnia hec pharisei qui erant auari: et deridebant illũ. Et ait illis. Vos estis q̃ iustificatis vos coram hominibus: deus aũt nouit corda vestra. Quia q̃ hominibus altum est: abominatio est ante deũ. Lex et prophete usq̃ ad iohannẽ: et ex eo regnũ dei euangelizat: et omnis in illud vim facit. Facilius est aũt celũ et terrã preterire: q̃m de lege unum apicem cadere. Omnis q̃ dimittit uxorem suã: et alterã ducit mechatur: et qui dimissam a viro ducit mechat. Homo quidam erat diues qui induebatur purpura et bisso: et epulabatur quotidie splendide. Et erat quidam mendic⁹ nomine lazarus: qui iacebat

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0449
powered by DWork • Heidelberg University Library

ad ianuā eius vlceribus plenus. cupi-
ens saturari de micis que cadebāt de
mēsa diuitis: ⁊ nemo illi dabat. Sed
et canes veniebāt: et lingebāt vlcera e-
ius. Factū est aūt ut moreretur mēdi-
cus: ⁊ portaretur ab angelis in sinū
abrahe. Mortuꝰ ē aūt et diues: et se-
pultus est in inferno. Eleuās aūt ocu-
los suos cū esset in tormentis: vidit
abraham a longe. et lazarū in sinu e-
ius: et ipe clamās dixit. Pater abra-
ham miserere mei: et mitte lazarū ut
intiguat extremū digiti sui ī aquā. ut
refrigeret linguā meā: quia crucior in
hac flāma. Et dixit illi abraham. Fi-
li recordare quia recepisti bona ī vita
tua: et lazarus similiter mala. Nunc
aūt hic cōsolat̄: tu vero cruciaris. Et
in hijs omnibus inter nos et vos ca-
hos magnū firmatū ē: ut hij qui vo-
lunt hinc trāsire ad vos nō possunt:
neq; inde huc trāsmeare. Et ait. Rogo
ergo te pater: ut mittas eū ī domū pa-
tris mei. Habeo enim quīq; fratres: ut
testetur illis ne ⁊ ipi veniāt ī hūc locū
tormentoꝝ. Et ait illi abraham. Ha-
bent moysen et ꝓphetas: audiāt illos.
At ille dixit. Nō pater abraham: sed
si quis ex mortuis ierit ad eos penitē-
tiam agent. Ait aūt illi. Si moysen ⁊
prophetas non audiūt: neq; si quis
ex mortuis resurrexerit credent. xvij

Et ad discipulos suos ait. Impos-
sibile ē ut nō veniant scandala.
Ve aūt illi ꝑ quē veniūt. Utilius est
illi si lapis molaris imponatur circa
collum eius. et ꝓiciatur in mare: q̄ꝫ
ut scādalizet vnū de pusillis istis. At-
tendite vobis. Si peccauerit in te fra-
ter tuus. increpa illū: et si penitentiā e-
gerit dimitte illi. Et si septies ī die pec-
cauerit in te: et septies in die cōuersus
fuerit ad te dicens. penitet me: dimitte
illi. Et dixerūt apostoli dn̄o. Adauge
nobis fidē. Dixit aūt dn̄s. Si habue-
ritis fidē sicut granū sinapis: diceretis
huic arbori moro eradicare et trans-
plantare in mare: et obediret vobis.
Quis autē vestrū habens seruū aran-
tem aut pascentē boues qui regresso
de agro dicat illi statim transi recūbe:
et non dicit. para cy cenem ⁊ p̄cinge te
et ministra michi donec mādūcem et
bibam. ⁊ post hec tu manducabis ⁊
bibes? Nūquid gratiā habet seruo il-
li: quia fecit que ei imperauerat? Non
puto. Sic et vos cū feceritis omnia q̄
p̄cepta sunt vobis dicite: serui inutiles
sumꝰ. Quod debuimꝰ facere fecimus.
Et factū est dum iret ī iherusalē: transi-
ebat ꝑ mediā samariā et galileā. Et
cum ingrederet̄ q̄ddā castellū: occurre-
runt ei decem viri leprosi. Qui steterūt
a longe: ⁊ leuauerūt vocem dicentes.
Ihesu p̄ceptor: miserere nostri. Quos
ut vidit dixit. Ite: ostendite vos sacer-
dotibꝫ. Et factū est dum irent: mūdati
sunt. Vnus aūt ex illis ut vidit quia
mūdatus est: regressus est cū magna
voce magnificās deū. Et cecidit in fa-
ciem ante ꝑdes eiꝰ: gratias agens. Et
hic erat samaritanꝰ. Respōdens aūt
ihesus dixit. Nōne decem mūdati sunt?
Et nouē vbi sunt? Non est inuentus
qui rediret. ⁊ daret gloriā deo: nisi hic
alienigena. Et ait illi. Surge vade:
q̄a fides tua te saluū fecit. Interroga-
tus aūt a phariseis quando venit re-
gnum dei: respōdens eis dixit. Non
veniet regnū dei cū obseruatione: neq;
dicent ecce hic aut ecce illic. Ecce enim
regnū dei intra vos est. Et ait ad disci-
pulos suos. Venient dies quando
desideretis videre vnū diem filij hoīs:

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0450
powered by DWork • Heidelberg University Library

et nō videbitis. Et dicent vobis. Ecce hic et ecce illic. Nolite ire: neq; sectemini. Nam sicut fulgur coruscans de sub celo ī ea que sub celo sunt fulget: ita erit filius hoīs in die sua. Primū aūt oportet illū multa pati: ⁊ reprobari a generatione hac. Et sicut factū est in diebs noe: ita erit et in diebs filij hominis. Edebāt et bibebāt. uxores ducebāt. ⁊ dabant ad nuptias. usq; in diem qua intrauit noe in archam: et venit diluuiū ⁊ pdidit omnes. Similiter sicut factū est ī diebs loth. Edebāt et bibebant ⁊ vendebāt plantabāt et edificabāt: qua die aūt exiit loth a sodomis. pluit ignem ⁊ suphur de celo: et oēs pdidit. Secūm hec erit qua die filius hoīs revelabit. In illa hora q̄ fuerit in tecto. et vasa eius in domo ne descendat tollere illa: et qui in agro: similiter non redeat retro. Memores estote uxoris loth. Quicunq; quesierit animam suā saluā facere pdet illam. Et quicūq; pdiderit illā: vivificabit eam. Dico vobis: in illa nocte erūt duo in lecto uno: unus assumetur et alter relinquetur. Due erūt molentes ī unū: una assumet ⁊ altera relinquet. Duo in agro: unus assumetur: ⁊ alter relinquet. Respōdētes dicūt illi. Ubi dne? Qui dixit illis. Ubicūq; fuerit corp⁹ illuc cōgregabūtur ⁊ aquile. xvm

Dicebat aūt ⁊ parabolā ad illos: quoniā oportet semp orare et nō deficere: dicens. Judex quidā erat in quadā ciuitate: qui deū nō timebat et hominē nō reuerebat. Vidua aut̄ quedā erat in ciuitate illa: et veniebat ad eū dicens. Vindica me de aduersario meo. Et nolebat per multū temp⁹. Post hec aūt dixit intra se. Et si deū nō timeo nec hominē reuereor: tamē quia molesta est michi hec vidua vindicabo illā: ne in nouissimo veniens suggillet me. Dixit aūt dns. Audite quid iudex iniquitatis dicit. Deus aūt nō faciet vindictā electoz suoz clamātū ad se die ac nocte: et patientiā habebit in illis? Dico vobis: quia cito faciet vindictā illoz. Verūtamē filius hominis veniens: putas inueniet fidem in terra? Dixit aūt ⁊ ad quosdā qui ī se confidebāt tanq̄ iusti ⁊ aspnabantur ceteros parabolā istā. Duo hoies ascendebāt in templū ut orarent: unus pharisēus ⁊ alter publican⁹. Pharisēus stans. hec apud se orabat. Deus gratias ago tibi: quia non sum sicut ceteri hominū. raptores. iniusti. adulteri: velut etiā hic publican⁹. Jeiuno bis in sabbato: decimas do omniū q̄ possideo. Et publican⁹ alonge stans nolebat nec oculos ad celū leuare: sed percutiebat pectus suū dicens. Deus ꝓpicius esto michi peccatori. Dico vobis: descendit hic iustificatus in domum suā ab illo: quia oīs qui se exaltat humiliabitur: et qui se humiliat exaltabit. Afferebant aūt ad illū ⁊ infantes: ut eos tangeret. Quod cū viderēt discipli increpabant illos. Jhesus aūt cōuocās illos dixit. Sinite pueros venire ad me: et nolite vetare eos. Talium est enim regnū dei. Amen dico vobis: quicūq; nō acceperit regnum dei sicut puer. non intrabit in illud. Et interrogauit eum quidam princeps dicens. Magister bone: quid faciens vitā eternam possidebo? Dixit aūt ei ihesus. Quid me dicis bonū? Nemo bon⁹ nisi solus deus. Mandata nosti. Nō occides: non mechaberis. nō furtū facies. nō falsum testimoniū dices: honora patrē tuū et matrē. Qui ait. Hec oīa

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0451
powered by DWork • Heidelberg University Library

custodiui a iuuẽtute mea. Quo audi-
to ihesus: ait ei. Adhuc vnũ tibi deest.
Omnia quecunq; habes vende et da
pauperibꝫ: et habebis thesaurꝫ in celo:
et veni sequere me. Hijs ille auditis
contristatꝰ est: quia diues erat valde.
Vidẽs aũt ihesus illũ tristẽ factũ dixit.
Quã difficile qui pecunias habent in
regnũ dei intrabũt. Facilius est enim
camelũ ꝑ foramen acus transire: q̃ꝫ di-
uitem intrare in regnũ dei. Et dixerũt
qui audiebãt. Et quis potest saluus
fieri? Ait illis. Que impossibilia sunt
apud homines: possibilia sunt apud
deũ. Ait aũt petrus. Ecce nos dimisi-
mus omnia: et secuti sumꝰ te. Qui di-
xit eis. Amen dico vobis: nemo est q̃
reliquit domũ aut parentes aut fra-
tres aut vxorem aut filios ꝓpter regnũ
dei et non recipiat multo plura ĩ hoc
tempore: et in seculo venturo vitã eter-
nam. Assũpsit aũt ihesus duodecim:
et ait illis. Ecce ascendimus iherosoli-
mam: et cõsumabunt̃ omnia q̃ scripta
sunt per prophetas de filio hominis.
Tradet̃ enĩ gentibꝫ. et illudetur ⁊ flagel-
labit̃. et cõspuetur: et postq̃ꝫ flagella-
uerint occident eũ: et die tercia resur-
get. Et ipi nichil horꝫ intellexerunt. Et
erat verbũ istud absconditũ ab eis: et
nõ intelligebãt que dicebãtur. Factũ
est autẽ cũ appropinquaret iherichо:
cecus quidã sedebat secus viã mendi-
cans. Et cũ audiret turbã ꝑtereũtem:
interrogabat quid hoc esset. Dixerũt
aũt ei: q̃ ihesus nazarenꝰ trãsiret. Et
clamauit dicens. Ihesu fili dauid: mi-
serere mei. Et qui ꝑibant increpabant
eũ ut taceret. Ipe vero mscomagis cla-
mabat: fili dauid miserere mei. Stãs
aũt ihesus: iussit illũ adduci ad se. Et
cum appropinquasset: interrogauit
illũ dicens. Quid tibi vis faciam? At
ille dixit. Dñe ut videã. Et ihesus di-
xit ei. Respice. Fides tua te saluũ fecit.
Et confestim vidit: et sequebatur il-
lum magnificãs deũ. Et omnis plebs
ut vidit dedit laudem deo. xix

Et ingressus perãbulabat iherichо.
Et ecce vir noĩe zacheus: et hic
priceps erat publicanorꝫ: et ipe diues.
Et querebat videre ihesum quis esset:
et non poterat pre turba: quia statu-
ra pusillus erat. Et ꝑcurrens ascendit
in arborem sicomorꝫ ut videret eũ: q̃a
inde erat trãsiturꝰ. Et cũ venisset ad lo-
cum: suspiciẽs ihesus vidit illũ: ⁊ dixit
ad eũ. Zachee festinãs descende: quia
hodie in domo tua oportet me mane-
re. Et festinãs descendit: et excepit illũ
gaudẽs. Et cũ viderent omnes murmu-
rabãt dicentes: q̃ ad hominẽ peccato-
rem diuertisset. Stans autẽ zacheus
dixit ad ihesum. Ecce dimidiũ bonorꝫ
meorꝫ dñe do pauperibꝫ: et si q̃d aliquẽ
defraudaui reddo quadruplum. Ait
ihesus ad eum. Quia hodie salus do-
mui huic facta est: eo q̃ ipse filius sit
abrahe. Venit enĩ filiꝰ hoĩs querere ⁊
saluũ facere q̃d perierat. Hec illis audi-
entibus adiciẽs dixit parabolã: eo q̃
esset ꝓpe iherusalẽ. ⁊ quia existimarent
q̃ cõfestim regnũ dei manifestaretur.
Dixit ergo. Homo quidã nobilis ab-
ijt in regionẽ longinquã accipere sibi
regnũ: ⁊ reuerti. Vocatis aũt decem ser-
uis suis. dedit eis decem mnas: et ait
ad illos. Negociamini dũ venio. Ci-
ues aũt eiꝰ oderãt eũ: et miserũt legati-
onem post illum dicentes. Nolumus
hunc regnare sup nos. Et factũ est ut
rediret accepto regno: et iussit vocari
seruos quibus dedit pecuniã: ut sciret
quãtũ quisq; negociatus esset. Venit

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0452
powered by DWork • Heidelberg University Library

autē primꝰ dicens. dñe: mna tua decē
mnas acquisiuit. Et ait illi. Euge bo-
ne serue: quia in modico fuisti fidelis:
eris potestatem habens supra decem
ciuitates. Et alter venit dicens. Dñe:
mna tua fecit quīq; mnas. Et huic a-
it. Et tu esto sup quīq; ciuitates. Et al-
ter venit dicens. Dñe ecce mna tua:
quā habui repositā ī sudario. Timui
enim te quia homo austeris es: tollis
quod nō posuisti. et metis qđ non se-
minasti. Dixit ei. De ore tuo te iudico
serue nequā. Sciebas q̄ ego homo
austeris sum tollens qđ non posui: et
metens qđ nō seminaui. Et quare nō
dedisti pecuniā meā ad mensam: et e-
go veniēs cum vsuris vtiq; exegissem
illud. Et astantibꝫ dixit. Auferte ab
illo mnam: et date illi q̄ decē mnas ha-
bet. Et dixerunt ei. Dñe: habet decem
mnas. Dico aūt vobis: q̄a omni ha-
bēti dabit̄ et abūdabit: ab eo aūt q̄ nō
habet. ⁊ qđ habet. auferet̄ ab eo. Verū-
tamē inimicos meos illos qui nolue-
runt me regnare sup se adducite huc:
et interficite āte me. Et hijs dictis pre-
cedebat ascendens iherosolimā. Et fa-
ctum est cū appropinquasset ad beth-
phage et bethaniam. ad mōtem qui
vocat̄ oliueti: misit duos discipulos
suos dicēs. Ite ī castellū qđ cōtra vos
est. In qđ introeūtes. inuenietis pullū
asine alligatū: cui nemo vnq̄ hoīm
sedit. Soluite illum: et adducite. Et si
quis vos interrogauerit quare solui-
tis: sic diceris ei. Quia dñs operā eius
desiderat. Abierūt aūt qui missi erāt:
et inuenerunt sicut dixit illis stantem
pullū. Soluentibꝫ aūt illis pullū: di-
xerūt dñi eius ad illos. Quid soluitis
pullū? At illi dixerūt. Quia dominꝰ
eum necessariū habet. Et duxerūt illū
ad ihesum. Et iactātes vestimēta sua
supra pullū: imposuerūt ihesum. Eūte
autē illo substernebāt vestimēta sua ī
via. Et cū appropīquaret iā ad descen-
sum mōtis oliueti: ceperūt omēs tur-
be descendentium gaudentes laudare
deū voce magna sup omībus quas
viderāt virtutibꝫ dicentes. Benedictꝰ
qui venit rex in noīe dñi: pax in celo ⁊
gloria ī excelsis. Et quidā phariseorꝫ
de turbis dixerunt ad illū. Magister
increpa discipulos tuos. Quibus ipse
ait. Dico vobis: quia si hij tacuerint
lapides clamabunt. Et ut appropin-
quauit: videns ciuitatē fleuit sup illā
dicens. Quia si cognouisses et tu. Et
quidē ī hac die tua q̄ ad pacē tibi: nūc
aūt abscōdita sūt ab oclis tuis. Quia
venient dies in te. ⁊ circundabūt te ini-
mici tui vallo: et circundabūt te. et co-
angustabūt te vndiq;: et ad terrā pro-
sternēt te. et filios tuos qui in te sunt.
Et nō relinquent in te lapidē sup lapi-
dem: eo q̄ nō cognoueris tempus visi-
tatōnis tue. Et ingressus in templum
cepit eicere vendētes ⁊ ementes: dicens
illis. Scriptū est: quia domꝰ mea do-
mus oratōnis est. Vos aūt fecistis il-
lam speluncā latronū. Et erat docens
quotidie in templo. Principes aūt sa-
cerdotum et scribe et principes plebis.
querebāt illū ꝑdere: et nō inueniebāt
quid facerent illi. Omīs enī ꝓplus sus-
pensus erat audiens illum. xx

Et factum est in vna dierū docen-
te illo ꝓplm in templo ⁊ euange-
lizante: cōuenerūt principes sacerdotū
et scribe cū senioribꝫ: et aiunt dicentes
ad illū. Dic nobis ī qua potestate hec
facis. Aut quis est qui dedit tibi hāc
potestatem? Respōdens aūt ihesus di-
xit ad illos. Interrogabo vos et ego

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0453
powered by DWork • Heidelberg University Library

vnū verbū. Respondete michi. Baptis-
mum iohannis de celo erat: an ex ho-
minibꝫ? At illi cogitabant inter se di-
centes. Quia si dixerimꝰ de celo dicet.
Quare ergo nō credidistis illi? Si au-
tem dixerimꝰ ex hominibꝫ: plebs vni-
uersa lapidabit nos. Certi sunt enim
iohānem prophetā esse. Et responde-
runt se nescire vnde esset. Et ihesus a-
it illis. Neqꝫ ego dico vobis: in qua
potestate hec facio. Cepit aūt dicere
ad plebem parabolā hāc. Homo plā-
tauit vineā ⁊ locauit eam colonis: et
ipse peregre fuit multis temporibꝫ. Et
in tempore misit ad cultores seruū: ut
de fructu vinee darent illi. Qui cesum
dimiserūt eum inanē. Et addidit al-
terū seruū mittere. Illi aūt hunc quoqꝫ
cedentes et afficientes cōtumelia: dimi-
serūt inanem. Et addidit terciū mitte-
re: qui ⁊ illū vulnerātes eiecerūt. Dixit
aūt dn̄s vinee. Quid faciā? Mittā fili-
um meū dilectū: forsitan cū hunc vide-
rint verebuntur. Quem cum vidissent
coloni: cogitauerunt intra se dicentes.
Hic est heres. Occidamꝰ illū: ut nr̄a fi-
at hereditas. Et eiectū illū extra vineā
occiderunt. Quid ergo faciet illis dn̄s
vinee? Veniet ⁊ ꝑdet colonos istos: ⁊
dabit vineā alijs. Quo audito dixerūt
illi. Absit. Ille aūt aspiciens eos ait.
Quid ē ergo hoc qd̄ scriptū ē. lapidem
quē reprobauerūt edificātes hic factꝰ ē
ī caput āguli? Om̄is q̄ ceciderit supra
illū lapidē cōquassabit: supra quē au-
tem ceciderit cōminuet illū. Et q̄rebāt
principes sacerdotū et scribe mittere ī
illū manꝰ illa hora: ⁊ timuerūt ꝓpl̄m.
Cognouerūt enī q̄ ad ip̄os dixerit si-
militudinē hanc. Et obseruātes mise-
runt insidiatores q̄ se iustos simula-
rent. ut caperēt eū ī s̄mone: ut traderēt
illū principatui ⁊ potestati p̄sidis. Et
interrogauerūt eū dicentes. Magister
scimꝰ quia recte dicis ⁊ doces: et non
accipis ꝑsonam: sed viā dei in veritate
doces. Licet nobis dare tributū cesari
an nō? Considerans aūt dolū illorū
dixit ad eos. Quid me tēptatis? Ostē-
dite michi denariū. Cuiꝰ habet ymagi-
nem ⁊ inscriptionē? Respōdentes dixe-
runt. Cesaris. Et ait illis. Reddite er-
go q̄ sunt cesaris cesari: et q̄ sūt dei deo.
Et non potuerūt verbū eiꝰ rep̄hendere
corā plebe: et mirati in responso eius
tacuerūt. Accesserunt aūt quidā sadu-
ceorꝫ. qui negant esse resurrectionē: et
interrogauerūt eū dicentes. Magister.
moyses scripsit nobis: si frater alicuiꝰ
mortuus fuerit habens vxorem. ⁊ hic
sine liberis fuerit ut accipiat eā frater
eius vxorem. et suscitet semē fratri suo.
Septem ergo fratres erant: ⁊ primus
accepit vxorem et mortuꝰ est sine filijs.
Et sequens accepit illā: et ip̄e mortuus
est sine filio. Et tercius accepit illā: si-
militer ⁊ omnes septem ⁊ non reliquē-
runt semē: et mortui sunt. Nouissime
omniū mortua est et mulier. In resur-
rectione ergo cuiꝰ eorꝫ erit vxor? Siqui-
dem septem habuerūt eam vxorē. Et
ait illis ihesus. Filij huiꝰ seculi nubūt.
et tradūtur ad nuptias: illi vero q̄ di-
gni habebunt̄ seculo illo. et resurrecti-
one ex mortuis neqꝫ nubēt neqꝫ ducēt
vxores: neqꝫ vltra mori poterūt. Equa-
les enim angelis sunt: et filij sunt dei.
cū sint filij resurrectionis. Quia vero
resurgant mortui. ⁊ moyses ostendit
secꝰ rubū: sicut dicit dn̄m deū abrahā
et deū ysaac. et deū iacob. Deus autem
non est mortuorꝫ sed viuorꝫ. Omnes
enī viuunt ei. Respondētes aūt quidā
scribarꝫ dixerūt ei. Magister bene dixisti.

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0454
powered by DWork • Heidelberg University Library

Et amplius non audebant eū quicq̄ interrogare. Dixit aūt ad illos. Quomodo dicūt cristū filiū dauid esse: ⁊ ip̄e dauid dicit ī libro psalmoꝝ. Dixit dominꝰ dn̄o meo sede a dextris meis. donec ponā inimicos tuos scabellū pedū tuoꝝ? Dauid ergo dn̄m illū vocat: et quomō filius eius est? Audiente aūt omni ꝓplo dixit discipulis suis. Attendite a scribis qui volūt ambulare in stolis. et amant salutacōnes in foro: et primas kathedras in synagogis: et p̄mos discubitus in cōuiuijs. Qui deuorāt domos viduarū: simulantes longam orationem. Hij accipient damnationem maiorem. xxi

Respiciens aūt vidit eos qui mittebāt munera sua ī gazophilacium diuites. Vidit aūt ⁊ quādā viduam pauperculā mittentem era minuta duo. Et dixit. Vere dico vobis: q̄a vidua hec paup plus q̄ om̄es misit. Nā om̄es hij ex abundanti sibi miserunt in munera dei: hec autem ex eo q̄ deest illi omnē victum suū quē habuit misit. Et quibusdā dicentibꝫ de tēplo q̄ bonis lapidibꝫ et donis ornatum esset. dixit. Hec que videtis: veniēt dies in quibus non relinquet̄ lapis sup lapidē qui nō destruat̄. Interrogauerūt autem illū dicētes. Preceptor quando hec erūt: et qd̄ signū cū fieri incipient? Qui dixit. Videte ne seducamini. Multi enim venient in noīe meo dicentes quia ego sum: et tempus appropīquauit. Nolite ire post eos cū aūt audieritis prelia et seditiones. nolite terreri. Oportet primū hec fieri: sed nondum statim finis. Tunc dicebat illis. Surget gens contra gentem et regnū adūsus regnū: et terremotꝰ magni erūt p loca. ⁊ pestilentie ⁊ fames: terroresq̄ de celo. ⁊ signa magna erūt. Sed āte hec omnia inicient vobis manus suas: et psequent̄ tradentes in synagogas ⁊ custodias: trahentes ad reges ⁊ p̄sides propter nomē meū. Contiget autem vobis in testimoniū. Ponite ergo in cordibus vr̄is non p̄meditari quēadmodū respondeatis. Ego enim dabo vobis os ⁊ sapientiā: cui nō poterunt resistere ⁊ cōtradicere omnes aduersarij vestri. Trademini aūt a parentibꝫ ⁊ fratribus ⁊ cognatis ⁊ amicis: ⁊ morte afficient ex vobis. Et eritis odio omnibus hominibus ꝓpter nomē meū. Et capillus de capite vestro non peribit. In patientia vestra possidebitis animas vr̄as. Cum aūt videritis circundari ab exercitu iherusalē: tūc scitote quia appropinquauit desolatio eiꝰ. Tunc q̄ in iudea sunt fugiāt ad montes: et qui in medio eius discedant. et qui in regionibus non intrent in eā: quia dies vltionis hij sunt ut impleantur omnia que scripta sunt. Ve autem pregnantibus ⁊ nutriētibꝫ in illis diebꝫ. Erit enī pressura magna super terrā: et ira ꝓplo huic. Et cadent ī ore gladij: ⁊ captiui ducent̄ in om̄es gentes. Et iherusalē calcabit̄ a gentibus: donec impleantur tempora nationū. Et erūt signa in sole et luna et stellis: et in terris pressura gentiū p̄ cōfusione sonitꝰ maris ⁊ fluctuū: arescentibꝫ hominibus p̄ timore et expectacōne que supueniēt vniuerso orbi. Nam virtutes celoꝝ mouebūtur. Et tunc videbūt filiū hoīs venientē in nube cū potestate magna ⁊ maiestate. Hijs autē fieri incipiētibus. respicite et leuate capita vestra: quoniā appropinquat redemptio vestra. Et dixit illis similitudinē. Videte ficulneā et omnes arbores: cū

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0455
powered by DWork • Heidelberg University Library

producunt iam ex se fructū scitis quoniam ppe est estas. Ita et vos cū videritis hec fieri: scitote quoniā ppe est regnum dei. Amen dico vobis: quia nō preteribit generatio hec donec oīa fiant. Celum et terra trāsibunt: verba aūt mea non trāsibūt. Attendite aūt vobis ne forte grauent corda vestra in crapula et ebrietate et curis huius vite: et supueniat in vos repentina dies illa. Tanq̄ laqueus enim supueniet in oēs: qui sedent sup faciē oīs terre. Vigilate ergo oī tempore orātes: ut digni habeamini fugere ista omnia que futura sunt: et stare āte filiū hominis. Erat autem diebus docens in templo: noctibus vero exiens morabatur in monte qui vocat̄ oliueti. Et omnis populus manicabat ad eum in templo audire eum. xxii

Appropinquabat aūt dies festus azimoz qui dicitur pascha. Et querebāt principes sacerdotū et scribe quomō eū interficerent: timebāt vero plebem. Intrauit aūt sathanas in iudam qui cognominabatur scarioth. vnū de duodecim: et abiit et locutus est cum principibs sacerdotū et magistratibs quēadmodū illū traderet eis. Et gauisi sunt: et pacti sunt pecuniā illi dare. Et spopondit. Et querebat opportunitatē: ut traderet illū sine turbis. Venit aūt dies azimoz: in qua necesse erat occidi pascha. Et misit petrum et iohānem dicens. Euntes parate nobis pascha: ut manducem⁹. At illi dixerūt. Vbi vis paremus? Et dixit ad eos. Ecce introeuntibus vobis in ciuitatē occurret vobis homo amphoram aque portans: sequimini eū in domū in quā intrat: et dicetis patrifamilias dom⁹. Dicit tibi magister. Vbi est diuersoriū ubi pascha cū discipulis meis manducem? Et ipe ostendet vobis cenaculū magnū stratū: et ibi parate. Euntes aūt inuenerūt sicut dixit illis: et parauerūt pascha. Et cū facta esset hora discubuit: et duodeci apli cum eo. Et ait illis. Desiderio desideraui hoc pascha manducare vobiscū: āteq̄ patiar. Dico enim vobis: quia ex hoc nō mānducabo illud donec impleatur in regno dei. Et accepto calice gratias egit et dixit. Accipite et dividite inter vos. Dico enī vobis: q̄ nō bibam de generatione vitis donec regnum dei veniat. Et accepto pane gratias egit et fregit: et dedit eis dicēs. Hoc est corpus meū: quod p̄ vobis datur. Hoc facite in meā cōmemorationem. Similiter et calicem: postq̄ cenauit dicens. Hic est calix nouū testamentum in sanguine meo: qui pro vobis fundetur. Verūtamen ecce manus tradentis me mecū est in mensa. Et quidē filius hominis secm̄ qđ diffinitū ē vadit. Verūtamē ve homini p quē tradetur. Et ipi repetūt querere inter se: q̄s esset ex eis q̄ hoc faciur⁹ esset. Facta est autem et cōtentio inter eos: quis eoz videretur esse maior. Dixit aūt eis. Reges gentū dominātur eoz: et qui potestatē habent sup eos benefici vocant̄. Vos aūt non sic. Sed qui maior est in vobis fiat sicut iunior: et qui p̄cessor est sicut ministrator. Nam quis maior est? Qui recumbit: an qui ministrat? Nōne qui recumbit? Ego aūt in medio vestrū sum sicut q̄ ministrat. Vos aūt estis qui pmansistis mecū in tēptationibs meis. Et ego dispono vobis sicut disposuit mihi pater meus regnū: ut edatis et bibatis sup mensam meā in regno meo: et sedeatis sup thronos

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0456
powered by DWork • Heidelberg University Library

duodecim iudicantes duodecim tribꝫ
israhel. Dit aũt dñs simoni. Simon:
ecce sathanas expetiuit vos·ut cribra-
ret sicut triticũ. Ego aũt rogaui ꝓ te:
ut nõ deficiat fides tua. Et tu aliquã-
do conuersus: confirma fratres tuos.
Qui dixit ei. Domine: tecũ paratꝰ sũ
et in carcerem ⁊ in mortem ire. Et ille
dixit. Dico tibi petre: non cãtabit ho-
die gallus·donec ter abneges nosse
me. Et dixit eis. Quãdo misi vos sine
sacculo et pera et calciamẽtis: numqd
aliquid defuit vobis? At illi dixerũt.
Nichil. Dixit ergo eis. Sed nunc q̃ ha-
bet sacculũ tollat: similiter ⁊ perã. Et
qui non habet: vendat tunicam suã ⁊
emat gladiũ. Dico enim vobis: quo-
niam adhuc hoc q̃d scriptũ ẽ oportet
impleri in me: et cũ iniquis deputa-
tus est. Etenim ea que sunt de me fi-
nem habent. At illi dixerũt. Dñe: ecce
duo gladij hic. At ille dixit eis. Satis
est. Et egressus ibat secũdũ cõsuetudi-
nem in montem oliuaꝝ. Secuti sunt
illũ ⁊ discipli. Et cũ venisset ad locũ:
dixit illis. Orate: ne intretis in tempta-
tionẽ. Et ipe auulsus est ab eis quãtũ
iactus est lapidis: ⁊ positis genibus
orabat dicens. Pater: si vis transfer
calicem istũ a me. Verũtamẽ nõ mea
voluntas: sed tua fiat. Apparuit aũt
illi angelus de celo confortans eũ. Et
factus in agonia prolixiꝰ orabat. Et
factus est sudor eiꝰ·sicut gutte sangui-
nis decurrentis in terrã. Et cũ surrexisset
ab oratione ⁊ venisset ad discipulos su-
os: inuenit eos dormientes pꝰ tristitia.
Et ait illis. Quid dormitis? Surgite
orate: ne intretis in temptationẽ. Adhuc
eo loquẽte: ecce turba·et q̃ vocabatur
iudas unus de duodecim antecedebat eos: et appropiquauit ihesu·ut
oscularetur eum. Ihesus aũt dixit illi.
Iuda·osculo filiũ hominis tradis?
Videntes aũt hij qui circa ipm erant
q̃d futurũ erat: dixerũt ei. Dñe: si percu-
timus in gladio? Et percussit unus ex il-
lis seruũ principis sacerdotũ: et ampu-
tauit auriculã eiꝰ dexterã. Respõdes
aũtẽ ihesus ait. Sinite. Usq; huc. Et
cum tetigisset auriculã eiꝰ·sanauit eũ.
Dixit aũt ihesus ad eos qui venerãt
ad se principes sacerdotũ ⁊ magistra-
tus templi ⁊ seniores. Quasi ad latro-
nem existis cũ gladijs ⁊ fustibꝰ. Cum
quotidie vobiscũ fuerim in templo: nõ
extendistis manus in me. Sed hec est
hora vra: et potestas tenebraꝝ. Com-
prehendẽtes aũt eũ·duxerũt ad domũ
principis sacerdotũ: petrus vero seque-
batur alonge. Accenso aũt igne in me-
dio aule·et circũsedentibꝰ illis: erat pe-
trus in medio eorũ. Quem cũ vidisset
ancilla quedam sedentẽ ad lumen: et
cum fuisset intuita dixit. Et hic cũ illo
erat. At ille negauit eum dicens. Mu-
lier: non noui illũ. Et post pusillũ ali-
us videns eũ dixit. Et tu de illis es. Pe-
trus vero ait. O homo nõ sũ. Et inter-
uallo facto quasi hore unius: alius qui-
dam affirmabat dicens. Vere et hic
cum illo erat: nam et galileus est. Et
ait petrus. Homo: nescio quid dicis. Et
cõtinuo adhuc illo loquẽte cantauit
gallus. Et cõuersus dñs respexit petrũ.
Et recordatus ẽ petrus verbi dñi sicut dixe-
rat: q̃a priusq̃ gallus cãtet·ter me nega-
bis. Et egressus foras petrus fleuit amа-
re. Et viri qui tenebãt illũ·illudebãt ei
cedentes. Et velauerũt eũ: ⁊ percutiebãt
faciẽ eius: et interrogauerũt eũ dicentes.
Prophetiza. Quis est qui te percussit?
Et alia multa blasphemãtes dicebãt
in eum. Et ut factus ẽ dies·cõuenerũt

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0457
powered by DWork • Heidelberg University Library

seniores plebis ⁊ principes sacerdotũ et scribe: ⁊ duxerũt illũ i cõsiliũ suũ dicentes. Si tu es xp̃us dic nobis. Et ait illis. Si vobis dixero nõ credetis mihi: si aũt ⁊ interrogauero nõ respõdebitis mihi: neq; dimittetis. Ex hoc autem erit filius hois sedens a dextris virtutis dei. Dixerunt aũt omnes. Tu ergo es filius dei? Qui ait. Vos dicitis: qꝛa ego sum. At illi dixerũt. Quid adhuc desideramꝰ testimoniũ? Ipsi enim audiuimꝰ de ore eius. xxiii

Et surgens oĩis multitudo eoꝝ duxerũt illũ ad pilatũ. Ceperũt aũt accusare illũ dicentes. Hunc inuenimus subuertentem gentem nostrã: et phibentem tributa dari cesari: et dicentem se xp̃m regem esse. Pilatꝰ aũt interrogauit eũ dicens. Tu es rex iudeorũ? At ille respondens ait. Tu dicis. Ait aũt pilatus ad principes sacerdotum ⁊ turbas. Nichil inuenio causę i hoc homine. At illi invalescebant dicentes. Cõmouit pplm docens p vniuersam iudeã incipiẽs a galilea usq; huc. Pilatus aũt audiens galileã interrogauit si homo galileus esset. Et ut cognouit qꝛ de herodis potestate esset remisit eũ ad herodem: qui ⁊ ipse iherosolimis erat illis diebus. Herodes aũt viso iesu: gauisus est valde. Erat enim cupiens ex multo tempore videre eũ eo qꝛ audiret multa de eo: ⁊ sperabat signum aliqd̃ videre ab eo fieri. Interrogabat aũt illũ multis sermonibus: at ipe nichil illi respondebat. Stabãt aũt principes sacerdotũ ⁊ scribe cõstãter accusãtes eũ. Spreuit aũt illũ herodes cũ exercitu suo: ⁊ illusit indutũ veste alba: ⁊ remisit ad pilatum. Et facti sunt amici herodes ⁊ pilatus in ipsa die: nam antea inimici erant ad invicem. Pilatus aũt convocatis principibus sacerdotũ et magistratibus et plebe: dixit ad illos. Obtulistis mihi hũc hominẽ. quasi auertentem populũ: ⁊ ecce ego coram vobis interrogãs. nullã causam inveni in homine isto: ex his in quibus eum accusatis. Sed neq; herodes. Nam remisi vos ad illum: ⁊ ecce nichil digni morte actũ est ei. Emendatũ ergo illũ dimittam. Necesse autẽ habebat dimittere eis p diem festũ unũ. Exclamauit aũt simul universa turba dicens. Tolle hũc: ⁊ dimitte nobis barraban. Qui erat propter seditionẽ quandã factã in civitate ⁊ homicidiũ missus in carcerem. Iterꝝ aũt pilatus locutꝰ est ad eos: volẽs dimittere iesum. At illi succlamabãt dicẽtes. Crucifige: crucifige eũ. Ille autem tertio dixit ad illos. Quid enim mali fecit iste? Nullã causã mortis invenio in eo. Corripiã ergo illũ et dimittam. At illi instabãt vocibus magnis postulantes ut crucifigeretur: ⁊ invalescebãt voces eoꝝ. Et pilatꝰ adiudicauit fieri petitionẽ eoꝝ. Dimisit aũt illis eũ qui propter homicidiũ et seditionẽ missus fuerat in carcerẽ quẽ petebãt: iesũ vero tradidit voluntati eoꝝ. Et cũ ducerẽt eũ apphenderũt simonẽ quendã cyrenensem venientem de villa: ⁊ imposuerũt illi crucẽ portare post iesum. Sequebatur aũt illũ multa turba pplі et mulierũ: que plãgebãt ⁊ lamentabantur eum. Conversus aũt ad illas iesus dixit. Filie iherusalẽ nolite flere sup me: sed sup vosipas flete. et sup filios vestros. Quoniã ecce venient dies i quibus dicent. Beate steriles. et ventres q̃ non genuerũt: ⁊ ubera que non lactauerũt. Tunc incipient dicere montibꝰ cadite sup nos: ⁊ collibꝰ operite nos.

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0458
powered by DWork • Heidelberg University Library

Quia si i viridi ligno hec faciūt: in arido qd fiet? Ducebant aūt et alij duo nequā cum eo: ut interficerent. Et postq̄ venerūt in locū qui vocatur caluarie. ibi crucifixerunt eū: ⁊ latrones: vnū a dextris. ⁊ alterū a sinistris. Ihesus autem dicebat. Pater dimitte illis. Nō enim sciunt quid faciūt. Diuidentes vero vestimēta eius miserūt sortes. Et stabat ꝑplus expectans: et deridebant eum principes cum eis dicentes. Alios saluos fecit: se saluū faciat. si hic ē cristus dei electus. Illudebant aūt ei ⁊ milites accedentes: ⁊ acetū offerentes ei dicentes. Si tu es rex iudeorū saluū te fac. Erat aūt ⁊ suꝑscriptio scripta super eū litteris grecis ⁊ latinis et hebraicis: hic est rex iudeorū. Vnus aūt de hijs qui pendebāt latronibꝫ blasphemabat eū dicens. Si tu es cristus: saluum fac teipm̄ ⁊ nos. Respondēs autem alter increpabat eum dicens. Neq; tu times deū: qui in eadem damnatione es. Et nos quidem iuste: nā digna factis recipimus. Hic vero nichil mali gessit. Et dicebat ad ihesum. Domine: memento mei cum veneris in regnum tuū. Et dixit illi ihesus. Amen dico tibi: hodie mecū eris in paradiso. Erat aūt fere hora sexta: et tenebre facte sunt in vniuersam terrā usq; in horam nonā. Et obscuratꝰ est sol: et velum templi scissum est medium. Et clamans voce magna ihesus ait. Pater: ī manꝰ tuas cōmendo spiritū meū. Et hec dicens expirauit. Videns aūt centurio qd factū fuerat: glorificauit deum dicens. Vere hic homo iustus erat. Et omnis turba eorū qui simul aderāt ad spectaculū istud. et videbāt que fiebant: ꝑcutientes pectora sua reuertebant. Stabant aūt omnes noti eius alonge: ⁊ mulieres que secute eū erant a galilea hec videntes. Et ecce vir noīe ioseph qui erat decurio. vir bonus ⁊ iustus: hic nō cōsenserat consilio ⁊ actibus eorū. ab arimathia ciuitate iudee: qui expectabat ⁊ ipe regnū dei. Hic accessit ad pilatū ⁊ petijt corpus ihesu: ⁊ depositū inuoluit syndone: et posuit eū in monumēto exciso: in quo nondū quisq̄ positus fuerat. Et dies erat parasceues: et sabbatū illucescebat. Subsecute aūt mulieres q̄ cum eo venerāt de galilea viderūt monumentū: ⁊ quēadmodū positū erat corpus eius: ⁊ reuertentes parauerunt aromata ⁊ vnguenta: et sabbato quidem siluerūt scd̄m mādatū. xxiiij.

Vna aūt sabbati valde diluculo venerūt ad monumentū portantes que parauerāt aromata: ⁊ inuenerunt lapidē reuolutū a monumento: et ingresse non inuenerūt corpus dn̄i ihesu. Et factum est dum mente consternate essent de isto: ecce duo viri steterunt secus illas in veste fulgenti. Cū timerent aūt et declinarent vultum in terrā: dixerūt ad illas. Quid queritis viuentem cū mortuis? Non ē hic: sed surrexit. Recordamini qualiter locutꝰ est vobis. cum adhuc in galilea esset dicens. Quia oportet filiū hominis tradi in manus hominū peccatorū: et crucifigi. ⁊ die tercia resurgere. Et recordate sunt verborū eius: ⁊ regresse a monumēto nunciauerunt hec omnia illis vndecim: ⁊ ceteris omnibꝫ. Erat aūt maria magdalene. ⁊ iohanna. ⁊ maria iacobi. et cetere q̄ cū eis erant: q̄ dicebant ad apl̄os hec. Et visa sunt āte illos sicut deliramētum verba ista: et nō crediderūt illis. Petrꝰ aūt surgēs cucurrit ad monumētū: et ꝓcumbens

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0459
powered by DWork • Heidelberg University Library

vidit lintheamina sola posita: ⁊ abijt
secū mirans qd factum fuerat. Et ecce
duo ex illis ibant ipsa die in castellū
quod erat in spacio stadiorꝫ sexagīta
ab iherusalē nomine emmaus: et ipi
loquebant ad inuicem de hijs omni-
bus que acciderant. Et factū est dum
fabularentur et secū quererent: et ipse
ihesus appropiquās ibat cū illis. Ocu-
li aūt illorꝫ tenebantur · ne eum agno-
scerent. Et ait ad illos. Qui sūt hij ser-
mones quos cōfertis ad inuicem am-
bulātes: et estis tristes? Et respondēs
vnꝰ cui nomē cleophas: dixit ei. Tu so-
lus peregrinꝰ es ī iherusalē ⁊ nō cogno-
uisti que facta sunt in illa hijs diebꝫ?
Quibꝫ ille dixit. Que? Et dixerūt. De
ihesu nazareno qui fuit vir ꝓpheta:
potens in opere ⁊ sermone · coram deo
et omī ꝓplo. Et quomō eū tradiderūt
sūmi sacerdotes ⁊ principes nostri in
damnatōnē mortis: et crucifixerūt eū.
Nos aūt sperabamꝰ: quia ipe esset re-
demptur⁹ israhel. Et nunc sup hec o-
mnia tercia dies est hodie: q hec facta
sunt. Sed ⁊ mulieres quedam ex nr̄is
terruerūt nos · que ante lucem fuerunt
ad monumentū: ⁊ nō inuento corpo-
re eiꝰ · venerūt dicentes se etiā visionē
angelorꝫ vidisse: qui dicūt eum viuere.
Et abierunt quidā ex nr̄is ad monu-
mentū: ⁊ ita inuenerunt sicut mulieres
dixerūt: ipm vero non inuenerunt. Et
ipse dixit ad eos. O stulti ⁊ tardi corde
ad credendū in omībus q locuti sunt
prophete. Nonne hec oportuit pati
cristū: et ita intrare in gloriā suā? Et
incipiens a moyse ⁊ omībus ꝓphetis:
interpretabat illis in omnibꝫ scriptu-
ris que de ipo erāt. Et appropinqua-
uerūt castello quo ibant: ⁊ ipe se finxit
longius ire. Et coegerūt illū dicentes.
Mane nobiscū quoniam aduespera-
scit: ⁊ inclinata est iā dies. Et intrauit
cum illis. Et factū est dum recumberet
cum eis accepit panē: ⁊ benedixit ac fre-
git: ⁊ porrigebat illis. Et apti sunt o-
culi eorꝫ: ⁊ cognouerūt eū: ⁊ ipe euanu-
it ex oclis eorꝫ. Et dixerunt ad inuicem.
Nōne cor nr̄m ardēs erat ī nobis · dū
loqueretur in via: ⁊ aperiret nobis scri-
pturas? Et surgentes eadem hora re-
gressi sunt in iherusalē: ⁊ inuenerunt
cōgregatos vndecim · ⁊ eos qui cū illis
erant dicentes q surrexit dn̄s vere: et
apparuit simoni. Et ipi narrabant q
gesta erāt ī via: ⁊ quomō cognouerūt
eum in fractione panis. Dum autem
hec locuntur: stetit ihesus in medio eo-
rum ⁊ dixit. Pax vobis. Ego sū: noli-
te timere. Cōturbati vero ⁊ cōterriti · ex-
istimabant se spiritū videre. Et dixit
eis. Quid turbati estis: ⁊ cogitationes
ascendūt in corda vestra? Videte ma-
nus meas ⁊ pedes: quia ego ipe sum.
Palpate ⁊ videte: quia spiritus carnē
et ossa nō habet · sicut me videtis ha-
bere. Et cum hoc dixisset: ostendit e-
is manus ⁊ pedes. Adhuc aūt illis
nō credentibus et mirātibus pre gau-
dio · dixit. Habetis hic aliquid quod
manducet? At illi obtulerūt ei partem
piscis assi: ⁊ fauū mellis. Et cū mādu-
casset coram eis: sumens reliquias de-
dit eis. Et dixit ad eos. Hec sunt verba
q locutꝰ sū ad vos cū adhuc essem vo-
biscū: quoniā necesse est impleri omīa
que scripta sunt in lege moysi et ꝓphe-
tis ⁊ psalmis de me. Tūc aperuit illis
sensum · ut intelligerēt scripturas: ⁊ di-
xit eis. Quoniā sic scriptū ē · et sic opor-
tebat cristū pati ⁊ resurgere a mortuis
tercia die: ⁊ p̄dicare in nomine eiꝰ peni-
tentiā ⁊ remissionē peccatorꝫ ī omnes

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0460
powered by DWork • Heidelberg University Library

gentes: incipientibus ab Iherosolima. Vos aūt testes estis horū. Et ego mittam ꝓmissum patris mei ī vos: vos aūt sedete in ciuitate · quoadusq; induamini virtute ex alto. Eduxit aūt eos foras in bethaniam: ⁊ eleuatis manibus suis benedixit eis. Et factū est dū benediceret illis recessit ab eis: ⁊ ferebatur in celum. Et ipsi adorantes regressi sunt in iherusalem cum gaudio magno: et erant semper in templo laudantes et benedicentes deum amen.

Hic incipit prologus in libro Iohannis Euangeliste:

Hic est iohannes euangelista vnꝰ ex discipulis dñi: qui virgo a deo electus ē: quē de nuptijs volentem nubere vocauit deus. Cui virginitatis in hoc duplex testimoniū datur in euangelio: qꝫ et pre ceteris dilectus a deo dicit̄: et huic matrem suā de cruce commendauit dñs · ut virginē virgo seruaret. Deniq; manifestans in euangelio qꝫ erat ipse incorruptibilis verbi opus inchoans · solus verbū carnē factum esse · nec lumen a tenebris cōprehensū fuisse testatur: primū signū ponēs qd̄ in nuptijs fecit dñs ostendens qꝫ ipse erat: ut legentibꝫ demonstraret qꝫ vbi dñs inuitatus sit deficere nuptiarꝫ vinum debeat: et veteribus immutatis · noua omnia que a cristo instituunt̄ appareāt. Hoc aūt euāgeliū scripsit in asia · postea q̄ ī pathmos insula apocalipsim scripserat: ut cui ī prīcipio canonis īcorruptibile prīcipiū p̄notat̄ in genesi: ei etiā incorruptibilis finis ꝑ virginē ī apocalipsi redderet̄ dicēte cristo ego sum alpha et o. Et hic ē iohannes: qui sciens supuenisse diem recessus sui. Conuocatis discipulis suis in epheso · per multa signorꝫ experimenta ꝓmens cristū descendens ī defossū sepulture sue locū facta oratione · positus est ad patres suos: tam extraneꝰ a dolore mortis q̄ a corruptione carnis inuenitur alienus. Tamen post omnes euāgeliū scripsit: ⁊ hoc virgini debebat̄. Quorꝫ tamē uel scriptorꝫ tēporis dispositio · uel librorꝫ ordinatio ideo a nobis per singula non exponitur: ut sciendi desiderio collato et querentibus fructus laboris: ⁊ deo magisterij doctrina seruetur.

Hic incipit liber Iohannis Euangeliste ·i·

In principio erat verbū: ⁊ verbū erat apud deū: et deꝰ erat verbū. Hoc erat in principio apud deū. Omīa ꝑ ipm facta sunt: ⁊ sine ipo factum est nichil. Quod factū est in ipo vita erat: ⁊ vita erat lux hominū: et lux in tenebris lucet · ⁊ tenebre eā nō comp̄henderūt. Fuit homo missus a deo: cui nomē erat iohānes. Hic venit ī testimoniū ut testimoniū ꝑhiberet de lumine: ut omēs crederent ꝑ illū. Nō erat ille lux: sed ut testimoniū ꝑhiberet de lumine. Erat lux vera: que illuminat omnē hominem veniētem in hūc mundū. In mūdo erat: ⁊ mūdus ꝑ ipm factus est: et mūdus eū non cognouit. In ꝓpria venit: ⁊ sui eū nō receperūt. Quotq̄t aūt receperūt eū · dedit eis potestatem filios dei fieri: hijs qui credūt in nomine eiꝰ. Qui nō ex sanguinibꝫ neq; ex voluntate carnis · neq; ex volūtate viri: sed ex deo nati sunt. Et verbū caro factum est: et habitauit in nobis. Et vidimus gloriā eiꝰ · gloriam quasi vnigeniti a patre: plenū gratie ⁊ veritatis. Iohannes testimonium ꝑhibet de ipo · ⁊ clamat dicens. Hic erat quē dixi: q̄ post me venturus est · ante me factus est:

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0461
powered by DWork • Heidelberg University Library

quia prior me erat. Et de plenitudine eius nos omnes accepimus et gratiam pro gratia: quia lex per moysen data est: gratia et veritas per ihesum christum facta est. Deum nemo vidit unquam. Unigenitus filius qui est in sinu patris: ipse enarrauit. Et hoc est testimonium iohannis: quando miserunt iudei ab ierosolimis sacerdotes et leuitas ad eum ut interrogarent eum. Tu qui es? Et confessus est: et non negauit. Et confessus est: quia non sum ego christus. Et interrogauerunt eum. Quid ergo? Helias es tu? Et dixit. Non sum. Propheta es tu? Et respondit. Non. Dixerunt ergo ei. Quis es ut responsum demus his qui miserunt nos? Quid dicis de teipso? Ait. Ego vox clamantis in deserto dirigite viam domini: sicut dixit ysaias propheta. Et qui missi fuerant erant ex pharisceis. Et interrogauerunt eum: et dixerunt ei. Quid ergo baptizas si tu non es christus: neque helias neque propheta? Respondit eis iohannes dicens. Ego baptizo in aqua: medius autem vestrum stetit quem vos nescitis. Ipse est qui post me venturus est qui ante me factus est: cuius ego non sum dignus ut soluam eius corrigiam calciamenti. Hec in bethania facta sunt trans iordanem: ubi erat iohannes baptizans. Altera die vidit iohannes ihesum venientem ad se: et ait. Ecce agnus dei: ecce qui tollit peccata mundi. Hic est de quo dixi. Post me venit vir qui ante me factus est quia prior me erat: et ego nesciebam eum. Sed ut manifestetur in israhel: propterea veni ego in aqua baptizans. Et testimonium phibuit iohannes dicens. Quia vidi spiritum descendentem sicut columbam de celo: et mansit super eum. Et ego nesciebam eum: sed qui misit me baptizare in aqua: ille michi dixit. Super quem videris spiritum descendentem et manentem super eum: hic est qui baptizat in spiritu sancto. Et ego vidi et testimonium phibui: quia hic est filius dei. Altera die iterum stabat iohannes: et ex discipulis eius duo. Et respiciens ihesum ambulantem dixit. Ecce agnus dei. Et audierunt eum duo discipuli loquentem: et secuti sunt ihesum. Conuersus autem ihesus: et videns eos sequentes se: dicit eis. Quid quaeritis? Qui dixerunt ei. Rabbi quod dicitur interpretatum magister: ubi habitas? Dicit eis. Venite et videte. Venerunt et viderunt ubi maneret: et apud eum manserunt die illo. Hora autem erat quasi decima. Erat autem andreas frater simonis petri unus ex duobus qui audierat a iohanne: et secuti fuerant eum. Inuenit hic primum fratrem suum simonem: et dicit ei. Inuenimus messiam: quod est interpretatum christus. Et adduxit eum ad ihesum. Intuitus autem eum ihesus dixit. Tu es simon filius iohanna: tu vocaberis cephas: quod interpretatur petrus. In crastinum voluit exire in galileam: et inuenit philippum. Et dicit ei ihesus. Sequere me. Erat autem philippus a bethsayda ciuitate andree et petri. Inuenit philippus nathanahel: et dixit ei. Quem scripsit moyses in lege et prophete: inuenimus ihesum filium ioseph a nazareth. Et dixit ei nathanahel. A nazareth potest aliquid boni esse. Dicit ei philippus. Veni et vide. Vidit ihesus nathanahel venientem ad se: et dicit de eo. Ecce vere israhelita: in quo dolus non est. Dicit ei nathanahel. Unde me nosti? Respondit ihesus et dixit ei. Priusquam te philippus vocaret cum esses sub ficu vidi te. Respondit ei nathanahel et ait. Rabbi: tu es filius dei: tu es rex israhel. Respondit ihesus: et dixit ei. Quia dixi tibi vidi te sub ficu

Biblioteca Apostolica Vaticana © RESERVED

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0462
powered by DWork • Heidelberg University Library

redis: maius hijs videbis. Et dicit ei. Amen amen dico vobis: videbitis celum apertū: z angelos dei ascendentes z descendentes supra filiū hois. ℣

Et die tercia nupcie facte sūt i chana galilee: z erat mater ihesu ibi. Vocatus est aūt z ihesus et discipuli eius ad nupcias. Et deficiente vino: dicit mater ihesu ad eum. Vinū nō habent. Et dicit ei ihesus. Quid michi et tibi est mulier? Nondum venit hora mea. Dicit mater ei⁹ ministris. Quodcunq; dixerit vobis facite. Erant aūt ibi lapidee ydrie sex posite scōm purificationem iudeoꝝ: capientes singule metretas binas uel ternas. Dicit eis ihesus. Implete ydrias aqua. Et impleuerūt eas usq; ad summū. Et dicit eis ihesus. Haurite nūc: z ferte archytriclino. Et tulerunt. Ut aūt gustauit architriclinus aquā vinū factā z non sciebat unde esset: ministri aūt sciebāt qui hauserant aquā: vocat sponsum architriclin⁹ et dicit ei. Omnis homo primū bonū vinū ponit: et cum inebriati fuerint tunc id qđ deterius est: tu aūt seruasti bonū vinū usq; adhuc. Hoc fecit initiū signoꝝ ihesus in chana galilee: et manifestauit gloriam suā: z crediderūt in eum discipuli eius. Post hoc descendit capharnaū ipse et mater eius· z fratres eius· z discipuli eius· et ibi mansērūt nō multis diebs. Et ppe erat pascha iudeoꝝ: z ascendit ihesus ierosolimā: et inuenit in templo vendentes boues et oues z columbas· z nūmularios sedentes. Et cum fecisset quasi flagellum de funiculis omnes eiecit de templo: oues quoq; et boues· et nūmulariorꝝ effudit es: et mensas subuertit. Et hijs q̄ columbas vendebant dixit. Auferte ista hinc: et nolite facere domū patris mei domū negociationis. Recordati sunt vero discipuli eius· quia scriptum est: zelus domus tue comedit me. Respōderūt ergo iudei z dixerūt ei. Quod signum ostendis nobis qa hec facis? Respondit ihesus: z dixit eis. Soluite templū hoc: et in tribus diebus excitabo illud. Dixerūt ergo iudei. Quadraginta et sex annis edificatum est templū hoc· et tu in tribus diebus excitabis illud? Ille aūt dicebat de templo corporis sui. Cum ergo resurrexisset a mortuis recordati sunt discipuli eius quia hoc dicebat: z crediderūt scripture: z sermoni quē dixit ihesus. Cum aūt esset ierosolimis in pascha in die festo: multi crediderūt in nōie ei⁹ videntes signa ei⁹ q̄ faciebat. Ipe aūt ihesus nō credebat semetipm eis· eo q̄ ipe nosset omnes: z qa opus ei nō erat· aut quis testimonium perhiberet de homine. Ipse enī sciebat quid esset in homine. ℣

Erat aūt homo ex phariseis· nycodemus nomine: princeps iudeoꝝ. Hic venit ad ihesum nocte: z dixit ei. Rabbi: scim⁹ qa a deo venisti magister. Nemo enim potest hec signa facere q̄ tu facis: nisi fuerit deus cum eo. Respondit ihesus: z dixit ei. Amen amen dico tibi: nisi quis renatus fuerit denuo: non potest videre regnum dei. Dicit ad eū nycodem⁹. Quomodo potest homo nasci cum sit senex? Nunquid potest in ventrem matris sue iterato introire z renasci? Respōdit ihesus. Amē amen dico tibi: nisi quis renatus fuerit ex aqua z spiritu sancto: nō potest introire in regnū dei. Quod natū est ex carne caro ē: et quod natū est ex spiritu spiritus est. Non mireris qa dixi tibi: oportet vos nasci denuo.



Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0463
powered by DWork • Heidelberg University Library

Spiritus vbi vult spirat: ⁊ vocem ei⁹ audis: sed nescis vnde veniat aut quo vadat. Sic est omnis qui natus est ex spiritu. Respondit nycodemus: et dixit ei. Quomō possunt hec fieri? Respōdit ihesus: ⁊ dixit ei. Tu es magister in israhel et hec ignoras? Amen amen dico tibi: quia quod scim⁹ loquimur: et quod vidimus testamur: ⁊ testimoniū nostrū non accipitis. Si terrena dixi vobis et non creditis: quomō si dixero vobis celestia credetis? Et nemo ascendit in celū nisi qui descendit de celo: filius hominis qui est in celo. Et sicut moyses exaltauit serpentem in deserto: ita exaltari oportet filiū hominis: ut omnis qui credit in ipo nō pereat: sed habeat vitam eternā. Sic enī deus dilexit mundū ut filiū suū unigenitū daret: ut omnis qui credit in eū non pereat: sed habeat vitam eternā. Non enim misit deus filiū suū in mundū ut iudicet mundū: sed ut saluetur mūdus per ipm. Qui credit in eum non iudicat. Qui aūt non credit iam iudicatus est: quia non credit in nomine unigeniti filij dei. Hoc est autem iudicium: quia lux venit in mūdum: ⁊ dilexerunt homines magis tenebras q̄ lucem. Erant enim eorū mala opera. Omnis enim qui male agit odit lucem: ⁊ non venit ad lucem: ut nō arguant opera eius. Qui aūt facit veritatem venit ad lucem ut manifestentur opera eius: quia a deo sūt facta. Post hec venit ihesus ⁊ discipli eius in iudeam terram: ⁊ illic morabatur cū eis ⁊ baptizabat. Erat aūt ⁊ iohānes baptizans in enon iuxta salim: quia aque multe erant illic: ⁊ veniebant et baptizabantur. Nondū enim missus fuerat iohannes in carcerem. Facta est aut̄ questio ex discipulis iohānis cū iudeis de purificatione. Et venerunt ad iohannē: ⁊ dixerūt ei. Rabbi: qui erat tecū trans iordanem: cui tu testimonium phibuisti: ecce hic baptizat: et omnes veniūt ad eū. Respōdit iohannes ⁊ dixit. Non potest homo accipere quicq̄: nisi fuerit ei datū de celo. Ipi vos michi testimoniū phibetis q̄ dixerim: nō sum ego xp̄s⁹: sed quia missus sum ante illū. Qui habet spōsam sponsus est: amicus aut̄ sponsi qui stat ⁊ audit eum: gaudio gaudet propter vocem spōsi. Hoc ergo gaudium meū impletū est. Illū oportet crescere: me aut̄ minui. Qui desursum venit sup̄ omnes est. Qui est de terra de terra est et de terra loquitur: qui de celo venit sup̄ omnes est. Et q̄ vidit ⁊ audiuit hoc testatur: ⁊ testimoniū ei⁹ nemo accipit. Qui aūt acceperit eius testimoniū signauit: quia deus verax ē. Quē enim misit deus: verba dei loquitur. Non enim ad mensuram dat de⁹ spiritum. Pater diligit filium: et omnia dedit in manu eius. Qui credit in filium habet vitam eternam: qui autem incredulus est filio: non videbit vitam: sed ira dei manet super eū. ¶

Cum ergo cognouit ihesus quia audierūt pharisei q̄ ihesus plures discipulos facit ⁊ baptizat q̄ iohānes: quāq̄ ihesus nō baptizaret sed discipuli ei⁹: reliquit iudeā et abijt iterū in galileā. Oportebat aūt eum trālire p samariā. Venit ergo in ciuitatē samarie qui dicitur sychar: iuxta prediū q̄ dedit iacob ioseph filio suo. Erat aūt ibi fons iacob. Ihesus aūt fatigatus ex itinere: sedebat sic supra fontē. Hora aūt erat quasi sexta. Venit mulier de samaria haurire aquam. Dicit ei

ihesus. Da michi bibere. Discipli enim
eius abierant in ciuitatem ut cibos eme-
rent. Dicit ergo ei mulier illa samari-
tana. Quomodo tu iudeus cum sis bibe-
re a me poscis: que sum mulier sama-
ritana? Non enim coutuntur iudei sama-
ritanis. Respondit ihesus: et dixit ei. Si
scires donum dei. et quis est qui dicit ti-
bi da michi bibere: tu forsitan petisses
ab eo: et dedisset tibi aquam viuam. Dicit
ei mulier. Domine: neque in quo haurias ha-
bes: et puteus altus est. Unde ergo ha-
bes aquam viuam? Numquid tu maior
es patre nostro iacob qui dedit nobis
puteum: et ipse ex eo bibit. et filij eius. et pe-
cora eius? Respondit ihesus: et dixit
ei. Omnis qui bibit ex aqua hac sitiet iterum.
Qui autem biberit ex aqua quam ego da-
bo ei. non sitiet in eternum: sed aqua quam
ego dabo ei. fiet in eo fons aque salien-
tis in vitam eternam. Dicit ad eum
mulier. Domine da michi hanc aquam:
ut non sitiam neque veniam huc hau-
rire. Dicit ei ihesus. Vade voca vi-
rum tuum: et veni huc. Respondit
mulier et dixit. Non habeo virum. Dicit
ei ihesus. Bene dixisti: quia non habeo
virum. Quinque enim viros habuisti: et
nunc quem habes non est tuus vir. Hoc
vere dixisti. Dicit ei mulier. Domine: video
quia propheta es tu. Patres nostri in mon-
te hoc adorauerunt: et vos dicitis quia
iherosolimis est locus ubi adorare o-
portet. Dicit ei ihesus. Mulier crede mi-
chi: quia veniet hora quando neque in
monte hoc. neque in iherosolimis ado-
rabitis patrem. Vos adoratis quod
nescitis: nos adoramus quod scimus:
quia salus ex iudeis est. Sed venit ho-
ra et nunc est: quando veri adoratores
adorabunt patrem in spiritu et veritate.
Nam et pater tales querit: qui adorent
eum. Spiritus est deus: et eos qui ado-
rant eum in spiritu et veritate oportet
adorare. Dicit ei mulier. Scio quia
messias venit: qui dicitur cristus cum
ergo venerit: ille nobis annunciabit o-
mnia. Dicit ei ihesus. Ego sum: qui
loquor tecum. Et continuo venerunt di-
scipli eius: et mirabantur quia cum mulie-
re loquebatur. Nemo tamen dixit: quid
queris aut quid loqueris cum ea. Reliquit
ergo ydriam suam mulier: et abijt in ciui-
tatem: et dicit illis hominibus. Veni-
te et videte hominem qui dixit michi o-
mnia quecunque feci. Numquid ipse est
cristus? Exierunt de ciuitate: et veniebant
ad eum. Interea rogabant eum discipuli di-
centes. Rabbi manduca. Ille autem dixit
eis. Ego cibum habeo manducare quem
vos nescitis. Dicebant ergo discipuli
ad inuicem. Numquid aliquis attulit ei
manducare? Dicit ei ihesus. Meus
cibus est. ut faciam voluntatem eius qui misit
me: ut perficiam opus eius. Nonne vos
dicitis quod adhuc quatuor menses sunt
et messis venit? Ecce dico vobis: leua-
te oculos vestros et videte regiones: quia
albe sunt iam ad messem. Et qui metit
mercedem accipit et congregat fructum
in vitam eternam: ut et qui seminat simul
gaudeat et qui metit. In hoc enim est
verbum verum: quia alius est qui seminat:
et alius est qui metit. Ego misi vos me-
tere: quod vos non laborastis. Alij labo-
rauerunt: et vos in labores eorum introistis.
Ex ciuitate autem illa multi crediderunt
in eum samaritanorum propter verbum mu-
lieris testimonium perhibentis: quia dixit
michi omnia quecunque feci. Cum venis-
sent ergo ad illum samaritani. rogaue-
runt eum ut ibi maneret. Et mansit ibi
duos dies. Et multo plures crediderunt
propter sermonem eius. Et mulieri dicebant:



Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0465
powered by DWork • Heidelberg University Library

quia nō ꝓpter tuā loquelam credim⁹.
Ipsi enim audiuim⁹ et scimus: quia
hic est vere saluator mundi. Post du-
os aūt dies exijt inde: et abijt ī galile-
am. Ipse enim ihesus testimoniū phi-
buit: quia ꝓpheta in sua patria hono-
rem non habet. Cum ergo venisset in
galileam exceperunt eum galilei: cum
oīa vidissēt q̄ fecerat ihērosolimis ī
die festo. Et ipi enī venerāt ad diē festū.
Venit ergo iterū in chana galilee: ubi
fecit aquā vinū. Et erat quidā regul⁹
cui⁹ filius infirmabat capharnaum.
Hic cum audisset quia ihesus adue-
niret a iudea in galileā abijt ad eum:
et rogabat eum: ut descenderet et sana-
ret filiū eius. Incipiebat enim mori.
Dixit ergo ihesus ad eū. Nisi signa et
prodigia videritis nō creditis. Dicit
ad eum regulus. Dñe: descende priu-
q̄ moriatur filius meus. Dicit ei ihe-
sus. Vade: filius tuus viuit. Credidit
homo sermoni quē dixit ei ihesus: et
ibat. Iam aūt eo descendente servi oc-
currerūt ei: et nunciauerūt dicentes: q̄a
filius eius viueret. Interrogabat ergo
horam ab eis in qua melius habue-
rit. Et dixerūt ei: q̄a heri hora septima
reliquit eū febris. Cognouit ergo pa-
ter quia illa hora erat in qua dixit ei
ihesus filius tuus viuit: et credidit ip-
se: et domus eius tota. Hoc iterum
secundum signum fecit ihesus: cum
venisset a iudea in galileam.

Post hec erat dies festus iudeoꝝ: et as-
cendit ihesus ihērosolimā. Est
aūt ihērosolimis ꝓbatica piscina que
cognominatur hebraice bethsaida:
quinq; porticus habens. In his iace-
bat multitudo magna languentium
ceco⁊ et claudoꝝ aridoꝝ: exspectantium
aque motum. Angelus aūt domini
descendebat scōm tempus in piscinā:
et movebatur aqua. Et qui primus
descendisset ī piscinā post motionem
aque: sanus fiebat a quacunq; detine-
batur infirmitate. Erat aūt quidā homo
ibi triginta et octo annos habēs in infir-
mitate sua. Hunc cum vidisset ihesus
iacentem: et cognouisset quia iā mul-
tum temp⁹ haberet dixit ei. Vis san⁹
fieri? Respondit ei languidus. Domi-
ne: hominē non habeo ut cū turbata
fuerit aqua mittat me in piscinā. Dū
venio ego: alius ante me descendit.
Dicit ei ihesus. Surge: tolle grabatū
tuū et ambula. Et statim sanus factus
est homo ille: et sustulit grabatū suū et
ambulabat. Erat aūt sabbatū in die
illo dicebāt ergo iudei illi qui sanatus
fuerat. Sabbatū est: non licet tibi tol-
lere grabatū tuū. Respondit eis. Qui
me sanū fecit ille michi dixit: tolle gra-
batum tuum et ambula. Interrogauer-
unt ergo eū. Quis est ille homo: qui
dixit tibi tolle grabatū tuū et ambula?
Is aūt qui sanus fuerat effectus nesci-
ebat quis esset. Ihesus enī declinauit
a turba cōstituta in loco. Postea inue-
nit eū ihesus in templo: et dixit illi. Ec-
ce sanus factus es: iam noli peccare
ne deteri⁹ tibi aliquid cōtingat. Abijt
ille homo: et nunciauit iudeis q̄a ihe-
sus esset: qui fecit eū sanū. Propterea
ꝑsequebant iudei ihesum: quia hec fa-
ciebat in sabbato. Ihesus aūt respōdit
eis. Pater meus usq; modo operatur:
et ego operor. Propterea ergo magis
querebāt eū iudei interficere: quia nō
solū solvebat sabbatū: sed et patrem suū
dicebat deū equalē se faciens deo. Re-
spondit itaq; ihesus: et dixit eis. Amē
amen dico vobis: non potest filius a
se facere quicq̄: nisi q̄ viderit patrem

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0466
powered by DWork • Heidelberg University Library

faciente. Quecūqz enī ille fecerit: hec et filius similiter facit. Pater enī diligit filiū: z omnia demōstrat ei: que ipe facit: z maiora his demōstrabit ei opera: ut vos miremini. Sicut enim pater suscitat mortuos z vivificat: sic et filius quos vult vivificat. Neqz enim pater iudicat quenq̄: sed omne iudicium dedit filio: ut omnes honorificēt filiū: sicut honorificāt patrem. Qui nō honorificat filiū: nō honorificat patrē qui misit illū. Amē amē dico vobis: quia qui verbū meū audit et credit ei qui misit me: habet vitā eternā. Et in iudiciū non venit: sed transiet a morte ī vitā. Amē amē dico vobis: q̄a venit hora et nūc ē quādo mortui audiēt vocē filij dei: et q̄ audierīt vivēt. Sicut enī pater habet vitā ī semetipo: sic dedit z filio habere vitā ī semetipo. Et potestatem dedit ei z iudiciū facere: q̄a filius hominis est. Nolite mirari hoc: quia venit hora in qua omnes qui in monumentis sunt audiēt vocem filij dei: et procedēt qui bona fecerūt in resurrectionē vite: qui vero mala egerūt ī resurrectionē iudicij. Nō possum ego a meipso facere quicq̄. Sicut audio iudico: z iudiciū meū iustū ē: q̄a nō quero voluntatem meā: sed voluntatem ei⁹ qui misit me. Si ego testimoniū phibeo de me testimoniū meū nō est verū. Alius est qui testimoniū phibet de me: et scio quia verū est testimoniū eius q̄d phibet de me. Vos misistis ad iohānem: et testimonium phibuit veritati. Ego aūt non ab homine testimoniū accipio: sed hec dico: ut vos salui sitis. Ille erat lucerna ardēs z lucens. Vos aūt voluistis ad horā exultare ī luce eius. Ego aūt habeo testimoniū maius iohāne. Opera enī q̄ dedit michi pater ut pficiā ea: ipa opera que ego facio testimoniū phibēt de me: quia pater misit me. Et qui misit me pater ipse testimoniū phibuit de me. Neqz vocem eius unq̄ audistis: neqz speciē eius vidistis. Et verbū eius non habetis in vobis manēs: quia quē misit ille huic vos non creditis. Scrutamini scripturas: quia vos putatis in ipis vitam eternā habere. Et ille sunt qui testimoniū phibēt de me: z nō vultis venire ad me ut vitā habeatis. Claritatem ab hominibus nō accipio: sed cognovi vos: q̄a dilectionē dei nō habetis in vobis. Ego veni ī nōie patris mei: z nō accepistis me. Si alius venerit ī nomine suo: illū accipietis. Quomodo vos potestis credere q̄ gloriā ab invicē accipitis: z gloriā q̄ a solo deo est nō queritis? Nolite putare q̄a ego accusaturus sim vos apud patrē. Est q̄ accusat vos: moyses in quo vos speratis. Si enī crederetis moysi: crederetis forsitan z michi. De me enī ille scripsit. Si aūt illius litteris nō creditis: quomodo meis verbis creditis? vi-

Post hec abiit ihesus trans mare galilee: qđ est tyberiadis. Et sequebat eū multitudo magna: quia vidēbāt signa que faciebat sup his qui infirmabant. Subiit ergo in mōtem ihesus: z ibi sedebat cū discipulis suis. Erat aūt pximū pascha: dies festus iudeoz. Cum sublevasset ergo oculos ihesus z vidisset quia multitudo maxima venit ad eū: dicit ad philippum. Unde ememus panes ut mādurent hi? Hoc aūt dicebat temptans eum. Ipe enī sciebat quid esset facturus. Respondit ei philippus. Ducentoz denariorz panes non sufficiūt eis: ut unusquisqz modicū quid accipiat. Dicit ei

unus ex discipulis eius andreas frater simonis petri. Est puer unus hic: qui habet quinq; panes ordeaceos & duos pisces. Sed hec qd sut inter tantos? Dixit ergo ihesus. Facite homines discumbere. Erat aut fenū multū in loco. Discubuerūt ergo viri numero ql quinq; milia. Accepit ergo ihesus panes: et cum gratias egisset distribuit discumbentibus. Similiter et ex piscib; quantum volebāt. Ut autem impleti sunt: dixit discipulis suis. Colligite q supauerant fragmenta ne pereant. Collegerūt ergo: & impleuerūt duodecim cophinos fragmentoz ex quinq; panibus ordeaceis & duobus pisibus: q supfluerūt hijs qui māducauerāt. Illi ergo homines cū vidissent qd fecerat signū dicebāt. Quia hic est vere pheta: qui venturus est in mūdū. Ihesus ergo cum cognouisset qa venturi essent ut raperent eū & facerent eum regem: fugit iterū in montem ipse solus. Ut autē sero factū est: descenderūt discipuli eius ad mare. Et cū ascendissent nauim: venerūt trans mare in capharnaum. Et tenebre iam facte erāt: & non venerat ad eos ihesus. Mare aut vento magno flante exsurgebat. Cum remigassent ergo quasi stadia vigintiquinq; aut triginta: vident ihesum ambulantem supra mare & proximū naui fieri: & timuerūt. Ille aūt dixit eis. Ego sum: nolite timere. Voluerūt ergo accipere eum in nauim: et statim nauis fuit ad terrā quā ibant. Altera die turba que stabat trās mare: vidit qa navicula alia non erat ibi nisi una: & qa non introisset cum discipulis suis ihesus in nauim: sed soli discipuli ei⁹ abissent. Alie vero supuenerūt naues a tyberiade iuxta locū ubi manducauerāt panē: gratias agentes deo. Cum ergo vidisset turba quia ihesus nō esset ibi neq; discipuli eius ascenderunt in naviculas: & venerūt capharnaū quetentes ihesum. Et cū inuenissent eum trans mare: dixerunt ei. Rabbi quādo huc venisti? Respondit eis ihesus: et dixit. Amen amen dico vobis: quetis me non quia vidistis signa: sed quia māducastis ex panibus: & saturati estis. Operamini non cibum qui perit: sed qui pmanet in vitam eternā: quē filius hōis dabit vobis. Hunc enim pater signauit de⁹. Dixerūt ergo ad eū. Quid faciem⁹: ut operemur opera dei? Respōdit ihesus: & dixit eis. Hoc ē opus dei: ut credatis in eū quē misit ille. Dixerūt ergo ei. Quod ergo tu facis signū: ut videam⁹ & credam⁹ tibi? Quid operaris? Patres nostri manducauerunt mānā in deserto: sicut scriptū ē. Panē de celo dedit eis manducare. Dixit ergo eis ihesus. Amē amē dico vobis: non moyses dedit vobis panē de celo: sed pater me⁹ dat vobis panē de celo verū. Panis enī dei est q de celo descendit: & dat vitam mūdo. Dixerūt ergo ad eū. Dñe semp da nobis panē hunc. Dixit aūt eis ihesus. Ego sum panis vite. Qui venit ad me non esuriet: & q credidit in me non sitiet unq̄. Sed dixi vobis: quia & vidistis me: & nō credidistis. Oīe qd dat michi pater ad me veniet: & eū qui venit ad me non ejiciā foras: quia descendi de celo non ut faciā voluntatē meā sed voluntatem ei⁹ q misit me. Hec ē enī voluntas ei⁹ q misit me patris: ut omne qd dedit michi nō pdam ex eo: sed resuscitē illud in nouissimo die. Hec ē enī voluntas patris mei qui misit me: ut oīs q videt filiū & credit in eum habeat vitā eternā:

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0468
powered by DWork • Heidelberg University Library

et ego resuscitabo eū in nouissimo die.
Murmurabāt ergo iudei de illo · q̄a
dixisset ego sum panis viuus: qui de
celo descendi. Et dicebāt. Nōne hic est
filius ioseph cui⁹ nos nouim⁹ patrē
et matrem? Quomō ergo dicit hic · q̄a
de celo descendi? Respondit ergo ihe-
sus: ⁊ dixit eis. Nolite murmurare in
inuicem. Nemo potest venire ad me:
nisi pater qui misit me traxerit eum: ⁊
ego resuscitabo eum in nouissimo di-
e. Est scriptū in ꝓphetis. Erunt om̄es
docibiles dei. Om̄is qui audiuit a pa-
tre ⁊ didicit venit ad me. Nō quia pa-
trem vidit quisq̄: nisi is qui est a deo:
hic vidit patrem. Amen amē dico vo-
bis: qui credit in me habet vitā eternā.
Ego sum panis vite. Patres vestri mā-
ducauerūt māna in deserto: ⁊ mortui
sunt. Hic est panis de celo descendēs:
ut si quis ex ipo māducauerit nō mo-
riatur. Ego sū panis viuus: q̄ de celo
descendi. Si quis māducauerit ex hoc
pane viuet in eternū. Et panis quē e-
go dabo caro mea est: pro mūdi vita.
Litigabāt ergo iudei ad inuicem dicē-
tes. Quomō potest hic nobis carnē
suā dare ad māducandū? Dixit ergo
eis ihesus. Amen amen dico vobis:
nisi māducaueritis carnē filij hoīs et
biberitis eius sanguinē: non habebi-
tis vitam in vobis. Qui māducat me-
am carnē ⁊ bibit meū sanguinē · habet
vitam eternā · ⁊ ego resuscitabo eum in
nouissimo die. Caro enim mea vere
est cibus: et sanguis meus vere est po-
tus. Qui māducat meā carnē et bibit
meū sanguinē: in me manet · et ego in
illo. Sicut misit me viuens pater et e-
go viuo ꝓpter patrē: ⁊ q̄ māducat me:
⁊ ipe viuet ꝓpter me. Hic ē panis q̄ de
celo descendit. Nō sicut māducauerūt
patres vestri māna: ⁊ mortui sūt. Qui
māducat hunc panē: viuet in eternū.
Hec dixit in synagoga docens · in ca-
pharnaū. Multi ergo audientes ex di-
scipulis eius. Dixerūt durus ē hic ser-
mo. Et quis potest eum audire? Sci-
ens autē ihesus apud semetip̄m quia
murmurarent de hoc discipli ei⁹: dixit
eis. Hoc vos scandalizat? Si ergo vi-
deritis filiū hominis ascendentē vbi
erat prius? Spiritus ē qui viuificat:
caro nō ꝓdest quicq̄. Verba que ego
locut⁹ sum vobis: spirit⁹ ⁊ vita sunt.
Sed sunt quidā ex vobis q̄ nō credūt.
Sciebat enim ab inicio ihesus qui es-
sent non credentes: ⁊ quis traditurus
esset eum. Et dicebat. Propterea dixi
vobis: q̄a nemo potest venire ad me:
nisi fuerit ei datum a pr̄e meo. Ex hoc
multi discipuloꝝ eius abierunt retro:
et iam nō cum illo ambulabant. Di-
xit ergo ihesus ad duodecim. Nūquid
et vos vultis abire? Respondit ergo ei
symon petr⁹. Domine: ad quē ibim⁹?
Verba vite eterne habes. Et nos credi-
dimus ⁊ cognouim⁹: q̄a tu es cristus
filius dei. Respōdit eis ihesus. Nōne
ego vos duodecim elegi: et ex vobis v-
nus dyabolus ē? Dicebat aūt de iuda
symonis scariothis. Hic enī erat tra-
ditur⁹ eū cū esset vn⁹ ex duodecī. vij

Post hec aūt ābulabat ihesus in
galileam. Nō enī volebat in iu-
deam ambulare: q̄a querebāt eū iudei
interficere. Erat aūt in proximo dies
festus iudeoꝝ scenophegia. Dixerunt
autem ad eū fratres ei⁹. Transi hinc et
vade ī iudeā: ut et discipuli tui videāt
opera tua q̄ facis. Nemo quippe in oc-
culto quid facit: et querit ipe ī palā esse.
Si hec facit: manifesta te ip̄m mun
do. Neque enim fratres eius credebāt





Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0469
powered by DWork • Heidelberg University Library

in eum. Dicit ergo eis ihesus. Temp⁹
meū nondū aduenit: tempus autem
vestrū semp est paratū. Nō potest mū-
dus odisse vos. Me autē odit: quia
ego testimoniū ꝑhibeo de illo: q̄a opera
eius mala sunt. Vos ascendite ad di-
em festū hūc. Ego nō ascendam ad di-
em festū istū: quia meū tempus nōdū
impletū est. Hec cū dixisset: ipe mansit
in galilea. Vt aūt ascenderūt fratres
ei⁹ tūc et ipe ascendit ad diē festū non
manifeste: sed q̄si i occulto. Iudei ergo
querebāt eū in die festo: ⁊ dicebāt. Vbi
est ille? Et murmur multus de eo erat
in turba. Quidā enim dicebant quia
bonus est: alij dicebāt non. sed seducit
turbas. Nemo tamen palam loque-
batur de illo: ꝓpter metū iudeoꝝ. Iam
aūt die festo mediāte: ascendit ihesus
in templū ⁊ docebat. Et mirabantur
iudei dicētes. Quomō hic litteras scit
cum non didicerit? Respondit eis ihe-
sus: ⁊ dixit. Mea doctrina non ē mea:
sed eius qui misit me. Si quis volue-
rit volūtatem eius facere: cognoscet de
doctrina. vtrū ex deo sit: an ego a me
ipo loquar. Qui a semetipo loquitur
gloriā ꝓpriam querit. Qui aūt querit
gloriam ei⁹ qui misit eum. hic verax
est: ⁊ iniusticia in illo non est. Nonne
moyses dedit vobis legem? Et nemo
ex vobis facit legem. Quid me queritis
interficere? Respondit turba et dixit.
Demoniū habes. Quis te querit inter-
ficere? Respondit ihesus: et dixit eis.
Vnū opus feci: et omnes miramini.
Propterea moyses dedit vobis circū-
cisionem: non quia ex moyse est: sed ex
patribus. Et in sabbato circūciditis
hoīem. Si circūcisionē accipit homo i
sabbato ut nō soluat̄ lex moysi: michi
indignamini q̄a totū hoīem sanū feci

in sabbato. Nolite iudicare secundū
faciē: sed iustum iudiciū iudicate. Di-
cebāt ergo quidā ex iherosolimis. Nō-
ne hic est quē querunt interficere? Ecce
palā loquitur: ⁊ nichil ei dicūt. Nun-
quid vere cognouerūt principes quia
hic est cristus? Sed hunc scim⁹ unde
sit. cristus aūt cum venerit: nemo scit
unde sit. Clamabat ergo ihesus i tem-
plo docens et dicens. Et me scitis. et
unde sim scitis: et a meipo non veni:
sed est verus qui misit me quē vos ne-
scitis. Ego scio eū: ⁊ si dixero q̄a nescio
eum: ero similis vobis mendax. Sed
scio eum: quia ab ipso sum: et ipse me
misit. Querebant ergo eum apphende-
re: ⁊ nemo misit in illū manus: quia
nondū venerat hora eius. De turba
autem multi crediderūt in eū. Et dice-
bant. Cristus cum venerit: nunq̄d plu-
ra signa faciet q̄ que hic facit? Audi-
erunt pharisei turbā murmurantem
de illo hec: ⁊ miserūt principes ⁊ pha-
risei ministros ut apprehenderent ihe-
sū. Dixit ergo eis ihesus. Adhuc mo-
dicum tempus vobiscū sum: et vado
ad eū qui me misit. Queretis me et nō
inuenietis: et vbi sum ego vos nō po-
testis venire. Dixerunt ergo iudei ad se-
metipos. Quo hic iturus est. quia nō
inueniemus eum? Aūquid in dispsio-
nem gentiū iturus est. ⁊ docturus gen-
tes? Quis est hic sermo quē dixit. que-
retis me et non inuenietis: et vbi sum
ego vos nō potestis venire? In nouis-
simo autē die magno festiuitatis sta-
bat ihesus: ⁊ clamabat dicens. Si q̄s
sitit: veniat ad me ⁊ bibat. Qui credit
in me sicut dicit scriptura: flumina de
ventre eius fluent aque viue. Hoc au-
tem dixit de spiritu: quē accepturi erāt
credentes in eum. Nondū enim erat

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0470
powered by DWork • Heidelberg University Library

spiritus datus: quia ihesus nōdum erat glorificat⁹. Ex illa ergo turba cū audissent hos sermones eius dicebant. Hic est vere ꝓpheta. Alij dicebāt. Hic est cristus. Quidā aūt dicebāt. Nūqd a galilea venit cristus? Nōne scriptura dicit: q̄a ex semine dauid. ⁊ de bethleem castello vbi erat dauid venit crist⁹? Dissensio itaq; facta est in turba ꝓpter eum. Quidā aūt ex ip̄is volebāt ap̄phendere eum: sed nemo misit sup eum man⁹. Venerūt ergo ministri ad pontifices ⁊ phariseos: et dixerunt eis illi. Quare non adduxistis eum? Respōderūt ministri. Nūquid sic locutus est homo: sicut hic homo. Respōderunt ergo eis pharisei. Nūquid et vos seducti estis? Nunquid ex principibus aliquis credidit in eū: aut ex phariseis? Sed turba hec que non nouit legem: maledicti sunt. Dixit nycodemus ad eos: ille qui venit ad eum nocte: q̄ vn⁹ erat ex ip̄is. Nūquid lex nostra iudicat hominē: nisi p̄us audierit ab ip̄o et cognouerit quid faciat? Responderunt: ⁊ dixerūt ei. Nūquid ⁊ tu galile⁹ es? Scrutare scripturas ⁊ vide: quia a galilea ꝓpheta nō surgit. Et reuersi sunt vnusquisq; ī domū suā. viij

Ihesus aūt ꝑrexit in mōtem oliueti: et diluculo iterū venit in templū ⁊ om̄is ꝑplus venit ad eum: ⁊ sedens docebat eos. Adducunt aūt scribe ⁊ pharisei mulierem dep̄hensam in adulterio: et statuerūt eam in medio: ⁊ dixerunt ei. Magister: hec mulier modo dep̄hensa ē in adulterio. In lege aūt moyses mādauit nobis huiusmodi lapidare. Tu ergo quid dicis? Hoc aūt dicebāt temptātes eum: ut possent accusare eū. Ihesus aūt inclinās se deorsum: digito scribebat ī terra. Cū ergo ꝑseuerarēt interrogantes: erexit se ⁊ dixit eis. Qui sine peccato est vestrū prim⁹ in illā lapidem mittat. Et iterum se inclinās scribebat in terrā. Audientes autē hec vnus post vnū exibant incipientes a senioribus: ⁊ remāsit solus ihesus: et mulier in medio stans. Erigens autē se ihesus: dixit ei. Mulier: vbi sunt qui te accusabāt? Nemo te cōdemnauit? Que dixit. Nemo dn̄e. Dixit autē ihesus. Nec ego te condemnabo. Vade: et iam ampli⁹ noli peccare. Iterū ergo locutus est eis ihesus dicens. Ego sū lux mundi. Qui sequit̄ me nō ābulat in tenebris: sed habebit lumē vite. Dixerūt ergo ei pharisei. Tu de teip̄o testimoniū ꝑhibes: testimoniū tuū nō est verū. Respōdit ihesus: ⁊ dixit eis. Et si ego testimoniū ꝑhibeo de meip̄o. verū ē testimoniū meū: q̄a scio vnde veni ⁊ quo vado. Vos aūt nescitis vnde venio: aut quo vado. Vos aūt scd̄m carnē iudicatis: ego nō iudico quenq̄. Et si iudico ego. iudiciū meū verū ē: q̄a sol⁹ nō sum. sed et ego ⁊ qui misit me pater Et ī lege vr̄a scriptum est: quia duorū hominū testimoniū verū est. Ego sum qui testimonium ꝑhibeo de meipso: et testimoniū ꝑhibet de me qui misit me pater. Dicebāt ergo ei. Vbi est pater tuus? Respōdit ihesus. Neq; me scitis: neq; patrem meū. Si me sciretis: forsitan ⁊ patrem meū sciretis. Hec verba locutus ē ihesus in gazophilacio: docens in templo. Et nemo ap̄phēdit eum: quia necdū venerat hora ei⁹. Dixit ergo iterū eis ihesus. Ego vado: et quereris me: et in peccato vr̄o moriemini. Quo ego vado. vos nō potestis venire. Dicebāt ergo iudei. Nunquid interficiet semetip̄m: q̄a dicit quo ego vado vos nō potestis venire? Et dicebat

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0471
powered by DWork • Heidelberg University Library

eis. Vos de deorsum estis ego de su-
pnis sum. Vos de mūdo hoc estis. e-
go nō sum de hoc mundo. Dixi ergo
vobis: q̄a moriemini in peccatis vr̄is.
Si enim non credideritis quia ego sū:
moriemini ī peccato vr̄o. Dicebāt ergo
ei. Tu q̄s es? Dicit eis ihesus. Principi-
um: q̄ ⁊ loquor vobis. Multa habeo
de vobis loqui ⁊ iudicare: sed qui me
misit verax ē: ⁊ ego q̄ audiui ab eo hec
loquor in mūdo. Et nō cognouerūt:
quia patrem eius dicebat deū. Dixit
ergo eis ihesus. Cum exaltaueritis fi-
liū hoīs tunc cognoscetis q̄a ego sū:
et a meip̄o facio nichil: sed sic docuit
me pater hec loquor. Et qui me misit
mecū est: ⁊ non reliquit me solū: quia
ego q̄ placita sunt ei facio semp̄. Hec
illo loquente: multi crediderūt in eum.
Dicebat ergo ihesus ad eos. qui credi-
derūt ei iudeos. Si vos māseritis in
sermone meo. vere discipuli mei eritis:
et cognoscetis veritatem: ⁊ veritas li-
berabit vos. Respōderūt ei. Semen a-
brahe sum⁹: et nemini seruiuim⁹ unq̄.
Quomodo tu dicis liberi eritis? Respō-
dit eis ihesus. Amen amen dico vo-
bis: quia om̄is q̄ facit peccatū seruus
est peccati. Seruus aūt non manet in
domo in eternum: filius manet in e-
ternum. Si ergo vos filius liberaue-
rit: vere liberi eritis. Scio quia filij
abrahe estis: sed queritis me interfi-
cere: quia sermo meus nō capit in vo-
bis. Ego qd̄ vidi apud patrē loquor:
et vos que vidistis apud patrem ve-
strum facitis. Respōderūt et dixerunt
ei. Pater noster abraham est. Dicit e-
is ihesus. Si filij abrahe estis: opera
abrahe facite. Nunc aūt queritis me
interficere: hominē qui veritatem vo-
bis locutus sum: quam audiui a deo.
Hoc abraham nō fecit. Vos facitis
opera patris vestri. Dixerunt itaq; ei.
Nos ex fornicatione non sumus nati.
Vnū patrē habem⁹ deū. Dixit ergo eis
ihesus. Si deus pater vester esset. Di-
ligeretis vtiq; me. Ego enī ex deo ꝓces-
si et veni. Neq; enī a meip̄o veni: sed il-
le me misit. Quare loq̄lā meā non co-
gnoscitis? Quia nō potestis audire
sermonē meū. Vos ex patre dyabolo
estis: ⁊ desideria patris vestri vultis fa-
cere. Ille homicida erat ab initio: ⁊ in
veritate non stetit: quia nō est veritas
in eo. Cum loquitur mendaciū. ex pro-
prijs loquitur: quia mendax est ⁊ pa-
ter ei⁹. Ego aūt quia veritatem dico:
non creditis michi. Quis ex vobis ar-
guet me de peccato? Si veritatem di-
co: quare vos non creditis michi?
Qui est ex deo: verba dei audit. Pro-
pterea vos nō auditis: quia ex deo nō
estis. Respōderūt ergo iudei: ⁊ dixerūt
ei. Nōne bene dicim⁹ nos. quia sama-
ritan⁹ es tu. ⁊ demoniū habes? Respō-
dit ihesus. Ego demoniū nō habeo:
sed honorifico patrem meū: ⁊ vos in-
honorastis me. Ego aūt non quero
gloriā meā. Est qui querat ⁊ iudicet.
Amen amē dico vobis: si quis sermo-
nem meū seruauerit mortem nō videbit
in eternum. Dixerūt ergo iudei. Nūc co-
gnouim⁹: q̄a demoniū habes. Abra-
ham mortuus est ⁊ ꝓphete: et tu dicis
si quis sermonē meū seruauerit non gu-
stabit mortem in eternū? Nūquid tu
maior es patre nr̄o abrahā q̄ mortu⁹
est? Et ꝓphete mortui sūt. Quē teip̄m
facis? Respōdit ihesus. Si ego glori-
fico meip̄m: gloria mea nichil ē. Est
pater me⁹ qui glorificat me: quē vos
dicitis quia deus noster ē ⁊ nō cogno-
uistis eum. Ego aūt noui eum. Et si

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0472
powered by DWork • Heidelberg University Library

dixero quia non scio eum: ero similis
vobis mendax. Sed scio eum: et ser-
monem eius seruo. Abraham pater
vester exultauit ut videret diē meum:
et vidit: et gauisus est. Dixerūt ergo iu-
dei ad eū. Quinquagīta ānos nondū
habes: et abraham vidisti? Dixit eis
ihesus. Amen amen dico vobis: an-
teq̄ abraham fieret ego sum. Tulerūt
ergo lapides ut iacerēt in eū. Ihesus aūt
absc̄ondit se: et exiuit de templo. ℣

Et p̄teriens ihesus vidit hominē
cecū a natiuitate: et interrogaue-
runt eū discipli ei⁹. Rabbi: quis pecca-
uit: hic aut parentes ei⁹: ut cecus nasce-
retur? Respondit ihesus. Neq; hic pec-
cauit neq; parentes eius: sed ut mani-
festentur opera dei in illo. Me oportet
operari opera eius qui misit me: do-
nec dies est. Venit nox: quādo nemo
potest operari. Quādiu sum in mūdo:
lux sum mūdi. Hec cū dixisset exspuit
in terrā: et fecit lutū ex sputo: et linuit
lutum sup oculos eius: et dixit ei. Va-
de laua in natatoria syloe: qđ interp̄-
tatur missus. Abiit ergo et lauit: et ve-
nit videns. Itaq; vicini et qui viderāt
eum prius quia mendic⁹ erat dicebāt.
Nōne hic est qui sedebat et mendica-
bat? Alii dicebāt quia hic est: alii au-
tem nequaq̄: sed similis est ei⁹. Ille ve-
ro dicebat: quia ego sum. Dicebāt er-
go ei. Quomō aperti sunt tibi oculi?
Respōdit. Ille homo qui dicit ihesus
lutum fecit: et unxit oculos meos: et di-
xit michi. Vade ad natatoriā syloe: et
laua. Et abii: et laui: et video. Et dixerūt
ei. Vbi ē ille? Ait. Nescio. Adducūt eū
ad pharisēos qui cecus fuerat. Erat
aūt sabbatū quādo lutū fecit ihesus:
et aperuit oculos ei⁹. Iterū ergo inter-
rogabāt eū pharisei quomō vidisset.
Ille aūt dixit eis. Lutū michi posuit
sup oculos: et laui et video. Dicebant
ergo ex pharisēis quidā. Non est hic
homo a deo: qui sabbatū nō custodit.
Alii aūt dicebāt. Quomō potest ho-
mo peccator hec signa facere? Et scisma
erat inter eos. Dicunt ergo ceco iterū.
Tu quid dicis de eo qui aperuit oc̄los
tuos? Ille aūt dixit: quia ꝓpheta est.
Non crediderunt ergo iudei de illo qđ
cecus fuisset et vidisset: donec vocaue-
runt parentes eius qui viderat: et in-
terrogauerūt eos dicentes. Hic est fil⁹
vester: quē vos dicitis quia cecus na-
tus est? Quomō ergo nunc videt? Re-
sponderūt eis parentes eius: et dixerūt.
Scimus quia hic est fil⁹ noster: et qđ
cecus natus est. Quomō aūt nūc vide-
at nescimus: aut quis ei⁹ aperuit oc̄u-
los nos nescimus. Ipm interrogate.
Etatem habet: ipe de se loquatur. Hec
dixerūt parentes ei⁹: qui timebāt iude-
os. Iam enim cōspirauerāt iudei: ut
si quis eum cōfiteretur esse christū ex-
tra synagogā fieret. Propterea parentes
eius dixerūt: quia etatem habet: ipm
interrogate. Vocauerūt ergo rursum
hominē qui fuerat cecus: et dixerūt ei.
Da gloriā deo. Nos scimus quia hic
homo peccator est. Dixit ergo eis ille.
Si peccator est nescio: unū scio: quia
cecus cū essem: modo video. Dixerunt
ergo illi. Quid fecit tibi? Quomō ape-
ruit tibi oculos? Respondit eis. Dixi
vobis iam: et audistis. Quid iterū vul-
tis audire? Numquid et vos vultis di-
scipli eius fieri? Maledixerūt ergo ei: et
dixerūt. Tu discipulus illius sis: nos
aūt moysi discipuli sumus. Nos scī-
mus quia moysi locutus est de⁹: hūc
autem nescimus unde sit. Respondit
ille homo: et dixit eis. In hoc enim

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0473
powered by DWork • Heidelberg University Library

mirabile est qđ vos nescitis unde sit: et aperuit meos oculos. Scimus aũt quia peccatores deus non audit: sed si quis dei cultor est ⁊ voluntatem eius facit: hunc exaudit. A seculo non est auditũ: quia quis aperuit oculos ceci nati. Nisi esset hic a deo: non poterat facere quicq̃. Respõderũt: ⁊ dixerũt ei. In peccatis natus es totus: ⁊ tu doces nos? Et eiecerũt eum foras. Audiuit ihesus quia eiecerũt eum foras: et cum inuenisset eum dixit ei. Tu credis in filiũ dei? Respõdit ille ⁊ dixit. Quis est dñe ut credã in eum? Et dixit ei ihesus. Et vidisti eum: et q̃ loquitur tecũ ipse est. At ille ait. Credo dñe. Et p̃cidens adorauit eum. Et dixit ei ihesus. In iudiciũ ego in hũc mũdum veni: ut qui non vident videãt: et qui vidẽt ceci fiant. Et audierũt quidã ex phariseis qui cũ ipo erant: ⁊ dixerũt ei. Numquid et nos ceci sumus? Dixit eis ihesus. Si ceci esseetis non haberetis peccatum. Nunc vero dicitis quia videmus: peccatum vestrum manet. ✠ Amen amen dico vobis: qui non intrat p hostiũ in ouile sed ascẽdit aliũde: ille fur est ⁊ latro. Qui aũt intrat per hostiũ: pastor est ouiũ. Huic hostiarius aperit: ⁊ oues vocem eius audiũt. Et p̃rias oues vocat nominatim: ⁊ educit eas. Et cum p̃rias oues emiserit ante eas vadit: ⁊ oues illũ sequũtur: quia sciũt vocem eius. Alienũ aũt non sequũtur: sed fugiũt ab eo: quia non nouerunt vocem alienoꝝ. Hoc p̃uerbiũ dixit eis ihesus. Illi aũt non cognouerũt quid loqueretur eis. Dixit ergo eis iterũ ihesus. Amẽ amẽ dico vobis: quia ego sum hostiũ ouiũ. Oñes q̃q̃t venerũt fures sunt et latrones: sed nõ audierũt eos oues. Ego sũ hostiũ. Per me si quis introierit saluabitur: ⁊ ingredietur ⁊ egredietur: ⁊ pascua inuenĩet. Fur nõ venit: nisi ut furetur ⁊ mactet ⁊ pdat. Ego veni ut vitam habeãt: et abundantius habeãt. Ego sum pastor bonus. Bonus pastor animã suã dat p ouibus suis. Mercennari9 aũt ⁊ q̃ non est pastor cui9 non sunt oues p̃prie: videt lupum venientẽ ⁊ dimittit oues ⁊ fugit: ⁊ lupus rapit: ⁊ dissipgit oues. Mercenarius aũt fugit quia mercennari9 est: ⁊ non pertinet ad eum de ouibus. Ego sum pastor bon9: ⁊ cognosco meas: et cognoscũt me mee. Sicut novit me pater: et ego agnosco patrẽ: et animã meã pono p ouibs meis. Et alias oues habeo que nõ sũt ex hoc ouili: ⁊ illas oportet me adducere ⁊ vocem meã audient: et fiet unũ ouile et un9 pastor. Propterea me pater diligit: quia ego pono animã meã: ut iterũ sumã eam. Nemo tollit eam a me: sed ego pono eam a meipo. Potestatem habeo ponendi eam: ⁊ potestatem habeo iterũ sumendi eam. Hoc mandatũ accepi a patre meo. Dissensio iterũ facta est inter iudeos: p̃ter sermones hos. Dicebãt aũt multi ex ipis. Demoniũ habet ⁊ insanit. Quid eum audits? Alii dicebant. Hec verba non sunt demoniũ habentis. Numquid demonium potest ceorum oculos aperire? Facta sunt autẽ encenia in ihrosolimis: et hyems erat. Et ambulabat ihesus in templo in porticu salomonis. Circũdederũt ergo eum iudei: et dicebant ei. Quousq̃ animam nostram tollis? Si tu es xristus: dic nobis palam. Respondit eis ihesus. Loquor vobis: et non creditis. Opera q̃ ego facio in noie patris mei: hec testimoniũ phibent de

me. Sed vos non creditis: quia non estis ex ouibus meis. Oues mee vocē meam audiūt: z ego cognosco eas: et sequūtur me. Et ego vitam eternā do eis: z non peribūt in eternū: z nō rapiet eas quisq; de manu mea. Pater meus qđ dedit michi maius oīnibus ē: et nemo potest rapere de manu patris mei. Ego z pater vnū sumus. Sustulerūt lapides iudei: ut lapidarent eū. Respōdit eis ihesus. Multa bona opera ostendi vobis ex patre meo. Propter qđ eoz op9 me lapidatis? Respōderūt ei iudei. De bono opere non lapidamus te: sed de blasphemia: z qa tu homo cum sis: facis teipm deū. Respondit eis ihesus. Nōne scriptū ē in lege vestra quia ego dixi dijs estis? Si illos dixit deos ad quos sermo dei factus est: z non potest solui scriptura: quē pater sanctificauit et misit in mūdum vos dicitis quia blasphemas quia dixi filius dei sum? Si nō facio opera patris mei: nolite credere michi. Si aūt facio: z si michi nō vultis credere operibus credite: ut cognoscatis et credatis: quia in me est pater: z ego in patre. Querebāt ergo eū apphendere: z exiuit de manibus eoz. Et abijt iterū trās iordanen in eum locū vbi erat iohānes baptizās pmū: z mānsit illic. Et mlti venerūt ad eū et dicebāt: qa iohānes qdē signū fecit nullū. Oīnia aūt quecūq; dixit iohānes de hoc vera erant: et mlti crediderūt in eum. xi

Erat autē quidā languens lazarus a bethania: de castello marie z marthe sororū eius. Maria aūt erat que vnxit dnm vnguento: z extersit pedes eius capillis suis: cui9 frater lazarus infirmabat. Miserūt ergo sorores eius ad eum dicētes. Domine: ecce quē amas infirmatur. Audiens aūt ihesus: dixit eis. Infirmitas hec non est ad mortem: sed p gloria dei: ut glorificetur filius dei per eam. Diligebat aūt ihesus martham: z sororem eius mariā z lazarū. Vt ergo audiuit quia infirmabatur: tunc quidē mānsit in eodem loco duobus diebus. Deinde post hec dixit discipulis suis. Eamus in iudeā iterū. Dicūt ei discipuli. Rabbi nunc querebāt te iudei lapidare: z iterū vadis illuc? Respōdit ihesus. Nōne duodecim hūt hore diei? Si quis ābulauerit in die non offendit: qa lucem hui9 mūdi videt. Si aūt ambulauerit in nocte offendit: quia lux non est in eo. Hec ait: z post hec dicit eis. Lazarus amicus noster dormit: sed vado ut a somno exsuscitem eū. Dixerūt ergo discipuli eius. Dne: si dormit salvus erit. Dixerat aūt ihesus de morte eius: illi aūt putauerūt quia de dormitione somni diceret. Tunc ergo ihesus dixit eis manifeste. Lazarus mortuus est: et gaudeo p̄ter vos ut credatis: quoniā non eram ibi. Sed eam9 ad eum. Dixit ergo thomas qui dicitur didimus ad cōdiscipulos. Eamus et nos: et moriamur cū eo. Venit itaq; ihesus: et inuenit eum quatuor dies iam in monumēto habentem. Erat aūt bethania iuxta iherosolimā quasi stadijs quindecim. Multi aūt ex iudeis venerant ad martham z mariā: ut cōsolarentē eas de fratre suo. Martha ergo ut audiuit qa ihesus venit occurrit illi: maria aūt domi sedebat. Dixit ergo martha ad ihesū. Dne: si fuisses hic frater meus non fuisset mortuus. Sed z nunc scio: qa quecūq; poposceris a deo dabit tibi de9. Dicit illi ihesus. Resurget frater tuus. Dicit ei martha.



Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0475
powered by DWork • Heidelberg University Library

Scio quia resurget · i resurrectione in nouissimo die. Dixit ei ihesus. Ego sū resurrectio ⁊ vita. Qui credit in me etiā si mortuus fuerit viuet: ⁊ omnis qui viuit ⁊ credit in me: non morietur in eternū. Credis hoc? Ait illi. Vtiq; dñe. Ego credidi quia tu es christus filius dei: qui in hunc mundum venisti. Et cum hec dixisset: abiit ⁊ vocauit mariam sororem suā silētio dicens. Magister adest: et vocat te. Illa ut audiuit surgit cito: ⁊ venit ad eum. Nondū enim venerat ihesus in castellū: sed erat adhuc in illo loco vbi occurrat ei martha. Judei ergo qui erant cum ea i domo ⁊ consolabātur eam cū vidissent mariam quia cito surrexit et exiit: secuti sunt eam dicētes. Quia vadit ad monumentū ut ploret ibi. Maria ergo cum venisset vbi erat ihesus: vidēs eum cecidit ad pedes ei⁹ ⁊ dixit ei. Domine · si fuisses hic non esset mortuus frater meus. Ihesus ergo ut vidit eā plorantem et iudeos qui venerant cū ea plorantes infremuit spiritu: ⁊ turbauit seipm ⁊ dixit. Vbi posuistis eum? Dicunt ei. Dñe: veni ⁊ vide. Et lacrimatus est ihesus. Dixerūt ergo iudei. Ecce quomō amabat eum. Quidam aūt ex ipis dixerūt. Non poterat hic qui aperuit oculos ceci nati facere: ut hic nō moreret? Ihesus ergo rursum fremens in semetipso venit ad monumentū. Erat aūt spelunca · ⁊ lapis suppositus erat ei. Ait ihesus. Tollite lapidem. Dicit ei martha soror ei⁹ · qui mortuus fuerat dñe iam fetet: quadriduanus enim est. Dicit ei ihesus. Nōne dixi tibi: quoniā si credideris videbis gloriā dei? Tulerūt ergo lapidem. Ihesus aūt eleuans sursum oculis dixit. Pater gratias ago tibi qm audisti me. Ego aūt sciebā quia semp me audis: sed ppter pplm q circūstat dixi: ut credant quia tu me misisti. Hec cum dixisset: voce magna clamauit. Lazare veni foras. Et statim ꝓdiit q fuerat mortuus ligatus manus et pedes institis: ⁊ facies illius sudario erat ligata. Dixit eis ihesus. Soluite eum: ⁊ sinite abire. Multi ergo ex iudeis qui venerāt ad mariā et martham et viderant que fecit ihesus: crediderunt in eum. Quidā aūt ex ipis abierunt ad pharisēos: ⁊ dixerunt eis que fecit ihesus. Collegerūt ergo pōtifices et pharisei concilium ⁊ dicebant. Quid facimus: quia hic homo multa signa facit? Si dimittimus eum sic: oēs credent in eum. Et venient romani: et tollent locum nostrū ⁊ gentem. Vnus aūt ex ipis cayphas nomine: cū esset pontifex anni illius dixit eis. Vos nescitis quicq; nec cogitatis: quia expedit vobis ut vnus moriat̄ homo ꝓ pplo: ⁊ non tota gens pereat. Hoc autem a semetipso non dixit: sed cum esset pontifex anni illius ꝓphetauit: qa ihesus moriturꝰ erat ꝓ gente. Et nō tantum ꝓ gente: sed ut filios dei qui erāt dispsi congregaret in vnū. Ab illo ergo die cogitauerunt ut interficerent eū. Ihesus ergo iam non i palam ābulabat apud iudeos: sed abiit in regionē iuxta desertum in ciuitatem que dicit effrem: ⁊ ibi morabatur cum discipulis suis. Proximum autem erat pascha iudeoꝝ · ⁊ ascenderūt multi ierosolimam de regione ante pascha: ut sanctificarent seipos. Querebant ergo ihesum: ⁊ colloquebantur ad inuicem in templo stantes. Quid putatis quia non venit ad diem festum illum? Dederant autem pontifices et pharisei

mandatum: ut si quis cognouerit u-
bi sit iudicet: ut apprehendāt eū. xii
Ihesus ergo ante sex dies pasche venit
bethaniam ubi lazarus fuerat mortu-
us: quē suscitauit ihesus. Fecerūt aūt
ei cenā ibi et martha ministrabat: la-
zarus vero unus erat ex discūbētibus
cum eo. Maria ergo accepit librā un-
guenti nardi pistici p̄ciosi ⁊ unxit pedes
ihesu: ⁊ extersit pedes ei⁹ capillis suis:
et dom⁹ impleta est ex odore unguēti.
Dixit ergo unus ex discipulis eius iu-
das scariothis qui erat eum traditur⁹.
Quare hoc unguentū non venijt tre-
centis denarijs: ⁊ datum est egenis?
Dixit aūt hoc nō quia de egenis ꝑti-
nebat ad eum: sed quia fur erat: et lo-
culos habēs ea que mittebantur por-
tabat. Dixit ergo ihesus. Sine illā:
ut ī diē sepulture mee ſuet illud. Pau-
peres enim semꝑ habetis vobiscū: me
aūt nō semꝑ habetis. Cognouit ergo
turba multa ex iudeis quia illic est: ⁊
venerunt non ꝓpter ihesum tantū: sed
ut lazarū viderēt quē suscitauit a mor-
tuis. Cogitauerūt aūt principes sacer-
dotū ut ⁊ lazarū interficerent: q̄a mlti
propter illū abibant ex iudeis: ⁊ crede-
bant in ihesum. In crastinū autē tur-
ba multa que venerat ad diem festū
cum audissent quia venit ihesus ihe-
rosolimā acceperūt ramos palmar⁹:
et ꝓcesserūt obuiam ei et clamabant:
osanna. benedictus qui venit in noīe
dn̄i rex israhel. Et inuenit ihesus asel-
lum: ⁊ sedit sup eum sicut scriptum est.
Noli timere filia syon: ecce rex tuus ve-
nit sedens sup pullū asine. Hec nō co-
gnouerūt discipli ei⁹ p̄mū: sed quādo
glorificatus est ihesus tunc recordati
sunt quia hec erant scripta de eo: ⁊ hec
fecerunt ei. Testimoniū ergo ꝑhibebat
turba que erat cum eo quādo lazarū
vocauit de monumento: ⁊ suscitauit
eum a mortuis. Propterea ⁊ obuiam
venit ei turba: quia audierūt eū fecisse
hoc signū. Pharisei ergo dixerunt ad
semetipos. Videtis quia nichil ꝓfici-
mus? Ecce mūdus totus post eū abijt.
Erāt aūt quidā gentiles ex hijs q̄ ascē-
derāt ut adorarēt in die festo. Hij ergo
accesserunt ad philippū qui erat a beth-
sayda galilee: ⁊ rogabant eum dicētes.
Domine: volum⁹ ihesum videre. Ve-
nit philippus: et dicit ādree. Andreas
rursum ⁊ philippus dixerūt ihesu. Ihe-
sus aūt respōdit eis dicens. Venit ho-
ra ut clarificetur fili⁹ hominis. Amē
amen dico vobis: nisi granū frumēti
cadens in terram mortuū fuerit: ipm
solum manet. Si aūt mortuū fuerit:
multum fructū affert. Qui amat ani-
mam suā: ꝑdet eam. Et qui odit ani-
mam suā in hoc mūdo: in vitā eternā
custodit eā. Si quis michi ministrat:
me sequatur. Et ubi sum ego: illic et
minister meus erit. Si quis michi mi-
nistrauerit: honorificabit eum pater
meus. Nunc anima mea turbata est.
Et quid dicā? Pater saluifica me ex
hac hora. Sed ꝓpterea veni in horam
hāc. Pater clarifica nomē tuū. Venit
ergo vox de celo dicens. Clarificaui: ⁊
iterū clarificabo. Turba ergo que sta-
bat et audierat dicebat tonitruū esse fa-
ctum. Alij aūt dicebāt. Angelus ei lo-
cutus est. Respōdit ihesus: ⁊ dixit. Nō
propt̄ me hec vox venit: sed ꝓpter vos.
Nunc iudiciū est mūdi. Nūc prīceps
hui⁹ mūdi eicietur foras. Et ego si ex-
altatus fuero a terra: omnia traham
ad meipm hoc aūt dicebat: significās
qua morte esset moriturus. Respōdit
ei turba. Nos audiuimus ex lege. q̄a

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0477
powered by DWork • Heidelberg University Library

cristus manet in eternū. Et quomodo tu dicis oportet exaltari filiū hois? Et quis ē iste filius hominis? Dixit ergo eis ihesus. Adhuc modicū lumē in vobis est. Ambulate dum lucem habetis: ut non tenebre vos cōprehendāt. Et qui ambulat in tenebris: nescit quo vadit. Dum lucem habetis credite in lucem: ut filij lucis sitis. Hec locut⁹ est ihesus: et abijt & abscōdit se ab eis. Cū aūt tanta signa fecisset coram eis nō credebāt in eum: ut sermo ysaie impleretur quē dixit. Dñe quis credidit auditui nro: et brachiū dñi cui revelatū est? Propterea non poterāt credere: q̄a iterū dixit ysaias. Excecauit oculos eorum & indurauit cor eorū: ut non videant oculis & intelligāt corde et conuertantur & sanem eos. Hec dixit ysaias quādo vidit gloriā eius: & locut⁹ est de eo. Verūtamē et ex principibus multi crediderūt in eum: sed ꝓpter pharisēos nō cōfitebantur: ut de synagoga nō eicerentur. Dilexerūt enim gloriam hominū magis ꝙ gloriam dei. Ihesus aūt clamauit & dixit. Qui credit in me: nō credit in me: sed in eum qui misit me. Et qui videt me: videt eum qui misit me. Ego lux in mundū veni: ut oīs qui credit in me in tenebris non maneat. Et si quis audierit verba mea & non custodierit: ego non iudico eū. Non enim veni ut iudicem mundū: sed ut saluificem mundū. Qui spernit me et non accipit verba mea: habet q̄ iudicet eum. Sermo quē locutus sum: ille iudicabit eum in nouissimo die. Quia ego ex meipo nō sū locutus: sed q̄ misit me pater ipse michi mandatū dedit: quid dicam et quid loquar. Et scio: quia mādatū ei⁹ vita eterna est. Que ergo ego loquor: sicut dixit michi pater sic loquor.

Ante diem festū pasche sciens ihesus q̄a venit hora ei⁹ ut trāseat ex hoc mūdo ad patrem: cū dilexisset suos qui erant in mūdo: in finem dilexit eos. Et cena facta cum dyabolus iam misisset in cor ut traderet eum iudas simonis scariothis: sciens quia omnia dedit ei pater in manus et q̄a a deo exiuit et ad deum vadit: surgit a cena & ponit vestimenta sua: et cū accepisset lintheum p̄cinxit se. Deinde mittit aquā in peluim: & cepit lauare pedes discipul⁹: & extergere lintheo quo erat p̄cinctus. Venit ergo ad simonem petrum. Et dicit ei petrus. Dñe tu michi lauas pedes? Respondit ihesus: & dixit ei. Quod ego facio tu nescis modo: scies aūt postea. Dicit ei petrus. Non lauabis michi pedes in eternū. Respōdit ei ihesus. Si non lauero te: nō habebis partem mecū. Dicit ei simon petrus. Domine: nō tantū pedes meos: sed & manus et caput. Dicit ei ihesus. Qui lotus est nō indiget nisi ut pedes lauet: sed est mūdus tot⁹. Et vos mūdi estis: sed non omnes. Sciebat enī quisnam esset qui traderet eum. Propterea dixit: non estis mūdi omnes. Postq̄ ergo lauit pedes eorū accepit vestimenta sua: et cum recubuisset iterū dixit eis. Scitis quid fecerim vobis? Vos vocatis me magister & domine: et bene dicitis. Sum etenim. Si ergo ego laui pedes vestros domin⁹ & magister: & vos debetis alter alteri⁹ lauare pedes. Exemplū enim dedi vobis: ut quēadmodū ego feci vobis ita et vos faciatis. Amen amē dico vobis: nō est seruus maior domino suo: neq; apostolus maior est eo qui misit illū. Si hec scitis: beati eritis si feceritis ea.

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0478
powered by DWork • Heidelberg University Library

Non de omnibus vobis dico. Ego
scio quos elegerim. Sed ut adimple-
atur scriptura: qui mãducat mecũ pa-
nem leuabit contra me calcaneũ suũ.
Amodo dico vobis priusq̃ fiat: ut
cũ factũ fuerit credatis quia ego sum.
Amen amen dico vobis: qui accipit
si quem misero me accipit. Qui autem
me accipit: accipit eum qui me misit.
Cum hec dixisset ihesus turbatus est
spiritu: ⁊ ꝓtestatus est ⁊ dixit. Amen
amen dico vobis: quia vnus ex vobis
tradet me. Aspiciebãt ergo ad inuicẽ
discipuli: hesitãtes de quo diceret. Erat
ergo recumbens vnus ex discipulis e-
ius in sinu ihesu: quem diligebat ihe-
sus. Innuit ergo huic simon petrus:
et dixit ei. Quis est de quo dicit? Ita-
q̃ cum recubuisset ille supra pectꝰ ihe-
su: dicit ei. Dñe quis est? Respõdit ihe-
sus. Ille est: cui ego intinctũ panẽ por-
rexero. Et cum intinxisset panẽ: dedit
iude simonis scariothis. Et post bu-
cellã introiuit in eum sathanas. Et di-
cit ei ihesus. Quod facis fac citiꝰ. Hoc
aũt nemo sciuit discũbentiũ: ad quid
dixerit ei. Quidã enim putabãt quia
loculos habebat iudas ꝙ dixisset ei
ihesus. eme ea que opus sunt nobis
ad diem festũ: aut egenis ut aliquid
daret. Cũ ergo accepisset ille bucellã:
exiuit cõtinuo. Erat aũt nox. Cũ ergo
exisset dixit ihesus. Nunc clarificatus
est filius hominis: ⁊ deus clarificatꝰ
est in eo. Si deus clarificatꝰ est in eo:
et deus clarificabit eum in semetipõ: et
continuo clarificabit eum. Filioli: ad-
huc modicũ vobiscum sum. Queretis
me: et sicut dixi iudeis quo ego vado
vos non potestis venire. Et vobis di-
co modo. Mãdatũ nouũ do vobis: ut
diligatis inuicẽ sicut dilexi vos: ut et
vos diligatis inuicẽ. In hoc cognoscẽt
omnes quia discipuli estis mei: si dile-
ctionẽ habueritis ad inuicem. Dicit
ei simon petrus. Dñe quo vadis? Re-
spondit ihesus. Quo ego vado non
potes me modo sequi: sequeris autẽ
postea. Dicit ei petrus. Quare nõ pos-
sũ te sequi modo? Aĩam meã ꝓ te po-
nam. Respõdit ei ihesus aĩam tuã ꝓ
me pones? Amẽ amẽ dico tibi: nõ cãta-
bit gallꝰ donec ter me neges. xiiij

Et ait discipulis suis. Non turbet
cor vestrũ. Creditis in deũ: et in
me credite. In domo patris mei man-
siones multe sunt. Si quo minus: di-
xissem vobis quia vado parare vobis
locum. Et si abiero ⁊ ꝑparauero vobis
locum: iterũ venio ⁊ accipiam vos ad
meipm: ut vbi sum ego ⁊ vos sitis. Et
quo ego vado scitis: ⁊ viam scitis. Di-
cit ei thomas. Dñe: nescimus quo va-
dis. Et quomõ possumꝰ viam scire?
Dicit ei ihesus. Ego sum via ⁊ veritas
et vita. Nemo venit ad patrem nisi ꝑ
me. Si cognouissetis me: et patrẽ me-
um utiq̃ cognouissetis. Et amodo
cognoscetis eũ: ⁊ vidistis eum. Dicit ei
philippus. Dñe: ostende nobis patrẽ et
sufficit nobis. Dicit ei ihesus. Tanto
tpe vobiscũ sũ et nõ cognouistis me?
Philippe: qui videt me videt ⁊ patrem.
Quomõ tu dicis ostende nobis patrẽ?
Non credis quia ego in patre: ⁊ pater
in me est? Verba que ego loquor vo-
bis a meipõ non loquor. Pater aũt
in me manens: ipe facit opera. Non
creditis quia ego in patre: ⁊ pater ĩ me
est? Alioquin ꝓpter opera ipa credite.
Amen amen dico vobis: qui credit in
me opera que ego facio ⁊ ipe faciet: et
maiora horũ faciet. Quia ego ad pa-
trem vado: ⁊ qdcunq̃ petieritis patrem

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0479
powered by DWork • Heidelberg University Library

in nomine meo hec faciã: ut glorificet pater in filio. Si quid petieritis me i nomine meo hoc faciam. Si diligitis me: mandata mea seruate. Et ego rogabo patrem et aliũ paraclitũ dabit vobis ut maneat vobiscũ i eternũ spiritũ veritatis: quẽ mundꝰ nõ potest accipere: quia non videt eũ nec scit eum. Vos aũt cognoscetis eum: qꝛa apud vos manebit: ⁊ in vobis erit. Non relinquã vos orphanos: veniam ad vos. Adhuc modicũ: ⁊ mũdus me iã non videt. Vos aũt videbitis me: qꝛa ego viuo et vos viuetis. In illo die vos cognoscetis quia ego sum i patre meo: ⁊ vos in me: ⁊ ego i vobis. Qui habet mãdata mea ⁊ seruat ea: ille est qui diligit me. Qui aũt diligit me: diligetur a patre meo. Et ego diligam eum: et manifestabo ei meipm. Dicit ei iudas: nõ ille scariothis. Domine quid factũ est qꝛa manifestaturꝰ es nobis teipm: et non mũdo? Respondit ihesus: et dixit ei. Si quis diligit me sermonẽ meũ seruabit: et pater meꝰ diliget eum: ⁊ ad eum veniemus: ⁊ mansionẽ apud eum faciemꝰ. Qui non diligit me: sermones meos non seruat. Et sermonẽ quẽ audistis non est meꝰ: sed eiꝰ qui misit me patris. Hec locutus sum vobis: apud vos manens. Paraclitus aũt spiritus sanctus quẽ mittet pater in nomine meo ille vos docebit oia: ⁊ suggeret vobis oia quecunq; dixero vobis. Pacem relinquo vobis: pacem meam do vobis. Non quomõ mũdus dat: ego do vobis. Non turbetur cor vestrũ: neq; formidet. Audistis quia ego dixi vobis: vado ⁊ venio ad vos. Si diligeretis me: gauderetis utiq; quia vado ad patrem: quia pater maior me est. Et nunc dixi vobis priusq; fiat: ut cum factũ fuerit credatis. Iam non multa loquar vobiscũ. Venit enim princeps mũdi huiꝰ: et in me non habet quicq;. Sed ut cognoscat mũdus qꝛa diligo patrẽ: et sicut mãdatũ dedit michi pater sic facio. Surgite: eamꝰ hinc.

Ego sum vitis vera: ⁊ pater meus agricola est. Omnẽ palmitem in me non ferentem fructũ tollet eum: et omnẽ qui fert fructũ purgabit eum: ut fructũ plus afferat. Iam vos mũdi estis: propter sermonẽ quẽ locutus sum vobis. Manete i me: ⁊ ego in vobis. Sicut palmes nõ potest ferre fructũ a semetipo nisi mãserit in vite: sic nec vos nisi in me mãseritis. Ego sum vitis: vos palmites. Qui manet in me et ego in eo hic fert fructũ multũ: quia sine me nichil potestis facere. Si quis in me non manserit mittetur foras sicut palmes ⁊ arescet: ⁊ colligent eum et in ignem mittent ⁊ ardet. Si manseritis in me ⁊ verba mea in vobis mãserint: qdcunq; voluerit petetis: ⁊ fiet vobis. In hoc clarificatus est pater meus: ut fructũ plurimũ afferatis: et efficiamini mei discipli. Sicut dilexit me pater: ⁊ ego dilexi vos. Manete in dilectione mea. Si pcepta mea seruaueritis manebitis in dilectione mea: sicut ⁊ ego patris mei pcepta seruaui: et maneo i eiꝰ dilectione. Hec locutꝰ sũ vobis: ut gaudiũ meũ sit in vobis: et gaudiũ vestrũ impleatur. Hoc est preceptũ meũ: ut diligatis inuicẽ sicut dilexi vos. Maiorẽ hac dilectionẽ nemo habet: qꝫ ut animã suã ponat quis pamicis suis. Vos amici mei estis: si feceritis que ego pcipio vobis. Iam nõ dicam vos seruos: quia seruus nescit quid faciat dñs eius. Vos autẽ dixi

amicos: q̃a om̃ia quecũq; audiui a
patre meo nota feci vobis. Nõ vos me
elegistis sed ego elegi vos: ⁊ posui vos
ut eatis ⁊ fructũ afferatis: ⁊ fructus ve-
ster maneat: ut qd̃cũq; petieritis patrẽ
in nomine meo det vobis. Hec mãdo
vobis: ut diligatis inuicem. Si mun-
dus vos odit: scitote quia me priorẽ
vobis odio habuit. Si de mundo fu-
isseris: mundus qd̃ suũ erat diligeret.
Quia vero de mũdo nõ estis. sed ego
elegi vos de mũdo: ꝓpterea odit vos
mũdus. Memẽtote sermonis mei: quẽ
ego dixi vobis. Nõ est seruus maior
dño suo. Si me ꝑsecuti sunt et vos ꝑ-
sequent̃. Si sermonẽ meũ seruauerũt:
et vr̃m seruabũt. Sed hec om̃ia faciẽt
vobis ꝓpter nomẽ meũ: quia nesciũt
eum qui misit me. Si non venissem
et locutus fuissem eis: peccatũ non ha-
berent. Nunc aũt excusationẽ non ha-
bent de peccato suo. Qui me odit: et
patrẽ meũ odit. Si opera nõ fecissem
in eis que nemo alius fecit: peccatum
non haberent. Nunc autem et viderũt
et oderũt: ⁊ me ⁊ patrẽ meũ. Sed ut ad-
impleat̃ sermo q̃ in lege eoꝝ scriptus ẽ:
quia odio habuerũt me gratis. Cum
aũt venerit paraclitus quẽ ego mittã
vobis a patre spiritũ veritatis q̃ a pa-
tre ꝓcedit: ille testimoniũ ꝑhibebit de
me. Et vos testimonium ꝑhibebitis:
quia ab inicio mecum estis. xvi

Hec locut⁹ sum vobis: ut nõ scan-
dalizemini. Absq; synagogis
facient vos. Sed venit hora: ut om̃is
qui interficit vos arbitretur obsequiũ
se prestare deo. Et hec facient vobis:
quia nõ nouerũt patrẽ neq; me. Sed
hec locut⁹ sũ vobis: ut cũ venerit hora
eoꝝ. reminiscamini: q̃a ego dixi vobis.
Hec autem vobis ab inicio nõ dixi:
quia vobiscũ eram. Et nunc vado ad
eum qui misit me: ⁊ nemo ex vobis in-
terrogat me quo vadis. Sed quia hec
locutus sum vobis: tristicia implebit
cor vestrũ. Sed ego veritatem dico vo-
bis: expedit vobis ut et ego vadã. Si
enim non abiero: paraclitus non ve-
niet ad vos. Si aũt abiero: mittã eũ
ad vos. Et cũ venerit: ille arguet mũ-
dum de peccato et de iusticia et de iu-
dicio. De peccato quidẽ: q̃a nõ credide-
rũt ĩ me. De iusticia vero: q̃a ad patrẽ
vado: ⁊ iã nõ videbitis me. De iudicio
aũt: quia princeps mũdi hui⁹ iã iudi-
catus est. Adhuc multa habeo vobis
dicere: sed non potestis portare modo.
Cum aũt venerit ille spirit⁹ veritatis:
docebit vos omnẽ veritatem. Non e-
nim loquetur a semetipso: sed quecũq;
audiet loquetur: ⁊ q̃ ventura sunt an-
nũciabit vobis. Ille me clarificabit:
q̃a de meo accipiet: ⁊ annũciabit vo-
bis. Om̃ia quecũq; habet pater mea
sũt. Propterea dixi q̃a de meo accipiet:
et annũciabit vobis. Modicũ ⁊ iam
nõ videbitis me. ⁊ iterũ modicũ ⁊ vide-
bitis me: quia vado ad patrem. Dixe-
runt ergo ex discipulis eius ad inuicẽ.
Quid est hoc qd̃ dicit nobis modicũ
et nõ videbitis me. et iterũ modicũ et
videbitis me ⁊ quia vado ad patrẽ?
Dicebãt ergo. Quid est hoc qd̃ dicit
modicũ? Nescim⁹ quid loquitur. Co-
gnouit aũt ihesus quia volebant eũ
interrogare: et dixit eis. De hoc queri-
tis inter vos quia dixi modicũ ⁊ non
videbitis me: ⁊ iterũ modicũ et videbi-
tis me. Amen amẽ dico vobis: quia
plorabitis ⁊ flebitis vos: mũdus au-
tem gaudebit. Vos aũt cõtristabimi-
ni: sed tristicia vestra vertetur in gau-
diũ. Mulier cũ parit tristiciã habet: q̃a

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0481
powered by DWork • Heidelberg University Library

venit hora ei⁹. Cū aūt pepererit puerā iam non meminit pressure ꝓpter gaudiū: quia natus est homo in mundū. Et vos igitur nunc quidē tristiciam habetis. Iterū aūt videbo vos ⁊ gaudebit cor vestrū: et gaudiū vestrū nemo tollet a vobis. Et in illo die me non interrogabitis quicq̄. Amen amē dico vobis: si quid petieritis patrem in nomine meo dabit vobis. Vsq; modo nō petistis quicq̄ in nomine meo. Petite et accipietis: ut gaudiū vestrū sit plenū. Hec in ꝓuerbijs locut⁹ sum vobis. Venit hora: cum iam non in proverbijs loquar vobis: sed palam de patre annunciabo vobis. In illo die in nomine meo petetis. Et nō dico vobis: quia ego rogabo patrem de vobis. Ipse enim pater amat vos qā vos me amastis: ⁊ credidistis qā ego a deo exiui. Exiui a patre ⁊ veni in mūdum: iterū relinquo mūdum: ⁊ vado ad patrem. Dicunt ei discipuli ei⁹. Ecce nunc palam loqueris: et ꝓuerbium nullū dicis. Nunc scimus quia scis omnia: ⁊ non opus est tibi ut qs te interroget. In hoc credim⁹: quia a deo existi. Respondit eis ihesus. Modo creditis? Ecce venit hora: ⁊ iam venit ut dispgamini vnusquisq; in ꝓpria: ⁊ me solū relinquatis. Et non sum solus: quia pater mecū est. Hec locut⁹ sum vobis: ut in me pacem habeatis. In mundo pressuram habebitis: sed confidite: ego vici mūdum. rum

Hec locutus est ihesus: ⁊ subleuatis oculis in celū dixit. Pater venit hora: clarifica filiū tuū: ut filiꝰ tu⁹ clarificet te. Sicut dedisti ei potestatem omnis carnis: ut omne qđ dedisti ei det eis vitam eternā. Hec est aūt vita eterna: ut cognoscant te solū deū verū: et quē misisti ihesum xristū. Ego te clarificaui super terrā: opus consumaui: quod dedisti michi ut faciam. Et nūc clarifica me tu pater apud temetipm: claritate quā habui priusq̄ mūd⁹ fieret apud te. Manifestaui nomē tuū hominibꝫ: qs dedisti michi de mūdo. Tui erant: ⁊ michi eos dedisti: et sermonem meū seruauerunt. Nūc cognouerunt: quia omnia que dedisti michi abs te sūt. Quia verba q̄ dedisti michi dedi eis: ⁊ ipsi acceperūt ⁊ cognouerūt vere quia a te exiui: ⁊ crediderūt qā tu me misisti. Ego pro eis rogo. Nō pro mūdo rogo: sed ꝓ his qs dedisti michi: quia tui sunt. Et mea omnia tua sunt: ⁊ tua mea sunt: ⁊ clarificat⁹ sum in eis. Et iā non sum in mūdo: et hi in mūdo sunt: ⁊ ego ad te venio. Pater sancte: serua eos in nomine tuo quos dedisti michi: ut sint vnū sicut et nos. Cum essem cum eis: ego seruabā eos in nomine tuo. Quos dedisti michi ego custodiui: ⁊ nemo ex eis periit nisi filius ꝑditionis: ut scriptura impleat. Nūc aūt ad te venio: ⁊ hec loquor in mūdo: ut habeāt gaudiū meū impletum in semetipis. Ego dedi eis sermonem tuū: ⁊ mūdus eos odio habuit: quia nō sunt de mūdo sicut et ego nō sum de mūdo. Non rogo ut tollas eos de mūdo: sed ut serues eos a malo. De mūdo nō sunt: sicut ⁊ ego non sū de mūdo. Sanctifica eos in veritate. Sermo tuus veritas est. Sicut tu me misisti in mūdum: ita ⁊ ego misi eos in mundū. Et pro eis ego sanctifico meipm: ut sint ⁊ ipi sanctificati in veritate. Non pro eis aūt rogo tantū: sed et pro eis qui credituri sunt per verbū eoꝝ in me: ut omnes vnū sint sicut tu pater in me ⁊ ego in te: ut ⁊ ipi in nobis

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0482
powered by DWork • Heidelberg University Library

unū sint: ut credat mūdus quia tu me
misisti. Et ego claritatem quā tu dedi-
sti michi dedi eis: ut sint unū sicut et
nos unū sumus. Ego ī eis ⁊ tu in me:
ut sint cōsūmati in unū: et cognoscat
mūdus quia tu me misisti: et dilexisti
eos sicut ⁊ me dilexisti. Pater: q̄s dedi-
sti michi volo ut ubi sū ego ⁊ illi sint
mecū: ut videant claritatem meā quā
dedisti michi: quia dilexisti me ante
constitutionē mūdi. Pater iuste: mū-
dus te non cognouit. Ego autē te co-
gnoui: et hij cognouerūt quia tu me
misisti. Et notum feci eis nomē tuū ⁊
notum faciā: ut dilectio qua dilexisti
me ī ip̄is sit: ⁊ ego in ipsis. xviii

Hec cum dixisset ihesus: egressus
est cum discipulis suis trās tor-
rentem cedron ubi erat ort⁹: in quem
introiuit ip̄e ⁊ discipuli eius. Sciebat
aūt ⁊ iudas qui tradebat eum locum:
quia frequenter ihesus cōuenerat illuc
cum discipulis suis. Iudas ergo cum
accepisset cohortem ⁊ a pontificibus et
phariseis ministros: venit illuc cū la-
ternis ⁊ facibus ⁊ armis. Ihesus itaq;
sciens omnia que ventura erant super
eū: processit ⁊ dixit eis. Quē queritis?
Respōderūt ei. Ihesum nazarenū. Di-
cit eis ihesus. Ego sum. Stabat autē
et iudas qui tradebat eum cū ip̄is. Ut
ergo dixit eis ego sum: abierūt retror-
sum ⁊ ceciderūt in terram. Iterū ergo
interrogauit eos. Quem queritis? Illi
aūt dixerūt. Ihesum nazarenū. Respō-
dit ihesus. Dixi vobis: quia ego sum.
Si ergo me queritis: sinite hos abire.
Ut impleretur sermo quē dixit: quia
q̄s dedisti michi nō ꝑdidi ex eis quen-
q̄. Simon ergo petr⁹ habens gladiū
eduxit eū: ⁊ ꝑcussit pontificis seruū: et
abscidit eius auriculam dexterā. Erat
aūt nomen seruo malchus. Dicit er-
go ihesus petro. Mitte gladiū tuū in
vaginā. Calicē quē dedit michi pater:
nō bibā illū? Cohors aūt ⁊ tribunus
et ministri iudeorū cōprehenderūt ihe-
sum: et ligauerūt eū ⁊ adduxerūt eum
ad annā p̄mū. Erat enī socer cayphe:
qui erat pōtifex anni illius. Erat aūt
cayphas qui consiliū dederat iudeis:
quia expedit unū hominē mori pro
ꝓpso. Sequebatur aūt ihesum simon
petrus: ⁊ alius discipulus. Discipulus
aūt ille erat notus pōtifici: ⁊ introiuit
cum ihesu in atriū pontificis. Petrus
aūt stabat ad ostiū foris. Exiuit ergo
discipulus alius qui erat notus pon-
tifici: ⁊ dixit ostiarie: et introduxit pe-
trum. Dicit ergo petro ancilla ostia-
ria. Nūquid ⁊ tu ex discipulis es hoīs
istius? Dicit ille. Non sum. Stabāt
autē serui et ministri ad prunas quia
frigus erat: ⁊ calefaciebant se. Erat au-
tem cum eis ⁊ petrus: stans ⁊ calefaci-
ens se. Pontifex ergo interrogauit ihe-
sum de discipulis suis: ⁊ de doctrina e-
ius. Respondit ei ihesus. Ego palam
locutus sum mūdo. Ego semꝑ docui
in synagoga et in templo quo om̄es
iudei conueniūt: ⁊ in occulto locutus
sum nichil. Quid me interrogas? In-
terroga eos qui audierūt: quid locut⁹
sum ip̄is. Ecce hij sciunt: que dixerim
ego. Hec aūt cū dixisset: unus assistēs
ministrorū dedit alapam ihesu dicēs.
Sic respōdes pontifici? Respondit ei
ihesus. Si male locutus sum: testimo-
niū ꝑhibe de malo. Si aūt bene: quid
me cedis? Et misit eum annas ligatū
ad cayphan pontificem. Erat autem
simon petrus stās: ⁊ calefaciens se. Di-
xerūt ergo ei. Nūquid ⁊ tu ex discipulis
eius es? Negauit ille ⁊ dixit. Nō sum.

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0483
powered by DWork • Heidelberg University Library

Dixit vnus ex seruis pōtificis: cognatus eius cuius abscidit petrus auriculam. Nōne ego te vidi in orto cū illo. Iterum ergo negauit petrus: et statim gallus cātauit. Adducūt ergo ihesū ad cayphan in p̄toriū. Erat aūt mane. Et ipi non introierūt in p̄toriū ut non contaminarētur: sed ut māducarent pascha. Exiuit ergo pilat⁹ ad eos foras ⁊ dixit. Quā accusationē affertis aduersus hominē hunc? Responderūt: ⁊ dixerūt ei. Si non esset hic malefactor: non tibi tradidissemus eum. Dicit ergo eis pilatus. Accipite eum vos: ⁊ secūdū legem vestrā iudicate eū. Dixerūt ergo ei iudei. Nobis nō licet interficere quenq̄. Vt sermo ihesu impleretur quē dixit: significās qua morte esset moritur⁹. Introiuit ergo iterū in p̄toriū pilatus: ⁊ vocauit ihesum: et dixit ei. Tu es rex iudeoꝝ? Respondit ihesus. A temetipo hoc dicis: an alij dixerūt tibi de me? Respondit pilatus. Nūquid ego iude⁹ sum? Gens tua et pontifices tradiderunt te michi. Quid fecisti? Respōdit ihesus. Regnū meū non est de hoc mūdo. Si ex hoc mūdo esset regnū meū: ministri mei utiq; decertarent ut nō traderer iudeis. Nunc aūt regnū meū nō est hinc. Dixit itaq; ei pilat⁹. Ergo rex es tu? Respōdit ihesus. Tu dicis: q̄a rex sū ego. Ego in hoc natus sum. ⁊ ad hoc veni in mūdum: ut testimoniū ꝑhibeā veritati. Omnis qui est ex veritate audit vocem meā. Dicit ei pilatus. Quid est veritas? Et cū hoc dixisset: iterꝫ exiuit ad iudeos: ⁊ dicit eis. Ego nullā inuenio ī eo causā. Est aūt cōsuetudo vobis: ut vnū dimittā vobis in pascha. Vultis ergo dimittam vobis regem iudeoꝝ? Clamauerūt ergo rursum om̄es dicentes. Non hunc: sed barraban. Erat autem barrabas latro. xix

Tunc ergo app̄hendit pilatus ihesum: et flagellauit. Et milites plectentes coronā de spinis imposuerunt capiti ei⁹: et veste purpurea circūdederūt eum. Et veniebāt ad eum: et dicebāt. Aue rex iudeoꝝ. Et dabant ei alapas. Exiuit iterū pilatus foras: et dicit eis. Ecce adduco vobis eum foras: ut cognoscatis quia nullam inuenio in eo causam. Exiuit ergo ihesus portans spineā coronā: ⁊ purpureum vestimentū. Et dicit eis. Ecce homo. Cū ergo vidissēt eū pōtifices et ministri: clamabāt dicētes. Crucifige: crucifige eū. Dicit eis pilatus. Accipite eum vos: ⁊ crucifigite. Ego enim non inuenio in eo causam. Respōderūt ei iudei. Nos legem habemus: et scd̄m legem debet mori: quia filiū dei se fecit. Cum ergo audisset pilatus hunc sermonē: magis timuit. Et ingressus est in p̄toriū iterū: et dicit ad ihesum. Vnde es tu? Ihesus aūt respōsum non dedit ei. Dicit ergo ei pilatus. Michi non loqueris? Nescis quia potestatē habeo crucifigere te. ⁊ potestatē habeo dimittere te? Respōdit ihesus non haberes potestatem aduersum me vllā: nisi tibi datū esset desup̄. Propterea qui me tradidit tibi maius peccatum habet. Et exinde querebat pilatus dimittere eū. Iudei aūt clamabāt dicētes. Si hunc dimittis: non es amic⁹ cesaris. Om̄is enim qui se regem facit contradicit cesari. Pilat⁹ aūt cū audisset hos sermones adduxit foras ihesum: et sedit pro tribunali in loco qui dicit̄ lythostratos. hebraice autē gabatha. Erat autē parasceue pasche: hora q̄si sexta: ⁊ dicit iudeis. Ecce rex vester. Illi

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0484
powered by DWork • Heidelberg University Library

aũt clamabãt. Tolle tolle: crucifige tũ. Dicit eis pilatus. Regem vestrũ crucifigam? Respõderũt pontifices. Nõ habem⁹ regem: nisi cesarem. Tũc ergo tradidit eis illũ: ut crucifigeret. Susceperũt aũt ihesum: & eduxerũt. Et bajulans sibi crucem exiuit in eum qui dicitur caluarie locũ: hebraice golgotha. Vbi crucifixerũt eum: & cum eo alios duos hinc & hinc: mediũ aũt ihesum. Scripsit aũt & titulũ pilatus: & posuit sup crucẽ. Erat aũt scriptũ: ihesus nazarenus rex iudeoꝝ. Hunc ergo titulũ multi iudeoꝝ legerũt: quia ppe ciuitatem erat locꝰ ubi crucifixus ẽ ihesus. Et erat scriptũ hebraice grece & latine. Dicebãt ergo pilato põtifices iudeoꝝ. Noli scribere rex iudeoꝝ: sed qꝛa ipse dixit: rex sum iudeoꝝ. Respõdit pilatꝰ. Qd scripsi scripsi. Milites ergo cum crucifixissent ẽ acceperũt vestimenta eius: & fecerũt quatuor partes: unicuiq; militi partem: & tunicam. Erat aũt tunica inconsutilis: desup contexta per totũ. Dixerũt ergo ad inuicem. Non scindam⁹ eam: sed sortiamur de illa cuiꝰ sit. Ut scriptura impleretur dicens. Partiti sunt vestimenta mea sibi: et in vestem meam miserũt sortem. Et milites quidem hec fecerũt. Stabãt aũt iuxta crucem ihesu mater eius: et soror matris eius maria cleophe & maria magdalene. Cum vidisset ergo ihesus matrẽ et discipulũ stantem quẽ diligebat: dicit matri sue. Mulier: ecce filius tuus. Deinde dicit discipulo. Ecce mater tua. Et ex illa hora accepit eam discipulꝰ in sua. Postea sciens ihesus quia omnia consũmata sũt: ut consummaretur scriptura dicit. Sitio. Vas ergo erat positũ aceto plenũ. Illi aũt plenã aceto spõgiã ysopo circũponẽtes: obtulerũt ori eius. Cum ergo accepisset ihesus acetũ dixit. Cõsummatũ est. Et inclinato capite tradidit spiritũ. Judei ergo quoniã parasceue erat ut nõ remanerent in cruce corpora sabbato: erat enim magnꝰ dies ille sabbati: rogauerunt pilatum ut frangerent eoꝝ crura et tollerent. Venerunt ergo milites: & primi quidem fregerũt crura: et alterius qui crucifixus est cum eo. Ad ihesum aũt cum venissent: ut viderunt eum iã mortuũ non fregerunt eius crura: sed unus militũ lancea latus eius aperuit: & continuo exiuit sanguis & aqua. Et qui vidit testimoniũ phibuit: & verum est testimoniũ eius. Et ille scit qꝛa vera dicit: ut & vos credatis. Facta sũt enim hec: ut scriptura impleretur. Os nõ cõminuetis ex eo. Et iterũ alia scriptura dicit. Videbũt in quẽ transfixerunt. Post hec aũt rogauit pilatum ioseph ab arimathia eo qꝺ esset discipulus ihesu: occultus aũt ppter metũ iudeoꝝ: ut tolleret corpus ihesu. Et permisit pilatus. Venit ergo: et tulit corpus ihesu. Venit aũt & nycodemus qui venerat ad ihesum nocte pmũ: ferens mixturam mirre et aloes quasi libras centũ. Acceperũt ergo corpus ihesu: et ligauerũt eũ linteis cũ aromatibus sicut mos est iudeis sepelire. Erat aũt in loco ubi crucifixus est ortus: & i orto monumentũ nouũ in quo nondum quisq; positus erat. Ibi ergo ppter parasceuen iudeorũ: quia iuxta erat monumentũ posuerũt ihesum.

Una aũt sabbati maria magdalene venit mane cum adhuc tenebre essent ad monumentũ: & vidit lapidem sublatũ a monumento. Cucurrit ergo & venit ad simonẽ petrũ: & ad aliũ discipulũ quẽ amabat ihesus: et

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0485
powered by DWork • Heidelberg University Library

dicit illis. Tulerūt dominū de monumento: ⁊ nescim⁹ ubi posuerūt eū. Exijt ergo petrus et ille alius discipulus: et venerūt ad monumētū. Current autem duo simul: ⁊ ille alius discipulus p̄cucurrit citi⁹ petro: et venit prim⁹ ad monumentū. Et cum se inclinasset vidit posita linteamina: nō tamē introiuit. Venit ergo simō petr⁹ sequēs eū: ⁊ introiuit i monumētū. Et vidit linteamina posita: ⁊ sudariū quod fuerat sup caput eius nō cū linteaminibus positum: sed separatū involutū i unū locū. Tunc ergo introiuit ⁊ ille discipulus qui venerat primus ad monumētum: ⁊ vidit ⁊ credidit. Nondū enim sciebant scripturā: quia oportuit eum a mortuis resurgere. Abierūt ergo iterū discipuli ad semetipos. Maria autē stabat ad monumentū foris plorās. Dum ergo fleret: inclinauit se et p̄spexit in monumentū. Et vidit duos angelos in albis sedentes: unū ad caput et unū ad pedes: ubi positū erat corp⁹ ihesu. Dicūt ei illi. Mulier q̄d ploras? Dicit eis. Quia tulerūt dominū meū: et nescio ubi posuerūt eum. Hec cū dixisset cōuersa est retrorsum: ⁊ vidit ihesum stantem: ⁊ nō sciebat q̄a ihesus est. Dicit ei ihesus. Mulier quid ploras? Quē queris? Illa existimās quia ortulanus esset: dicit ei. Domine: si tu sustulisti eum dicito michi ubi posuisti eum: ⁊ ego eum tollā. Dicit ei ihesus. Maria. Cōuersa illa dicit ei. Rabboni: q̄d dicitur magister. Dicit ei ihesus. Noli me tangere. Nondū enī ascendi ad patrem meū. Vade aūt ad fratres meos: et dic eis. Ascendo ad patrem meū ⁊ patrem vestrū: deū meū ⁊ deum vestrū. Venit maria magdalene annuntiās discipulis q̄a vidi dominū: et hec dixit michi. Cum ergo sero esset die illo una sabbatorū et fores essent clause ubi erāt discipli cōgregati p̄ timorē iudeorū: venit ihesus et stetit in medio: ⁊ dixit eis. Pax vobis. Et cum hec dixisset: ostendit eis manus et latus. Gauisi sunt ergo discipli: viso dnō. Dixit ergo eis iterū. Pax vob⁹. Sicut misit me pater: ⁊ ego mitto vos. Hec cū dixisset insufflauit: et dicit eis. Accipite spiritū sanctū. Quoz remiseritis peccata remittunt eis: ⁊ quoz retinueritis retenta sunt. Thomas autē unus ex duodecim qui dicitur didim⁹ non erat cum eis quādo venit ihesus. Dixerūt ergo ei alij discipli. Vidimus dominū. Ille aūt dixit eis. Nisi videro in manibus ei⁹ fixurā clauoz: et mittam digitū meū in locū clauoz: ⁊ mittam manū meā in latus eius: nō credam. Et post dies octo iterū erāt discipuli ei⁹ intus: ⁊ thomas cū eis. Venit ihesus ianuis clausis: ⁊ stetit i medio et dixit eis. Pax vobis. Deinde dicit thome. Infer digitū tuū huc ⁊ vide manus meas: ⁊ affer manū tuā et mitte in lat⁹ meū: ⁊ noli esse incredulus sed fidelis. Respōdit thomas ⁊ dixit. Dominus meus: et deus me⁹. Dicit ei ihesus. Quia vidisti me thoma credidisti: beati qui nō viderūt et crediderūt. Alia quidē et alia signa fecit ihesus in conspectu discipuloz suoz: que non sunt scripta in libro hoc. Hec aūt scripta sūt ut credatis q̄a ihesus ē filius dei: et ut credentes vitā habeatis in noīe eius. pri.

Postea manifestauit se iterū ihesus ad mare tyberiadis. Manifestauit aūt sic. Erant simul simon petrus et thomas q̄ dicit̄ didim⁹ ⁊ nathanael q̄ erat a chana galilee: et filij zebedei: et alij ex discipulis ei⁹ duo. Dicit eis

simon petrus. Vado piscari. Dicūt ei. Venimus ⁊ nos tecum. Et exierunt et ascenderūt in nauī: et illa nocte nichil prendiderūt. Mane aūt iam facto stetit ihesus in littore: nō tamē cognouerunt discipuli quia ihesus est. Dicit ergo eis ihesus. Pueri: nūquid pulmētariū habetis? Responderūt ei. Non. Dicit eis. Mittite in dexterā nauigij rete: ⁊ inuenietis. Miserūt ergo: ⁊ iam non valebāt illud trahere pre multitudine pisciū. Dicit ergo discipulus ille quē diligebat ihesus petro. Dominꝰ est. Simon petrus cum audisset quia dominꝰ est. tunica succinxit se: erat enī nudus: et misit se in mare. Alij autē discipuli nauigio venerūt. Nō enim longe erant a terra: sed quasi cubitis ducentis trahentes rete pisciū. Vt ergo descenderūt in terram viderūt prunas positas: ⁊ piscem superpositū et panē. Dicit eis ihesus. Afferte de piscibus quos prendidistis nunc. Ascendit simon petrus ⁊ traxit rete in terram: plenum magnis piscibus centūquinquaginta tribus. Et cum tanti essent: nō est scissum rete. Dicit ei ihesus. Venite prandete. Et nemo audebat discūbentiū interrogare eum tu quis es: sciētes quia dn̄s est. Et venit ihesus ⁊ accepit panem ⁊ dat eis: ⁊ piscē similiter. Hoc iam tercio manifestatus est ihesus discipulis suis: cum resurrexisset a mortuis. Cum ergo prandidisset: dixit simoni petro ihesus. Simon iohānis diligis me plus hijs? Dicit ei. Etiam dn̄e tu scis: q̄a amo te. Dicit ei. Pasce agnos meos. Dicit ei iterꝫ. Simon iohannis diligis me? Ait illi. Etiā dn̄e tu scis: q̄a amo te. Dicit ei iterū. Pasce agnos meos. Dicit ei tercio. Simon iohannis amas me? Contristatꝰ est petrus quia dixit ei tercio amas me: ⁊ dicit ei. Domine tu omnia nosti: tu scis quia amo te. Dicit ei. Pasce oues meas. Amen amen dico tibi: cū esses iunior cingebas te: ⁊ ambulabas vbi volebas. Cum aūt senueris extendes manꝰ tuas: ⁊ alius te cinget: et ducet quo tu non vis. Hoc aūt dixit: significās qua morte clarificaturꝰ esset deū. Et cum hoc dixisset: dicit ei. Sequere me. Conuersus petrus vidit illū discipulū quē diligebat ihesus sequentem: qui ⁊ recubuit in cena sup pectus eius et dixit: dn̄e quis est qui tradet te. Hūc ergo cum vidisset petrus: dicit ihesu. Domine: hic aūt quid? Dicit ei ihesus. Sic eum volo manere: donec veniam. Quid ad te? Tu me sequere. Exijt ergo sermo iste inter fratres: q̄a discipl̄s ille non moritur. Et non dixit ei ihesus non moritur: sed sic eū volo manere donec veniam: quid ad te. Hic ē discipulus ille q̄ testimoniū ꝑhibet de hijs: ⁊ scripsit hec. Et scimꝰ: q̄a verꝫ ē testimoniū eiꝰ. Sunt aūt et alia mlta q̄ fecit ihesus: que si scribant̄ per singula nec ip̄m arbitror mūdū capere posse eos q̄ scribēdi sūt libros.

Hic incipit p̄mus prologus in epl̄a pauli ad Romanos

Primū queritur: quare post euangelia q̄ supplementū legis sūt. ⁊ in quibus nobis exempla ⁊ p̄cepta viuēdi plenissime digesta sunt: voluerit apostolus has epl̄as ad singulas ecclesias destinare. Hac aūt causa factū videtur: ut scilicet inicia nascentis ecclesie nouis causis existentibus preueniret: ⁊ ut p̄sentia atq; orientia resecaret vicia: ⁊ post futuras excluderet questiones: exemplo ꝓphetarū. qui post



Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0487
powered by DWork • Heidelberg University Library

editam legem moysi in qua omnia dei mandata legebantur: nichilominus tamen doctrina sua rediuiua semper ppli cōpressere peccata: ⁊ ꝓpter exemplū viuendi libros ad nostrā etiā memoriam transmiserūt. Deinde queritur: cur non amplius q̄ decem epistolas ad ecclesias scripserit. Decem sunt enī cum ea que dicitur ad hebreos: nam relique quatuor ad discipl'os specialiter sunt porrecte. Ut ostenderet nouū non discrepare a veteri testamento · et se contra legem non facere moysi: ad numerū p̄morū decalogi mandatoꝝ suas epl'as destinauit: ⁊ q̄t ille p̄ceptis a pharaone instituit liberatos: totidē epistolis a dyaboli ⁊ ydolatrie seruitute edocet acquisitos. Nam ⁊ duas tabulas lapideas · duoꝝ testamentorū figurā habuisse · viri eruditissimi tradiderūt. Epistolā sane que ad hebreos scribitur quidam pauli non esse affirmant · eo q̄ non sit eius nomine titulata · ⁊ ꝓpter sermonis stiliq; distātiā: sed ut barnabe iuxta tertullianū aut luce iuxta quosdam: uel certe clemētis discipuli apostoloꝝ et episcopi romane ecclesie post apl'os ordinati. Quibus respōdendū est: si ꝓpterea pauli nō erit quia eius non habet nomē: ergo nec alicui⁹ erit: quia nullius nomine titulatur. Quod si incōueniēs absurdumq; est: ipīus magis esse credenda est que tāto doctrine sue fulget eloquio. Sed quoniā apud hebreoꝝ ecclesias quasi destructor legis falsa suspitōne habebatur: voluit tacito nomine de figuris legis · et veritate cristi reddere rationē: ne odiū nominis · fronte p̄lati · utilitatem excluderet lectionis. Nō est sane mirū si eloquentior videatur in proprio · id est hebreo q̄ ī peregrino id est in greco: quo cetere epistole sunt scripte sermone. Mouet etiā quosdā quare romanoꝝ epistola ī primo sit posita: cum eam nō primo scriptam ratio manifestet. Nā hanc se ꝓficiscētem iherosolimam scripsisse testatur: cum corinthios et alios iam ante ut ministeriū qd̄ secū portatur⁹ erat colligerent litteris adhortat⁹ sit. Sed inde intelligi quidā volunt ita omnes epistolas ordinatas · ut prima poneret̄ quāuis posterior fuerit destinata: ut per singulas epistolas gradibus ad ꝑfectiora veniretur. Romanoꝝ nāq; pleriq; tam rudes erant · ut non intelligerent dei se gratia · ⁊ nō suis meritis esse saluatos: ⁊ ob hoc duo īter se ꝓpli ꝯflictarēt. Idcirco illos indigere asserit corrigi: vicia gentilitatis priora commemorans. Corinthijs autē iā dicit scientie gratiā esse concessam: et non tam omnes increpat: q̄ cur peccātes non increpauerūt reprehendit sicut ait. Auditur inter vos fornicatio. Et iterꝝ. Congregatis vobis cum meo spiritu: tradere huiusmodi sathane. In scd̄a vero laudātur: ⁊ ut magis ac magis proficiant cōmoneret̄. Galathe vero iam nullius criminis arguunt̄: nisi hoc tantū · q̄ callidissimis pseudo apostolis crediderūt. Ephesij sane nulla rep̄hensione sed multa laude sunt digni: quia fidē apostolicā seruauerūt. Philipenses etiā multomagis collaudantur: qui nec audire quidē falsos apl'os voluerūt. Thessalonicenses nichilomin⁹ in duabus epistolis omni laude ꝓsequitur: eo q̄ non solū fidem incussam seruauerīt veritatis: sed etiā in ꝑsecutione ciuiū fuerint constantes inuenti. Colosenses aūt tales erant: ut cum ab apl'o visi corporaliter non

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0488
powered by DWork • Heidelberg University Library

fuissent: hac laude digni haberentur. Et si corpore inquit absens sum: sed spiritu vobiscū sum gaudens. ⁊ videns ordinem vestrū. De hebreis vero quid dicendū est. quoꝝ thessalonicenses q̄ plurimū laudati sunt. imitatores facti esse dicūtur? Sicut ipse ait. Et vos fratres imitatores facti estis ecclesiarū dei. que sunt in iudea: eadē enim passi estis ⁊ vos a contribulibꝫ vestris: que et illi a iudeis. Apud ipos quoqꝫ hebreos eadem cōmemorat dicens. Nā et vinctis compassi estis: ⁊ rapinā bonoꝝ vestroꝝ cum gaudio suscepistis: cognoscentes vos habere meliorem ⁊ manentē substantiā.

Hic incipit secundus prologus in Eplā Pauli ad Romanos.

Romani sūt qui ex iudeis et gentibus crediderūt. Hij superba cōtentione volebāt se alterutrū supponere. Nā iudei dicebāt. Nos sumus ꝓplus dei. quos ab inicio dilexit ⁊ fouit: nos circūcisi ex genere abrahā. sācta descendimus ex stirpe: et notus retro apud iudeam tantū deꝰ. Nos de egipto signis dei ⁊ virtutibus liberati mare sicco pertransiuimꝰ pede: cum inimicos nr̄os grauissimi fluctus inuoluerēt. Nobis pluit manna dn̄s in deserto: ⁊ quasi filijs suis celeste pabulū ministrauit. Nos die noctuqꝫ in calumna nubis ignisqꝫ p̄cessit: ut nobis in inuio iter ostenderet. Atqꝫ ut cetera eiꝰ circa nos immensa beneficia taceamꝰ: nos soli digni fuimꝰ dei legem accipere. ⁊ vocē dei loquentis audire: eiusqꝫ cognoscere voluntatem. In qua lege nobis ꝓmissus est cristus: ad quos etiā ipse se venisse testatus est dicens. non veni nisi ad oues que perierāt domus isrl: cum vos canes potius q̄ homines appellauerit. Equum ne ergo est ut ydola hodie deserentes. quibus ab inicio deseruistis. nobis cōparemini: ⁊ non potius in ꝓselitorū locum ex legis auctoritate ⁊ consuetudine deputemini? Et hoc ipm̄ non merebamini: nisi q̄a larga semꝑ dei clementia voluit vos ad nostrā imitationē admittere. Gentes etiā econtrario respōdebāt. Quanto enī maiora erga vos dei beneficia narrauerītis: tanto maioris vos criminis reos esse monstrabitis. Semꝑ enim hijs omnibus extitistis ingrati. Nam ipis pedibus quibus aridum mare transistis. ludebatis āte ydola q̄ fecistis: et ipo ore quo paulo āte ob necem aduersarioꝝ dn̄o cātaueratis: simulacra vobis fieri poposcistis: illis oculis quibus venerando deū ī nube uel igne conspicere solebatis: simulacra intuebamini. Māna quoqꝫ vobis fastidio fuit: et semꝑ in deserto cōtra dn̄m murmurastis: ad egiptū unde vos manu valida eiecerat redire cupientes. Quid plura? Ita patres vestri crebra ꝓuocatione dn̄m irritauerunt. ut om̄es ī heremo morerent̄: nec plus ex senioribus eoꝝ q̄ duo homines terram repromissionis intrarent. Sed quid antiqua replicamꝰ: cum etiam si illa minime fecisseris. de hoc solo. nemo vos dignos venia iudicaret. q̄ dn̄m cristū ꝓphetaꝝ semꝑ vobis vocibus repromissum nō solum suscipere noluistis sed etiā morte pessima peremistis? Quem ut nos cognouimus statim credidimus: cum nobis de eo ātea nō fuerit p̄dicatū. Unde ꝓbatur: q̄ ydolis seruiuimꝰ. non obstinationi mentis. sed ignorantie deputandum. Qui enī cognitū ilico sequimur: olim

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0489
powered by DWork • Heidelberg University Library

vtiq; sequeremur si antea cognouisse-
mus. Sic autē vos de generis nobili-
tate iactatis: quasi nō morū imitatō
magis q̄ carnalis natiuitas filios
vos faciat esse sanctorū. Deniq; esau
⁊ ysmahel cū de stirpe sint abrahe: mini-
me tamen in filios reputantur. Hijs ta-
liter altercantibus apostolus se mediū
interponens: ita partiū dirimit questi-
ones ut neutrū eorū sua iusticia salutē
meruisse cōfirmet: ambos vero ꝓplos
et scienter ⁊ grauiter deliquisse: iudeos
q̄ per p̄uaricationē legis deū inhono-
rauerint: gentes vero q̄ cū cognitū de
creatura creatorem ut deū debuerīt ve-
nerari gloriā eius in manufacta mu-
tauerint simulacra: vtrosq; etiā simili-
ter veniā cōsecutos equales esse vera-
cissima ratione demonstrat: p̄sertim
cum in eadē lege p̄dictum ⁊ iudeos et
gentes ad cristi fidem vocandos esse
ostendet. Quamobrem vicissim eos
humilians: ad pacem et concordi-
am cohortatur. Hic incipit tertius
prologus in epl̄a pauli .iiv. iiv.

Romani sūt partis ytalie.
Hij p̄uenti sunt a falsis
apostolis: ⁊ sub nomine
dn̄i nostri ihesu cristi in le-
gem ⁊ ꝓphetas erant inducti. Hos re-
uocat apl̄us ad verā ⁊ euāgelicā fidē
scribēs eis a corinth. Hic incipit
epl̄a pauli ad Romanos .iiv. i.

Paulus seruus ihesu
cristi vocatus apl̄us
segregatus in euan-
geliū dei qd̄ āte pro-
miserat per ꝓphetas
suos ī scripturis san-
ctis de filio suo qui factus ē ei ex semi-
ne dauid scd̄m carnē: qui p̄destinatus
est filius dei in virtute scd̄m spiritum
sanctificationis ex resurrectione mor-
tuorū ihesu cristi dn̄i nr̄i: ꝑ quē accepi-
mus gratiā et apostulatū ad obedien-
dum fidei in omnibus gētibus pro no-
mine eius: in quibus estis ⁊ vos vocati
ihesu cristi: omnibus qui sunt rome
dilectis dei vocatis sanctis. Gratia vo-
bis ⁊ pax a deo patre ⁊ dn̄o nr̄o ihesu
cristo. Primū quidē gratias ago deo
meo per ihesū cristū pro om̄ibus vobis:
quia fides vr̄a annūciatur in vniuer-
so mūdo. Testis enim michi est deus
cui seruio in spiritu meo in euangelio
filij eius: q̄ sine intermissione memori-
am vestri facio semꝑ in orationibus
meis: obsecrans si quo modo tandē
aliquando ꝓsperū iter habeā in volū-
tate dei veniendi ad vos. Desidero enī
videre vos: ut aliquid impertiar vo-
bis gratie spiritualis ad confirmādos
vos: id est simul consolari in vobis
per eam que inuicem est fidem vestrā
atq; meam. Nolo aūt vos ignorare
fratres: q̄a sepe ꝓposui venire ad vos
et ꝓhibitus sum usq; adhuc: ut aliquē
fructū habeā in vobis sicut ⁊ in ceteris
gentibus. Grecis ac barbaris sapienti-
bus ⁊ insipientibus debitor sum: itaq;
qd̄ in me ꝓmptū ē et vobis qui rome
estis euangelizare. Nō enim erubesco
euangeliū. Virtus enī dei est in salutē
omni credenti: iudeo primū et greco.
Iusticia enim dei ī eo reuelatur ex fide
in fidem: sicut scriptū est. Iustus autem
ex fide viuit. Reuelatur enim ira dei de
celo sup omnē impietatē et iniusticiā
hominū: eorū qui veritatē dei ī iniusti-
cia detinēt: q̄a qd̄ notū ē dei manifestū
est ī illis. Deus enī illis reuelauit. In-
uisibilia enī ipsius a creatura mūdi per
ea q̄ facta sūt intellecta cōspiciuntur: sem-
piterna quoq; eius virtus et diuinitas:

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0490
powered by DWork • Heidelberg University Library

ita ut sint inexcusabiles. Quia cū cognouissēt deū non sicut deū glorificauerunt aut gr̄ias egerūt: sed euanuerūt in cogitationibꝫ suis: z obscuratū est insipiens cor eoꝝ. Dicētes enim se esse sapientes: stulti facti sunt. Et mutauerunt gloriā incorruptibilis dei in similitudinem ymaginis corruptibilis hominis: z volucrū z quadrupedū et serpentiū. Propter qđ tradidit illos deus in desiderio cordis eoꝝ in immūdiciā: ut contumelijs afficiāt corpora sua in semetipsis. Qui cōmutauerunt veritatem dei in mendaciū: z coluerūt et seruierūt creature potius q̄z creatori: qui est benedictus in secula amē. Propterea tradidit illos de⁹ in passiones ignominie. Nam femine eoꝝ immutauerūt naturalē vsum: in eum vsum qui est contra naturā. Similiter autē et masculi relicto naturali vsu femine exarserūt in desideriis suis in inuicē: masculi in masculos turpitudinē operantes: et mercedē quā oportuit erroris sui in semetipsis recipientes. Et sicut non ꝓbauerūt deū habere in notitia: tradidit illos deus in reprobū sensū: ut faciāt ea que nō cōueniūt: replet⁹ oīi iniquitate·malicia·fornicatione·auaricia·nequicia·plenos inuidia·homicidijs·contentione·dolo·malignitate·susurrones·detractores·deo odibiles: contumeliosos·superbos·elatos·inuentores malox·parentibus non obedientes: insipientes·incōpositos·sine affectione·absq; federe: sine misericordia. Qui cū iusticiam dei cognouissēt·non intellexerunt quoniam qui talia agunt digni sunt morte: non solū qui ea faciunt: sed etiā q̄ consentiūt facientibꝫ. ¶

Propter qđ inexcusabilis es o homo oīis qui iudicas. In quo enim iudicas alterū: teipm condemnas. Eadem enim agis que iudicas. Scimus enī: quoniā iudiciū dei est secm veritatem in eos qui talia agūt. Existimas aūt hoc o homo q̄ iudicas eos q̄ talia agunt et facis ea: quia tu effugies iudicium dei? An diuicias bonitatis eius z patientie et longanimitatis cōtemnis? Ignoras quoniā benignitas dei ad penitentiā te adducit? Secundū aūt duriciā tuā et impenitens cor thezaurisas tibi iram in die ire et reuelationis iusti iudicij dei: qui reddet unicuiq; secm opera eius. Ijis quidē qui secm patientiā boni operis: gloriā z honorem et incorruptionē quarentibus vitam eternā. Ijis aūt qui sunt ex contentione z qui nō acquiescūt veritati·credunt aūt iniquitati: ira·z indignatio·tribulatio·z āgustia in omnē animā hominis operantis malū: iudei ꝑmū z greci. Gloria aūt z honor et pax omni operāti bonū: iudeo primum z greco. Non enim est acceptio ꝑsonaꝝ apud deū. Quicūq; enim sine lege peccauerūt·sine lege peribūt: z quicunq; in lege peccauerūt: p legem iudicabūtur. Non enim auditores legis iusti sunt apud deū: sed factores legis iustificabūtur. Cum enim gentes que legem non habent naturaliter ea que legis sunt faciūt: eusmodi legem nō habentes ipi sibi sunt lex: q̄ ostendūt opus legis scriptū in cordibus suis: testimonium reddente illis conscientia ipsoꝝ et inter se in inuicē cogitationū accusantiū aut etiā defendentiū: i die cum iudicabit deus occulta hominū secūdū euangeliū meū p ihesum xristū. Si autē tu iudeus cognominaris et requiescis in lege·et gloriaris in deo·et nosti voluntatem eius·et probas

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0491
powered by DWork • Heidelberg University Library

utiliora instructus p legem. cōfidis te
ipm esse ducem cecorū. lumen eoꝝ qui
in tenebris sunt. eruditorē insipientiū.
magistrū infantiū. habentem formā
scientie ⁊ veritatis in lege: qui ergo ali-
um doces teipm non doces. Qui pdi-
cas nō furandū furaris: qui dicis nō
mechandū mecharis. Qui abomina-
ris ydola: sacrilegiū facis. Qui in lege
gloriaris: per pvaricationē legis deū
inhonoras. Nomē enim dei per vos
blasphematur inter gētes: sicut scriptū
est. Circūcisio quidem pdest si legem ob-
serues: si aūt pvaricator legis sis: cir-
cūcisio tua ppuciū facta est. Si igitur
ppuciū iusticias legis custodiat: nōne
ppuciū illius in circūcisionem reputa-
bitur? Et iudicabit id qd ex natura ē
prepuciū legem cōsummans te: qui
per litteram et circumcisionem preua-
ricator legis es. Nō enim qui in ma-
nifesto iudeus est neq; qui in mani-
festo in carne est circūcisio: sed qui in
abscondito iudeus est et circumcisio
cordis in spiritu nō littera: cuiꝰ laus
non ex hominibus sed ex deo est. iii

Quid ergo amplius iudeo est. aut
q̄ utilitas circūcisionis? Mul-
tum per omnē modū. Primū quidē:
q̄a credita sūt illis eloquia dei. Quid
enim si quidā illorū nō crediderunt?
Nūquid incredulitas illoꝝ fidem dei
euacuauit? Absit. Est aūt deꝰ verax:
omnis autē homo mendax sicut scri-
ptum est: ut iustificeris in sermonibus
tuis ⁊ vincas cum iudicaris. Si aūt
iniquitas nostra iusticiā dei cōmēdat:
quid dicemus? Nūquid iniquus est
deus: qui infert iram? Secūdū homi-
nem dico. Absit. Alioquin quomodo
iudicabit deus hunc mundū? Si enī
veritas dei ī meo mēdacio abundauit
in gloriā ipsius: quid adhuc et ego
tanq̄ peccator iudicor ⁊ nō sicut blas-
phemamur. et sicut aiunt quidā nos
dicere. faciamꝰ mala ut veniāt bona?
Quoꝝ damnatio iusta ē. Quid ergo?
Precellimꝰ eos? Nequaq̄. Causati e-
nim sumus iudeos et grecos omnes
sub peccato esse: sicut scriptū est. Quia
non est iustus quisq̄: non ē intelligēs:
non est requirens deū. Omēs declina-
uerūt simul inutiles facti sunt: non est
qui faciat bonum nō est usq; ad unū.
Sepulcrum patens est guttur eorum:
linguis suis dolose agebant: venenū
aspidum sub labijs eorū. Quorū os
maledictione ⁊ amaritudine plenum
est: veloces pedes eorum ad effunden-
dum sanguinē. Contritio ⁊ infelicitas
in vijs eoꝝ: et viam pacis nō cogno-
uerūt: non est timor dei ante oculos e-
orū. Scimus aūt. quoniā quecunq;
lex loquitur hijs qui in lege sūt loqui-
tur? Ut omne os obstruatur ⁊ subdi-
tus fiat omnis mundus deo: quia ex
operibꝫ legis nō iustificabit̄ omīs ca-
ro corā illo. Per legem enī cognitio pe-
cati. Nūc aūt iusticia dei sine lege ma-
nifestata est: testificata a lege ⁊ pphetis.
Iusticia autē dei per fidem ihesu cristi:
in omnes ⁊ sup omnes qui credūt in
eum. Non enim est distinctio. Omēs
enim peccauerunt: et egent gloria dei.
Iustificati gratis p gratiā ipsius p re-
dēptionē que ē in cristo ihesu: quē ppo-
suit deus ppitiatorem per fidem ī san-
guine ipsius ad ostensionē iusticie sue
propter remissionē pcedentiū delictoꝝ
in sustentatione dei ad ostensionē iu-
sticie eius in hoc tempore: ut sit ipse
iustus et iustificans eū q̄ ex fide est ihe-
su cristi. Ubi est ergo gloriatio tua? Ex-
clusa est. Per quā legē? Factoꝝ? Nō.

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0492
powered by DWork • Heidelberg University Library

Sed per legem fidei. Arbitramur enī iustificari hominē p fidem: sine operibus legis. An iudeoꝝ deus tantum? Nonne et gentiū? Imo et gentiū. Quoniā quidē unus est deus qui iustificat circumcisionē ex fide: et p̄putiū per fidem. Legem ergo destruim⁹ p fidem? Absit. Sed legem statuim⁹.

Quid ergo dicem⁹ inuenisse abraham patrē nostrū sēm carnē? Si enim abraham ex operibz iustificatus est: habet gloriā: sed non apud deum. Quid enim scriptura dicit? Credidit abraham deo: et reputatū est illi ad iusticiā. Ei aūt qui operatur: merces non imputatur sēm gratiā: sed secundū debitū. Ei vero qui nō operatur: credenti aūt in eum qui iustificat impiū reputatur fides eius ad iusticiam secundū p̄positū gratie dei: sicut et dauid dicit beatitudinē hominis cui deus accepto fert iusticiā sine operibz. Beati quoꝝ remisse sunt iniquitates: et quoꝝ tecta sunt peccata. Beat⁹ vir cui non imputabit dñs peccatū. Beatitudo ergo hec in circumcisione manet: an etiā in p̄putio? Dicim⁹ enī: ꝙa reputata est abrahe fides ad iusticiā. Quomō ergo reputata est? In circūcisione: an in p̄putio. Nō in circūcisione: sed in p̄putio. Et signū accepit circūcisionis signaculū iustitie fidei q̄ est in p̄putio: ut sit pater omniū credentiū p p̄putiū: ut reputetur et illis ad iusticiā. Et sit pater circūcisionis: non hīs tantū qui sunt ex circūcisione: sed et hīs qui sectantur vestigia fidei que est in p̄putio patris nostri abrahe. Nō enī p legem p̄missio abrahe aut semini eius ut heres esset mūdi: sed p iusticiā fidei. Si enim qui ex lege hēredes sunt: exinanita est fides: oblita est p̄missio. Lex enī iram operatur. Vbi enim non est lex: nec p̄uaricatio ideo ex fide: ut secundū gratiā firma sit p̄missio omni semini. Non enim qui ex lege est solū: sed et ei qui ex fide est abrahe qui est pater omniū nostrū: sicut scriptum est. Quia patrem multarū gentiū posui te ante deū cui credidisti: qui viuificat mortuos: et vocat ea que non sunt tanq̄ ea que sunt. Qui contra spem in spem credidit: ut fieret pater multaꝝ gentium: secundū q̄ dictū est ei. Sic erit semen tuū: sicut stelle celi et arena maris. Et non infirmatus est in fide: nec consideravit corpus suū emortuū: cum iā fere centū esset ānoꝝ: et emortuā vuluā sare. In repromissione etiā dei nō hesitauit diffidentia: sed confortatus est fide dans gloriā deo: plenissime sciēs: quia quecunq̄ p̄misit deus potēs est et facere. Ideo et reputatū est illi ad iusticiā. Non est aūt scriptū tantū p̄pter ipsum quia reputatū est illi ad iusticiam: sed et p̄pter nos quibus reputabitur credentibz in eū qui suscitavit ihesum christū dūm nr̄m a mortuis: q̄ traditus est p̄pter delicta nr̄a: et resurrexit propter iustificationem nr̄am.

Iustificati ergo ex fide pacem habeam⁹ ad deum p dūm nr̄m ihesum christum: per quē habem⁹ accessum per fidem in gratiā istam: in qua stamus et gloriamur in spe glorie filiorū dei. Nō solū aūt: sed et gloriamur i tribulationibz: scientes q̄ tribulatio patientiā operatur: patientia aūt p̄bationē: p̄batio vero spem. Spes aūt non confundit: quia caritas dei diffusa est in cordibz nostris: per spiritū sanctū qui datus ē nobis. Ut quid enim christ⁹ cū adhuc infirmi essem⁹ secūdū tem⁹ p impijs mortuus est? Vix enim pro iusto q̄s

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0493
powered by DWork • Heidelberg University Library

moritur. Nam p bono forsitan quis
audeat mori. Cōmendat aūt caritatē
suam deus in nobis: quoniam cum
adhuc peccatores essemus secundum
tempus cristus p nobis mortuus est.
Multo igitur magis nunc iustificati
in sanguine ipsius salui erim⁹ ab ira
per ipsum. Si enim cum inimici esse-
mus reconciliati sumus deo. p mor-
tem filij eius: multo magis recōcilia-
ti salui erimus in vita ipsius. Nō so-
lum aūt: sed ⁊ gloriamur in deo per
dn̄m nostrū ihesum cristū: p quē nūc
recōciliationē accepimus. Propterea
sicut p unū hominē peccatū in hunc
mūdum intrauit ⁊ per peccatū mors:
et ita ī om̄es homines mors ptrāsijt: ī
quo omnes peccauerūt. Usq; ad legē
enim peccatū erat in mūdo. Peccatū
aūt non imputabat̄ cum lex nō esset:
sed regnauit mors ab adam usq; ad
moysen. etiā in eos qui non peccaue-
runt ī similitudinē p̄uaritatōnis ade:
qui est forma futuri. Sed non sicut de-
lictū: ita ⁊ donū. Si enim uni⁹ delicto
multi mortui sunt: msto magis gra-
tia dei et donū. ī gratia uni⁹ hominis
ihesu cristi. in plures abundauit. Et
nō sicut p unū peccatū: ita et donum.
Nam iudiciū ex uno in condemnatio-
nem: gratia aūt ex multis delictis in
iustificationē. Si enim unius delicto
mors regnauit p unū: multo magis
abundantiā gratie et donationis et
iusticie accipientes in vita regnabunt
per unū ihesum cristum. Igitur sicut
per uni⁹ delictū in omnes homines ī
cōdemnationē: sic ⁊ per uni⁹ iusticiā
in omnes homines in iustificationē
vite. Sicut enim per inobedientiam
unius hominis peccatores constituti
sunt multi: ita et p uni⁹ obeditionem
iusti constituentur multi. Lex aūt sub-
intrauit: ut abundaret delictū. Ubi au-
tem abundauit delictū. supabundauit
gratia: ut sicut regnauit peccatū ī mor-
tem. ita ⁊ gratia regnet p iusticiā ī vitā
eternā: p ihesū cristū dn̄m nr̄m. vi

Quid ergo dicem⁹? Manebimus
in peccato: ut gratia abundet?
Absit. Si enim mortui sum⁹ peccato:
quomō adhuc viuem⁹ in illo? An i-
gnoratis fratres: quia quicunq; bapti-
zati sum⁹ in cristo ihesu ī morte ipsi⁹
baptizati sum⁹? Consepulti enī sum⁹
cū illo p baptismū in mortem: ut quo-
modo cristus surrexit a mortuis per
gloriā patris: ita et nos in nouitate
vite ambulem⁹. Si enim cōplantati
facti sumus similitudini mortis ei⁹:
simul et resurrectionis erim⁹. Hoc sciē-
tes: quia vetus homo noster simul cru-
cifixus ē ut destruatur corpus peccati:
ut ultra non seruiam⁹ peccato. Qui e-
nim mortuus est: iustificatus est a pec-
cato. Si aūt mortui sumus cū cristo
credim⁹ quia simul etiā viuemus cum
cristo: eo scientes q cristus resurgens
a mortuis iam non moritur: mors
illi ultra nō dn̄abitur. Quod enī mor-
tuus est peccato. mortu⁹ est semel: qd̄
autem viuit viuit deo. Ita ⁊ vos existi-
mate vos mortuos quidē esse peccato:
viuentes aūt deo in cristo ihesu. Nō
ergo regnet peccatū in vestro mortali
corpore: ut obediatis concupiscentijs
eius. Sed neq; exhibeatis membra ve-
stra arma iniquitatis peccato: sed ex-
hibete vos deo tanq̄ ex mortuis viuē-
tes: ⁊ membra vestra arma iusticie deo.
Peccatū enim vobis nō dn̄abit̄. Nō
enī sub lege estis: sed sub gratia. Quid
ergo? Peccabim⁹: quoniam non su-
mus sb̄ lege sed sub gr̄ia? Absit. An

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0494
powered by DWork • Heidelberg University Library

nescitis quoniã cui exhibetis vos ser-
uos ad obediendũ: serui estis eius cui
obedistis. siue peccati ad mortem siue
obedicionis ad iusticiã? Gratias aũt
deo q̃ fuistis serui peccati: obedistis aũt
ex corde. i eã formã doctrine ĩ q̃ traditi
estis. Liberati aũt a peccato: serui facti e-
stis iusticie. Humanũ dico: ꝓpter in-
firmitatẽ carnis vr̃e. Sicut enĩ exhibu-
istis mẽbra vr̃a seruire immũdicie ⁊ ini-
quitati ad iniquitatẽ: ita nũc exhibete
membra vestra seruire iusticie in sancti-
ficatõnem. Cum enim serui essetis pec-
cati: liberi fuistis iusticie. Quẽ ergo fru-
ctum habuistis tunc in illis: in quibꝫ
nũc erubescitis? Nã finis illoꝝ mors
est. Nunc vero liberati a peccato. serui
aũt facti deo: habetis fructũ vestrũ in
sanctificationẽ: finẽ vero vitã eternã.
Stipẽdia enĩ peccati mors: gratia aũt
dei vita eterna. i xp̃o ihesu dn̄o nr̃o. vij

An ignoratis fratres scientibꝫ enĩ
legem loquor: quia lex in hom-
ine dn̄atur quãto tẽpore viuit? Nã q̃
sub viro est mulier: viuente viro alli-
gata est legi. Si aũt mortuꝰ fuerit vir
eius: soluta est a lege viri. Igitur viuẽ-
te viro vocabitur adultera si fuerit cũ
alio viro: si aũt mortuus fuerit vir e-
ius. liberata est a lege viri: ut non sit
adultera si fuerit cum alio viro. Itaq̃
fratres mei ⁊ vos mortificati estis legi
per corpus cristi: ut sitis alteriꝰ qui ex
mortuis resurrexit: ut fructificetis deo.
Cum enim essemꝰ in carne. passiones
peccatoꝝ que per legem erãt operabã-
tur in membris nostris: ut fructificarẽt
morti. Nũc aũt soluti sumꝰ a lege mor-
tis. in qua detinebamur: ita ut seruia-
mus in nouitate spiritꝰ ⁊ non in vetu-
state littere. Quid ergo dicemus? Lex
peccatũ est? Absit. Sed peccatum nõ
cognoui: nisi ꝑ legem. Nã ꝯcupiscen-
tiã nesciebam: nisi lex diceret. Nõ con-
cupisces. Occasione aũt accepta. pecca-
tum per mandatũ operatũ est in me
omnẽ concupiscentiã. Sine lege enim
peccatũ mortuũ erat. Ego aũt viuebã
sine lege aliquãdo. Sed cum venisset
mandatũ: peccatũ reuixit. Ego autem
mortuꝰ sum: ⁊ inuentũ est michi man-
datũ qd̃ erat ad vitã: hoc est ad mortẽ.
Nã peccatũ occasione accepta ꝑ man-
datũ seduxit me: ⁊ ꝑ illud occidit. Ita
q̃ lex quidẽ sancta: ⁊ mandatũ sãctũ
et iustũ et bonũ. Quod ergo bonũ est
michi factũ est mors? Absit. Sed pec-
catũ ut appareat peccatũ ꝑ bonũ ope-
ratũ est michi mortem: ut fiat supra
modũ peccans peccatũ per mandatũ.
Scimꝰ enim: q̃a lex spiritualis ẽ. Ego
aũt carnalis sum: venũdatus sub pec-
cato. Quod enim operor nõ intelligo.
Nõ enim qd̃ volo bonũ hoc ago: sed
quod odio malũ illud facio. Si autẽ
quod nolo illud facio: consentio legi
quoniã bona est. Nũc aũt iã nõ ego
operor illud sed qd̃ habitat in me pec-
catũ. Scio enim: quia nõ habitat in
me hoc est in carne mea bonũ. Nam
velle adiacet michi: ꝑficere aũt bonũ
non inuenio. Non enim qd̃ volo bo-
num hoc facio: sed qd̃ nolo malũ hoc
ago. Si autem qd̃ nolo facio illud:
iam non ego operor illud: sed qd̃ ha-
bitat in me peccatũ. Inuenio igit̃ legẽ
volenti michi facere bonũ: quoniam
michi malũ adiacet. Condelector enĩ
legi dei scd̃m interiorẽ hominẽ. Video
aũt aliã legẽ ĩ mẽbris meis. repugnã-
tem legi mẽtis mee: ⁊ captiuãtẽ me in
lege peccati q̃ est ĩ mẽbris meis. Infelix
ego homo: q̃s me liberabit de corpore
mortis huiꝰ? Gratia dei: per ihesũ xp̃m

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0495
powered by DWork • Heidelberg University Library

dñm nr̄m. ℣ gr̄ gr̄ ipe mēte seruio legi dei: carne autem legi peccati. VIII

Nichil ergo nunc damnatōnis est hijs qui sunt in xpisto iesu: qui non scdm carnē ambulāt. Lex enī spiritus vite in xpisto iesu: liberauit me a lege peccati et mortis. ℣ Nam qđ impossibile erat legi in quo infirmabat p carnē: deus filiū suū mittens in similitudinē carnis peccati: et de peccato damnauit peccatū in carne: ut iustificatio legis implerētur in nobis: qui non scdm carnē ambulam⁹: sed scdm spīritū. Qui enī scdm carnē sūt: q̄ carnis sūt sapiūt: q̄ vero scdm spīritū sūt: q̄ sunt spiritus sentiūt. ℣ Nā prudentia carnis mors est: prudentia aūt spiritus vita ⁊ pax. Quoniā sapientia carnis inimica est deo. Legi enim dei nō est subiecta: nec enī potest. Qui aūt in carne sunt: deo placere non possunt. Vos autē in carne nō estis sed ī spiritu: si tamē spiritus dei habitat ī vobis. Si quis aūt spīritū xpisti non habet: hic nō est ei⁹. Si aūt xpistus ī vobis ē: corpus quidē mortuū est ꝓpter peccatū: spiritus vero vivit ꝓpter iustificationē. Qđ si spiritus ei⁹ qui suscitauit iesum a mortuis habitat in vobis: q̄ suscitauit iesum xpistū a mortuis vivificabit et mortalia corpora vestra: ꝓpter inhabitantē spīritū ei⁹ in vobis. Ergo fratres debitores sum⁹: nō carni ut secundū carnē viuam⁹. Si enim scdm carnē vixeritis: moriemini: si aūt spiritu facta carnis mortificaueritis: viuetis. Quicūq; enim spiritu dei aguntur: hi sunt filij dei. ℣ Nō enī accepistis spīritū seruitutis iterū in timore: sed accepistis spīritū adoptionis filioꝝ dei: in quo clamam⁹ abba pater. Ipe enim spiritus testimoniū reddit spīritui nr̄o: q̄ sum⁹ filij dei. Si aūt filij ⁊ hēredes: hēredes quidē dei: coheredes aūt xpisti: si tamē compatimur ut et conglorificemur. Existimo enī: q̄ nō sunt cōdigne passiones huj⁹ temporis ad futurā gloriā: q̄ revelabit in nobis. ℣ Nā expectatio creature revelationē filioꝝ dei expectat. Vanitati enim creatura subiecta est nō volens: sed ꝓpter eū qui subiecit eam in spe: quia ⁊ ipa creatura liberabit a seruitute corruptionis in libertatē glorie filioꝝ dei. Scimus enim: q̄ omnis creatura ingemiscit et parturit usq; adhuc: nō solū aūt illa: sed et nosipi primitias spīritus habentes: ⁊ ipi intra nos gemim⁹ adoptionem filioꝝ dei: expectantes redemptionē corporis nostri. Spe enim salui facti sum⁹. Spes aūt que videtur nō est spes. ℣ Nā qđ videt quis qđ sperat? Si aūt quod nō videm⁹ speram⁹: p patientiā expectam⁹. Similiter aūt et spiritus adiuuat infirmitatē nostrā. Nā qđ oremus sicut oportet nescim⁹: sed ipe spiritus postulat p nobis gemitibs inenarrabilibs. Qui aūt scrutatur corda: scit quid desideret spiritus: q̄a scdm deū postulat p sanctis. Scim⁹ aūt quoniā diligentibs deū: omnia cooperantur in bonū: his q̄ scdm ꝓpositū vocati sunt sancti. ℣ Nā quos pscivit et prdestinauit cōformes fieri ymaginis filij sui: ut sit ipe primogenit⁹ ī multis fratribs. Quos aūt prdestinauit hos ⁊ vocauit: et qs vocauit hos ⁊ iustificauit. Quos autem iustificauit: illos et glorificauit. Quid ergo dicem⁹ ad hec? Si deus p nobis: quis contra nos? Qui etiā proprio filio nō ppercit: sed p nobis oīb⁹ tradidit illū. Quomō nō etiā cū illo omnia nobis donauit? Quis accusabit adūsus electos dei? Deus q̄ iustificat.

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0496
powered by DWork • Heidelberg University Library

Quis est qui cōdemnet? Xp̄us ihesus
qui mortuus est ymmo qui et resurre-
xit: qui est ad dexterā dei: qui etiā inter-
pellat ꝓ nobis. Quis ergo nos sepa-
rabit a caritate cristi? Tribulatio an
angustia an fames an nuditas an
periculū: an ꝑsecutio an gladius? Si-
cut scriptū est. Quia ꝓpter te mortifica-
mur tota die: estimati sum⁹ sicut oues
occisionis. Sed in hijs omnibus su-
peram⁹: propter eum qui dilexit nos.
Certus sum enim: quia neq; mors
neq; vita neq; angeli neq; principat⁹
neq; virtutes neq; instantia neq; futu-
ra neq; fortitudo neq; altitudo neq;
profundū neq; creatura alia poterit
nos separare a caritate dei: que est in
cristo ihesu domino nostro. ℟

Veritatem dico in cristo ihesu. nō
mentior. testimoniū michi ꝑhi-
bente cōscientia mea in spiritu sancto:
quoniā tristicia michi est magna: et
cōtinuus dolor cordi meo. Optabā
enī ego ipe anathema esse a cristo pro
fratribꝫ meis qui sunt cognati mei se-
cundū carnē qui sunt israhelite: quoꝝ
adoptio est filiorū ⁊ gloria et testamē-
tum ⁊ legislatio ⁊ obsequiū et ꝓmissa:
quoꝝ patres ex quibꝫ cristus secūdum
carnē. qui est sup omnia de⁹ benedict⁹
in secula amē. Nō aūt q̄ exciderit ver-
bum dei. Non enim om̄es qui israhel
hij sunt israhelite. neq; qui semē sunt
abrahe om̄es filij. Sed in ysaac vo-
cabitur tibi semen: id est non qui filij
carnis hij filij dei: sed qui filij sunt pro-
missionis. estimant̄ in semine. Pro-
missionis enim verbū hoc est. Scd̄m
hoc temp⁹ veniā: ⁊ erit sare filij⁹. Non
solū aūt illa: sed ⁊ rebecca ex uno con-
cubitu habēs ysaac patris nostri. Cū
enim nōdū nati fuissent aut aliquid
boni egissent aut mali: ut secūdū ele-
ctionē ꝓpositū dei maneret. nō ex ope-
ribus sed ex vocante dictū est ei: quia
maior seruiet minori sicut scriptū est.
Iacob dilexi: esau autem odio habui.
Quid ergo dicem⁹? Nūquid iniq̄tas
apud deū? Absit. Moysi enim dicit.
Miserebor cui misertus sum: ⁊ miseri-
cordiā p̄stabo cui miserebor. Igitur
non volentis neq; currentis sed mise-
rentis est dei. Dicit enim scriptura pha-
raoni. Quia ī hoc ipm̄ excitaui te ut o-
stendā in te virtutem meā: ⁊ ut annū-
cietur nomē tuū in uniuersa terra. Er-
go cui vult miseretur: ⁊ quē vult indu-
rat. Dicis itaq; michi. Quid adhuc
queritur? Volūtati eius quis resistit?
O homo: tu quis es. qui respōdeas
deo? Nūquid dicit figmentū ei qui se
finxit: q̄d me fecisti sic? An nō habet
potestatem figulus luti ex eadē massa
facere aliud quidē vas ī honorē: aliud
vero in cōtumeliā? Qd̄ si deus volens
ostendere iram. ⁊ notā facere potentiā
suā sustinuit in multa patientia vasa
ire apta in interitū: ut ostenderet diui-
tias glorie sue in vasa misericordie q̄
p̄parauit in gloriā? Quos ⁊ vocauit
nos: nō solū ex iudeis sed etiā ex gen-
tibꝫ: sicut in osee dicit. Vocabo non
plebem meā. plebē meā: ⁊ non dilectā
dilectā. ⁊ nō misericordiā cōsecutā mi-
sericordiā cōsecutā. Et erit: in loco vbi
dictū est eis nō plebs mea vos: ibi vo-
cabūtur filij dei viui. Ysaias autem
clamat ꝓ israhel. Si fuerit numerus
filioꝝ israhel tanq̄ arena maris: reli-
quie salue fient. Verbū enī cōsūmans
et abbreuiās in equitate: q̄a verbū bre-
uiatū faciet dn̄s sup terrā. Et sicut p̄di-
xit ysaias nisi domin⁹ sabaoth reliquis-
set nobis semen sicut zodoma et facti

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0497
powered by DWork • Heidelberg University Library

essem⁹: ⁊ sicut gomorra similes fuisse-
mus. Quid ergo dicem⁹? Qd̄ gentes
que nō sectabant̄ iusticiā app̄hēderūt
iusticiā: iusticiā aūt q̄ ex fide ē. Israhel
vero sectando legē iusticie: in legē iusti-
cie nō ꝑuenit. Quare: q̄a nō ex fide: sed
q̄si ex operibꝫ. Offenderūt enī ī lapidē
offensionis: sicut scriptū ē. Ecce pono
ī syon lapidē offensionis ⁊ petrā scādali:
et om̄is q̄ credit ī eū nō ꝯfundet̄. x

Fratres: volūtas quidem cordis
mei et obsecratio ad deū fit pro
illis in salutem. Testimoniū enim ꝑhi-
beo illis q̄ emulationē quidē dei ha-
bent: sed nō scd̄m scientiā. Ignorātes
enī iusticiā dei. ⁊ suā querētes statuere:
iusticie dei nō sunt subiecti. Finis enī
legis cristus: ad iusticiā om̄i credenti.
Moyses enim scripsit: quoniā iustici-
am que ex lege est qui fecerit homo: vi-
uet in ea. Que aūt ex fide ē iusticia sic
dicit. Ne dixeris in corde tuo. q̄s ascē-
det in celū. id est cristū deducere: aut q̄s
descendet in abyssum. hoc est cristū a
mortuis reuocare. Sed quid dicit scri-
ptura? Prope est verbū in ore tuo et
in corde tuo. Hoc est verbū fidei quod
p̄dicam⁹: quia si confitearis ī ore tuo
dn̄m ihesum: ⁊ in corde tuo credideris.
q̄ deus illū suscitauit a mortuis: sal-
uus eris. Corde enim credit̄ ad iustici-
am: ore aūt cōfessio fit ad salutē. Di-
cit enī scriptura. Omnis qui credit in
illū non cōfundetur. Nō enī est distin-
ctio iudei ⁊ greci. Nā idē dn̄s omniū:
diues ī om̄es qui inuocāt illū. Om̄is
enī quicunq; inuocauerit nomē dn̄i:
saluus erit. Quomō ergo inuocabūt
in quē nō crediderūt? Aut quomō cre-
dent ei: quē nō audierūt? Quomō au-
tem audient: sine p̄dicante? Quomō
vero p̄dicabūt: nisi mittantur? Sicut
scriptū est. Quā speciosi pedes euāgeli-
zantiū pacem: euangelizantiū bona.
Sed non omnes obediūt euangelio.
Ysaias enī dicit. Dn̄e: quis credidit
auditui nr̄o? Ergo vides ex auditu:
auditus aūt ꝑ verbū cristi. Sed dico.
Nūquid nō audierūt? Et quidē in o-
mnē terrā exiuit sonus eoꝝ: et in fines
orbis terre verba eoꝝ. Sed dico. Nun-
quid israhel non cognouit? Primus
moyses dicit. Ego ad emulationem
vos adducā nō in gentem in gentem
insipiētem: in irā vos mittā. Ysaias
aūt audet et dicit. Inuent⁹ sum a nō
querentibꝫ me: palā apparui hijs qui
me nō interrogabāt. Ad isrl̄ aūt dicit.
Tota die expādi man⁹ meas ad ꝑpl̄m
nō credentē: sed ꝯtradicētē michi. xi

Dico ergo. Nunq̄d de⁹ repulit po-
pulū suū? Absit. Nam et ego
israhelita sum ex semine abraham de
tribu beniamin. Non repulit de⁹ ple-
bem suā quā p̄sciuit. An nescitis in
helya quid dicit scriptura: quēadmo-
dum interpellat deū aduersū israhel?
Dn̄e ꝓphetas tuos occiderūt: altaria
tua suffoderūt. ⁊ ego relictus sum sol⁹:
et querūt animā meā. Sed quid dicit
illi diuinū respōsum? Reliqui michi
septē milia viroꝝ: qui nō curuauerūt
genua ante baal. Sic ergo et in hoc
tēpore: reliquie scd̄m electionē gratie
salue facte sunt. Si aūt gratia: iā nō
ex operibꝫ. Alioquin gratia iā nō est
gratia. Quid ergo? Qd̄ querebat isra-
hel hoc non est cōsecut⁹: electio autem
cōsecuta est: ceteri vero excecati sūt sicut
scriptū ē. Dedit illis deus spiritū com-
punctionis: oculos ut nō videāt ⁊ au-
res ut nō audiāt: usq; ī hodiernū diē.
Et dauid dicit. Fiat mensa eoꝝ corā
ipsis ī laqueū: ⁊ in captionē et ī scādalū

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0498
powered by DWork • Heidelberg University Library

et in retributionē illis. Obscurentur oculi eorꝫ ne videāt: ⁊ dorsū eorꝫ semꝑ incurua. Dico ergo. Nūqd sic offenderūt ut caderent? Absit. Sed illorū delicto salus gentibus: ut illos emulentur. Qd si delictum eorū diuitie sunt mūdi ⁊ diminutio eorꝫ diuitie gentiū: quātomagis plenitudo eorꝫ? Vobis enī dico gentibꝫ. Quādiu quidē ego sum gentiū apl̄us ministeriū meū honorificabo: si quo modo ad emulandum ꝓuocem carnē meā: ⁊ saluos faciam aliquos ex illis. Si enī amissio eorꝫ reconciliatio ē mūdi: q̄ assumptio nisi vita ex mortuis? Qd si delibatio sancta est: ⁊ massa. Et si radix sancta: et rami. Qd si aliqui ex ramis fracti sunt: tu aūt cū oleaster esses insertꝰ es in illis: ⁊ socius radicis ⁊ pinguedinis oliue factus es: noli gloriari aduersus ramos. Qd si gloriaris: non tu radicem portas: sed radix te. Dicis ergo. Fracti sunt rami: ut ego inserar. Bene. Propter incredulitatem fracti sūt. Tu aūt fide stas. Noli altū sapere sed time. Si enim deꝰ naturalibꝫ ramis nō pepercit: ne forte nec tibi parcat. Vide ergo bonitatem ⁊ seueritatē dei. In eos quidē qui ceciderūt seueritatem: in te aūt bonitatem dei: si ꝑmanseris ī bonitate. Alioquin ⁊ tu exciderīs. Sed ⁊ illi si nō ꝑmāserint ī incredulitate inserentur. Potens est enim deꝰ iterꝫ inserere illos. Nā ⁊ si tu ex naturali excisus es oleastro ⁊ contra naturā insertꝰ es in bonā oliuā: quātomagis hij qui secundū naturā inserentur sue oliue? Nolo enī vos ignorare fr̄es misteriū hoc: ut nō sitis vobisip̄is sapientes: quia cecitas ex parte contingit in isrl̄ donec plenitudo gentiū intraret: ⁊ sic om̄is israhel saluus fieret sicut scriptū est. Veniet ex syon: qui eripiat et auertat impietatem ab iacob. Et hoc illis a me testamentū: cū abstulero peccata eorꝫ. Secundū euangeliū quidē inimici ꝓpter vos: secundū electionē aūt carissimi ꝓpter patres. Sine penitentia enim sunt dona ⁊ vocatio dei. Sicut enim aliquādo et vos nō credidistis deo nūc aūt misericordiā ꝯsecuti estis propter incredulitatē illorū: ita et isti nūc nō crediderūt ī vestrā misericordiā: ut ⁊ ip̄i misericordiā cōsequātur. Conclusit enim deꝰ om̄ia in incredulitate: ut omniū misereatur. O altitudo diuitiarꝫ sapientie ⁊ scientie dei: quā incōprehensibilia sunt iudicia eius: et inuestigabiles vie eiꝰ. Quis enī cognouit sensum dn̄i: aut quis cōsiliarius eius fuit? Aut quis prior dedit illi: et retribuetur ei? Quoniam ex ip̄o et per ipsum et in ipso sunt omnia: ip̄i gloria in secula seculorum amen. xij

Obsecro itaqꝫ vos fratres per misericordiā dei: ut exhibeatis corpora vestra hostiā viuentem sanctā deo placentem: rationabile obsequiū vr̄m. Et nolite conformari huic seculo: sed reformamini in nouitate sensus vr̄i: ut ꝓbetis que sit volūtas dei bona ⁊ bene placens ⁊ ꝑfecta. Dico enim per gratiā que data est michi om̄ibus q̄ sunt inter vos: nō plus sapere q̄ꝫ oportet sapere sed sapere ad sobrietatem: ⁊ vnicuiqꝫ sicut deꝰ diuisit mensurā fidei. Sicut enī in vno corpore multa membra habemꝰ: omnia aūt membra nō eundem actū habent: ita multi vnū corpus sumꝰ in cristo: singuli aūt alter alteriꝰ mēbra: habentes donationes scd̄m gratiā que data est nobis differentes. Siue ꝓphetiam: scd̄m rationē fidei. Siue ministeriū: ī ministrādo.

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0499
powered by DWork • Heidelberg University Library

Sive qui docet: in doctrina. Qui exhortatur in exhortando. Qui tribuit: in simplicitate. Qui præest: in sollicitudine. Qui miseretur: in hilaritate. Dilectio sine simulatione. Odientes malum: adhærentes bono. Caritatem fraternitatis invicem diligentes: honore invicem prævenientes. Sollicitudine non pigri: spiritu ferventes: domino servientes. Spe gaudentes: in tribulatione patientes: orationi instantes. Necessitatibus sanctorum communicantes: hospitalitatem sectantes. Benedicite persequentibus vos. Benedicite: et nolite maledicere. Gaudere cum gaudentibus: flere cum flentibus. Idipsum invicem sentientes. Non alta sapientes: sed humilibus consentientes. Nolite esse prudentes apud vosmetipsos. Nulli malum pro malo reddentes: providentes bona non tantum coram deo: sed etiam coram omnibus hominibus. Si fieri potest quod ex vobis est: cum omnibus hominibus pacem habentes. Non vosmetipsos defendentes carissimi: sed date locum iræ. Scriptum est enim. Mihi vindicta: et ego retribuam dicit dominus. Sed si esurierit inimicus tuus ciba illum: si sitit: potum da illi. Hoc enim faciens: carbones ignis congeres super caput eius. Noli vinci a malo: sed vince in bono malum.

Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit. Non est enim potestas nisi a deo. Quæ autem sunt a deo: ordinata sunt. Itaque qui resistit potestati: dei ordinationi resistit. Qui autem resistunt: ipsi sibi damnationem acquirunt. Nam principes non sunt timori boni operis sed mali. Vis autem non timere potestatem? Bonum fac: et habebis laudem ex illa. Dei enim minister est: tibi in bonum. Si autem malum feceris: time. Non enim sine causa gladium portat. Dei enim minister est: vindex in iram ei qui malum agit. Ideoque necessitate subditi estote: non solum propter iram: sed etiam propter conscientiam. Ideo enim et tributa præstatis. Ministri enim dei sunt: in hoc ipsum servientes. Reddite ergo omnibus debita. Cui tributum tributum: cui vectigal vectigal: cui timorem timorem: cui honorem honorem. Nemini quicquam debeatis: nisi ut invicem diligatis. Qui enim diligit proximum: legem adimplevit. Nam non adulterabis. non occides. non furaberis. non falsum testimonium dices. non concupisces: et si quod est aliud mandatum in hoc verbo instauratur: diliges proximum tuum sicut teipsum. Dilectio proximi malum non operatur. Plenitudo ergo legis est dilectio. Et hoc scientes tempus: quia hora est iam nos de somno surgere. Nunc enim propior est nostra salus: quam cum credidimus. Nox præcessit: dies autem appropinquavit. Abiciamus ergo opera tenebrarum: et induamur arma lucis: sicut in die honeste ambulemus. Non in comessationibus et ebrietatibus. non in cubilibus et impudicitiis. non in contentione et æmulatione: sed induimini dominum iesum christum: et carnis curam ne feceritis in desideriis.

Infirmum autem in fide assumite: non in dissceptationibus cogitationum. Alius enim credit manducare se omnia. Qui autem infirmus est: olus manducet. Is qui manducat. non manducantem non spernat: et qui non manducat: manducantem non iudicet. Deus enim illum assumpsit. Tu quis es qui iudicas alienum servum? Domino suo stat aut cadit. Stabit autem. Potens est enim deus statuere illum. Nam alius iudicat diem inter diem: alius autem iudicat omnem diem. Unusquisque in suo sensu abundet. Qui sapit diem. domino sapit:

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0500
powered by DWork • Heidelberg University Library

et qui mãducat·dño mãducat. Gratias enim agit deo. Et qui nõ mãducat·dño nõ mãducat: ⁊ gratias agit deo. Nemo enim nr̃m sibi viuit: ⁊ nemo sibi moritur. Siue enim viuim⁹·dño viuim⁹: siue morimur·dño morim̃. Siue ergo viuim⁹ siue morim̃: dñi sumus. In hoc enim xp̃us mortuus est ⁊ resurrexit: ut ⁊ viuoꝝ ⁊ mortuoꝝ dñetur. Tu aũt quid iudicas fratrem tuũ: aut tu q̃re spernis fratrẽ tuũ? Om̃es enim stabimus ante tribunal dei. Scriptũ est enim. Viuo ego dicit dñs: quoniã michi flectetur omne genu: ⁊ omnis lingua cõfitebit̃ deo. Itaq; vnusquisq; nostrũ ꝓ se rationẽ reddet deo. Nõ ergo ampli⁹ inuicem iudicem⁹. Sed hoc iudicate magis: ne ponatis offendiculũ fratri uel scãdalũ. Scio ⁊ cõfido in dño ihesu: q̃a nichil ꝯmune ꝑ ip̃m·nisi ei qui existimat q̃d cõmune esse: illi cõmune est. Si enim propter cibũ frater tuus contristatur: iam nõ scd̃m caritatẽ ambulas. Noli cibo tuo illũ ꝑdere: ꝓ quo xp̃s mortuus est. Nõ ergo blasphemetur bonũ nostrũ. Nõ est enĩ regnũ dei esca et potus: sed iusticia ⁊ pax ⁊ gaudiũ ĩ spiritu sancto. Qui enim in hoc seruit xp̃o placet deo: ⁊ ꝓbatus est hominibus. Itaq; que pacis sunt sectemur: et que edificatõnis sunt in inuicem custodiamus. Noli ꝓpter escam destruere op⁹ dei. Om̃ia quidẽ sunt mũda: sed malũ est homini qui ꝑ offendiculũ manducat. Bonũ ẽ nõ mãducare carnẽ ⁊ nõ bibere vinũ: neq; ĩ quo frater tu⁹ offendit aut scãdalizat̃ aut infirmat̃. Tu quidẽ habes penes temetip̃m: habe corã deo. Beat⁹ q̃ nõ iudicat semetip̃m ĩ eo q̃ ꝓbat. Qui aũt discernit: si mãducauerit dãnat⁹ ẽ: q̃a nõ ex fide. Omne aũt q̃d nõ est ex fide peccatũ est. xv

Debem⁹ aũt nos firmiores inbecillitates infirmoꝝ sustinere: et non nobis placere. Vnusquisq; vr̃m proximo suo placeat in bonũ: ad edificationẽ. Etenim xp̃us nõ sibi placuit: sed sicut scriptũ est: improperia improperãtiũ tibi ceciderũt sup̃ me. Quecunq; enim scripta sunt ad nostrã doctrinã scripta sunt: ut ꝑ patientiã ⁊ cõsolationẽ scripturaꝝ spem habeamus. Deus aũt patientie ⁊ solatij det vobis idip̃m sapere in alterutrũ scd̃m ihesũ xp̃m: ut vnanimes vno ore honorificetis deum et patrem domini nostri ihesu xp̃i. Propter quod suscipite inuicem sicut et xp̃us suscepit vos in honorem dei. Dico enĩ xp̃m ihesum ministrũ fuisse circũcisionis ꝓpter veritatem dei ad cõfirmandas ꝓmissiones patrũ: gentes aũt super misericordia honorare deũ: sicut scriptum est. Propterea cõfitebor tibi in gentibus dñe: et nomini tuo cantabo. Et iterum dicit. Letamini gẽtes cũ plebe ei⁹. Et iterꝝ. Laudate omnes gentes dñm: et magnificate eũ om̃es ꝓpli. Et rursus ysaias ait. Erit radix iesse: et qui exsurget regere gẽtes·ĩ eum gẽtes sperabũt. De⁹ aũt spei repleat vos omni gaudio et pace in credendo: ut abũdetis in spe ⁊ virtute spirit⁹ sancti. Certus sũ aũt fratres mei ⁊ ego ip̃e de vobis: quoniã et ip̃i pleni estis dilectione·repleti omni scientia: ita ut possitis alterutrũ monere. Audaci⁹ aũt scripsi vobis fratres ex parte·tanq̃ in memoriã vos reducens: propter gratiã que data est michi a deo ut sim minister xp̃i ihesu in gentibus sanctificãs euangeliũ dei: ut fiat oblatio gentiũ accepta et sanctificata in spiritu sancto. Habeo igitur



Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0501
powered by DWork • Heidelberg University Library

gloriā in xp̄o ihesu ad deū. Nō enim
audeo aliquid loqui eoꝝ que ꝑ me nō
efficit xp̄us ī obedientiā gentiū: verbo
et factis in virtute signoꝝ et ꝓdigioꝝ
in virtute spiritus sancti: ita ut ab ihe-
rusalē ꝑ circuitū usq; ad illiricū reple-
uerim euāgeliū xp̄i. Sic aūt p̄dicaui
euangeliū hoc. non vbi nominatus
est xp̄us ne super alienū fundamen-
tum edificarē: sed sicut scriptū ē quibꝫ
nō ē annūciatū de eo videbūt: ⁊ q̄ non
audierūt de eo intelligent. ꝓpter quod
et impediebar plurimū venire ad vos.
Nūc vero vlteriꝰ locū non habens in
hijs regionibus: cupiditatem aūt ha-
bens veniendi ad vos ex multis iam
p̄cedentibus ānis: cū in hyspaniā ꝓfi-
cisci cepero. spero q̄ p̄teriens iudeam
vos. ⁊ a vobis deducar illuc. si vobis
p̄mū ex parte fruitꝰ fuero. Nūc igitur
proficiscar ī iherusalē ministrare san-
ctis. Probauerūt enim macedonia et
achaia collationē aliquā facere ī pau-
peres sanctoꝝ q̄ sunt in iherusalē. Pla-
cuit enī eis: et debitores sunt eoꝝ. Nā
si spiritualiū eoꝝ participes facti sunt
gentiles: debent et in carnalibꝫ mini-
strare eis. Hoc igit̄ cū cōsūmauero et
assignauero eis fructū hunc: per vos
proficiscar in hyspaniā. Scio autem:
q̄m veniēs ad vos ī abūdantia bene-
dictōnis xp̄i veniā. Obsecro ergo vos
fr̄es ꝑ dn̄m nr̄m ihesū xp̄m ⁊ ꝑ carita-
tem sācti spiritꝰ ut adiuuetis me ī ora-
tōnibꝫ ad deū. ut liberer ab infidelibꝫ
q̄ sunt ī iudea: ⁊ obsequij mei oblatio
accepta fiat in ihrl̄m sāctis: ut veniā
ad vos ī gaudio ꝑ volūtatē dei ut re-
frigerer vobiscū. Deꝰ autem pacis sit
cum omnibus vobis amen. xvi

Commēdo aūt vobis phebē soro-
rē nr̄am q̄ ē ī ministerio ecclesie
que ē cenchris ut eā suscipiatis ī dn̄o
digne sāctis: et assistatis ei ī q̄cūq; ne-
gocio vr̄i indiguerit. Etenī ipa q̄; assti-
tit multis: michi ip̄i. Salutate priscā
⁊ aquilā adiutores meos ī xp̄o ihesu:
q̄ ꝓ aīa mea suas ceruices supposuerūt:
quibꝫ nō solꝰ ego gr̄tias ago sed et cū-
cte ecclesie gētiū: ⁊ domesticā ecclesiā eoꝝ.
Salutate ephenetū dilectū michi: q̄ est
p̄mitiuꝰ asye ī xp̄o ihesu. Salutate ma-
riā q̄ mlt̄ū laborauit ī vobis. Saluta-
te andronicū ⁊ iuliam cognatos ⁊ cō-
captiuos meos q̄ sūt nobiles ī aplis:
q̄ et āte me fuerūt ī xp̄o. Salutate āpli-
atū dilectissimū michi ī dn̄o. Saluta-
te vrbanū adiutorē nr̄m ī xp̄o ihesu: et
stachin dilectum meū. Salutate appel-
len ꝓbum in cristo. Salutate eos qui
sūt ex aristoboli domo. Salutate hero-
dionē cognatū meū. Salutate eos q̄
sūt ex narcisci domo: q̄ sūt ī dn̄o. Sa-
lutate triphenā ⁊ triphosā: q̄ laborāt
ī dn̄o. Salutate ꝑsidam carissimā: q̄
mlt̄ū laborauit ī dn̄o. Salutate rufū
electū ī dn̄o: ⁊ matrē eiꝰ ⁊ meā. Saluta-
te asincretū flegontā hermen patrobam
herman: ⁊ q̄ cū eis sunt fr̄es. Salutate
philologū ⁊ iuliam nereū et sororē eiꝰ
⁊ olimpiadem: ⁊ om̄es q̄ cū eis sūt san-
ctos. Salutate inuicē ī osculo sancto.
Salutāt vos om̄es ecclesie xp̄i. Rogo
aūt vos fr̄es ut obseruetis eos q̄ dissēsio-
nes ⁊ offendicl̄a p̄ter doctrinā quā vos
didicistis faciunt: ⁊ declinate ab illis.
Huiusmodi enī xp̄o dn̄o nr̄o nō seruī-
unt sed suo vētri: ⁊ ꝑ dulces sermones ⁊
benedictōnes seducūt corda innocētiū.
Vr̄a enī obediētia in om̄i loco diuul-
gata ē. Gaudeo igit̄ ī vobis: sed volo
vos sapiētes esse ī bono: et simplices
in malo. Deꝰ aūt pacis cōterat satha-
nan sub pedibꝫ vr̄is velociter. Gratia

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0502
powered by DWork • Heidelberg University Library

dñi nostri ihesu xpi vobiscū. Salutat vos thimothe⁹ adiutor me⁹: z lucius et iason z sosipater cognati mei. Saluto vos ego tercius: q̄ scripsi epistolam in dño. Salutat vos gaius hospes meus: z vniuerse ecclie. Salutat vos erast⁹ archari⁹ ciuitatis: et quartus frater. Gratia dñi nostri ihesu xpi cū oñibz vobis amen. Ei aūt qui potens est nos ꝺfirmare iuxta euāgeliū meū z p̄dicationē ihesu xpi: scōm reuelationē misterij temporibz eternis tacti qō nūc patefactū est per scripturas prophetarū scōm p̄ceptū eterni dei ad obeditionē fidei i cūctis gentibz cogniti soli sapienti deo p ihesū xpm: cui honor et gloria in secula seculorū amen.

Hic incipit prologus in epla pauli ad corinthios

Corinthij sunt achaici: et hij similiter ab aplo audierūt verbū veritatis: z subuersi sunt multipharie a falsis aplis. Quidam a philosophie verbosa eloquentia: alij secta legis iudaice inducti sunt. Hos reuocat apostolus ad veracē fidem et euangelicam sapientiam: scribēs eis ab epheso per thimotheum.

Incipit epla pauli ad Corinthios i

Paulus vocat⁹ apostolus ihesu xpi per volūtatē dei et sosthenes frater ecclesie dei que ē corinthi: sanctificatus i xpo ihesu vocatus sanctis: cū oñibus qui inuocant nomē dñi nri ihesu xpi in omni loco ipor z nro. Gratia vobis et pax a deo patre nro: et dño ihesu xpo. Gratias ago deo meo semp p vobis i gratia dei q̄ data est vobis in xpo ihesu: qa in oñibz diuites facti estis in illo in oñi verbo et in oñi sciencia: sicut testimoniū xpi ꝺfirmatū ē in vobis ut nichil vobis desit in nulla gratia: exspectāntibz reuelationē dñi nri ihesu xpi: qui et ꝺfirmabit vos usqz in finē sine crimine: in die aduentꝰ dñi nri ihesu xpi. Fidelis de⁹: p quē vocati estis in societatem filij ei⁹ ihesu xpi dñi nostri. Obsecro aūt vos fratres p nomē dñi nri ihesu xpi: ut idipm dicatis oñes: et nō sint i vobis scismata. Sitis aūt perfecti in eodē sensu: et in eadē sciencia. Significatū est enim michi de vobis fres mei ab his qui sūt loes: qa ꝺtenciones sunt inter vos. Hoc aūt dico: qō vnusquisqz vrm dicit. Ego quidē sum pauli: ego aūt apollo: ego vero cephe: ego aūt xpi. Diuisus est xps? Numqd paulus crucifix⁹ ē p vobis: aut i noīe pauli baptizati estis? Gratias ago deo meo q̄ neminē vrm baptizaui nisi crispum et gaiū: ne quis dicat q̄ in noīe meo baptizati estis. Baptizaui aūt z stephane domū: ceter⁹ nescio si quē aliū vrm baptizauerim. Nō enim misit me xps baptizare sed euangelizare: nō i sapiētia verbi: ut nō euacuet crux xpi. Verbū enim crucis pereuntibz quidē stultitia ē: his aūt qui salui fūt id est nobis virt⁹ dei ē. Scriptū ē enī. Perdā sapiētiā sapientū: et prudētiā prudētiū reprobabo. Vbi sapiēs vbi scriba: vbi inquisitor huius seculi? Nōne stultam fecit de⁹ sapiētiā huius mūdi? Nā quia in dei sapiētia non cognouit mūdus p sapiētiā deū: placuit deo p stultitiā p̄dicationis saluos facere credētes. Quoniā z iudei signa petūt: z greci sapiētiam querūt. Nos aūt p̄dicamus xpm crucifixū: iudeis quidē scādalū: gētibz aūt stultitiā: ipis autem vocatis

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0503
powered by DWork • Heidelberg University Library

iudeis atq; grecis · cristū dei virtutem
et dei sapiētiā. Quia qđ stultū ē dei · sa-
pienti⁹ est hominibꝫ: ⁊ qđ infirmū est
dei: forti⁹ ē hominibꝫ. Videte enim vo-
cationē vestrā fr̄es: q̄a nō mlti sapien-
tes scđm carnē nō multi potētes non
mlti nobiles: sed q̄ stulta sunt mūdi e-
legit de⁹ ut cōfundat sapientes: ⁊ infir-
ma mūdi elegit de⁹ ut ꝯfundat fortia:
⁊ ignobilia mūdi ⁊ cōtēptibilia elegit
de⁹ et ea q̄ nō sūt · ut ea que sūt destrue-
ret: ut nō glorietur om̄is caro ī ꝯspectu
ei⁹. Ex ipo aūt vos estis ī xp̄o ihesu: q̄
fact⁹ ē nobis sapiētia ⁊ iusticia et sācti-
ficatio ⁊ redēptio: ut quēadmodū scri-
ptū ē: q̄ gloriatur ī dn̄o glorietur. ¶

Et ego cū venissem ad vos fratres:
veni nō in sublimitate s̄monis
aut sapiētie · annūciās vobis testimo-
niū xp̄i. Nō enī iudicaui me scire ali-
quid īter vos nisi ihesū xp̄m: et hunc
crucifixū. Et ego ī infirmitate ⁊ timore
⁊ tremore mlto fui apud vos: et s̄mo
me⁹ et p̄dicatio mea nō ī ꝑsuasibilibꝫ
humane sapiētie verbis: sed ī ostensio-
ne spirit⁹ et virtutis: ut fides vr̄a nō
sit ī sapiētia hominū sed in virtute dei.
Sapientiā aūt loquimur inter ꝑfectos.
Sapiētiā vero nō hui⁹ secli neq; prīci-
pū hui⁹ secli q̄ destruūtur: sed loquimur
dei sapiētiā ī misterio q̄ abscondita ē:
quā p̄destinauit de⁹ ante secula ī glo-
riā nostrā quā nemo principū hui⁹ se-
culi cognouit. Si enim cognouissent:
nūquā dn̄m glorie crucifixissent. Si-
cut scriptū est: qđ oculus nō vidit nec
auris audiuit nec in cor hoīs ascen-
dit: q̄ p̄parauit de⁹ hijs q̄ diligūt illū.
Nobis aūt reuelauit de⁹ ꝑ spiritū suū.
Spirit⁹ enī om̄ia scrutatur: etiā ꝓfunda
dei. Quis enī scit hominū q̄ sūt hoīs:
nisi spirit⁹ hoīs q̄ in ipo ē? Ita et que
dei sūt nemo cognouit nisi spiritus dei.
Nos aūt nō spiritū hui⁹ mūdi accepi-
mus sed spiritū q̄ ex deo est: ut sciam⁹
q̄ a deo donata sūt nobis: q̄ ⁊ loquimur
nō in doctis humane sapiētie verbis ·
sed in doctrina spiritus: spiritualibꝫ
spiritualia ꝯparātes. Animalis aūt
homo nō ꝑcipit ea que sunt spiritus
dei. Stulticia enim est illi: ⁊ nō potest
ītelligere: q̄a spiritualiter examinatur.
Spiritualis aūt iudicat om̄ia: ⁊ ipe a
nemine iudicatur: sicut scriptū est. Quis
enī cognouit sensū dn̄i: aut q̄s instru-
xit eū? Nos aūt sēsū xp̄i habem⁹. ¶

Et ego fr̄es nō potui vobis loqui
q̄si spiritualibꝫ: sed q̄si carnalibꝫ.
Tāquā paruul⁹ ī xp̄o lac vobis potū
dedi nō escā. Nōdū enī poteratis: sed
nec nūc quidē potestis. Adhuc enī car-
nales estis. Cū enī fuerit īter vos zelus
et ꝯtentio: nōne carnales estis ⁊ scđm
hominē ābulatis? Cū enī q̄s dicat e-
go quidē sū pauli · ali⁹ aūt ego appol-
lo: nōne hoīes estis? Quid igitur est ap-
pollo? Quid vero paul⁹? Ministri ei⁹
cui credidistis. Et unicuiq; sicut dn̄s
dedit. Ego plātaui appollo rigauit:
sed de⁹ īcremētū dedit. Itaq; neq; q̄ plā-
tat ē aliq̄d neq; q̄ rigat: sed q̄ incremētū
dat de⁹. Qui plātat aūt ⁊ q̄ rigat unū
sūt. Unusquisq; aūt ꝓpriā mercedē ac-
cipiet scđm suū laborē. Dei enī sumus
adiutores. Dei agricultura estis: dei edi-
ficatio estis. Scđm gr̄iā dei q̄ data ē mi-
chi ut sapiēs architect⁹ fundamētū po-
sui: ali⁹ aūt supedificat. Unusquisq;
aūt videat quomō supedificet. Funda-
mētū enim aliud nemo potest ponere
p̄ter id qđ positū ē: qđ ē xp̄s ihesus. Si
q̄s aūt supedificat supra fundamētū
hoc aurū argentū lapides p̄ciosos li-
gna fenū stipulā: uniuscuiusq; opus

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0504
powered by DWork • Heidelberg University Library

manifestū erit. Dies enim dñi declarabit: q̄a ī igne reuelabit̄: ⁊ vniuscuiusq; opus q̄le sit ignis ꝓbabit. Si cui⁹ opus mãserit qd̄ supedificauit: mercedē accipiet. Si cui⁹ op⁹ arserit detrimētū patiet̄: ip̄e aūt saluus erit: sic tamē q̄si ꝑ ignē. Nescitis q̄a tēplū dei estis: ⁊ spirit⁹ dei habitat ī vobis? Si q̄s autem tēplū dei violauerit: disꝑdet illū deus. Tēplū enī dei sãctū ē: qd̄ estis vos. Nemo se seducat. Si q̄s videt̄ īter vos sapiēs esse ī hoc seclo: stult⁹ fiat ut sit sapiēs. Sapiētia enī hui⁹ mūdi stulticia est apud deū. Scriptū est enī. Cōprehēdam sapientes in astutia eoꝝ. Et iterū. De⁹ nouit cogitationes sapiētiū: qm̄ vane sūt. Nemo itaq; glorietur in hominibꝫ. Omnia enī vr̄a sūt: siue paul⁹ siue appollo siue cephas siue mund⁹ siue vita siue mors siue p̄sentia siue futura. Omnia enim vestra sunt: vos autem cristi: xp̄us autem dei. ·iiij·

Sic nos existimet homo ut ministros xp̄i: et dispēsatores misterioꝝ dei. Hic iā querit̄ inter dispēsatores: ut fidelis q̄s īueniat̄. Michi aūt ꝑ minimo ē ut a vobis iudicer: aut ab humano die. Sed neq; meip̄m iudico. Nichil enī michi ꝯsci⁹ sum: sed nō in hoc iustificat⁹ sum. Qui aūt iudicat me· dñs ē. Itaq; nolite āte temp⁹ iudicare: quoadusq; veniat dñs qui ⁊ illuminabit abscōdita tenebraꝝ et manifestabit ꝯsilia cordiū: ⁊ tunc laus erit vnicuiq; a deo. Hec aūt fr̄es trãsfiguraui ī me ⁊ appollo ꝓpter vos: ut ī vobis discatis ne supra quā scriptū est vn⁹ adūsus alteꝝ infletur ꝑ alio. Quis enim te discernit? Quid aūt habes qd̄ nō accepisti? Si aūt accepisti: q̄d gloriaris q̄si nō acceperis? Iam saturati estis: iā diuites facti estis. Sine nobis regnatis. Et vtinā regnetis: ut ⁊ nos vobiscū regnem⁹. Puto enī q̄ de⁹ nos ap̄los nouissimos ostendit tãq̄ morti destinatos: q̄a spectacl'm facti sum⁹ mūdo ⁊ ãgelis et hominibꝫ. Nos stulti ꝓpter xp̄m: vos aūt prudētes ī xp̄o. Nos infirmi: vos autē fortes. Vos nobiles: nos aūt ignobiles. Vsq; in hãc horā ⁊ esurim⁹ ⁊ sitim⁹ ⁊ nudi sumus: ⁊ colaphis cedimur ⁊ instabiles sum⁹: ⁊ laboram⁹ operãtes manibꝫ nostris. Maledicim̄: et bñdicim⁹. Persecutōnē patim̄: et sustinem⁹. Blasphemam̄: ⁊ obsecram⁹. Tãq̄ purgamēta hui⁹ mūdi: facti sum⁹ om̄iū peripsima usq; adhuc. Nō ut ꝯfundā vos hec scribo: sed ut filios meos carissimos moneo. Nā si decē milia pedagogoꝝ habeatis in xp̄o: sed nō mlt̄os p̄res. Nā in xp̄o ihesu ꝑ euangeliū ego vos genui. Rogo ergo vos: imitatores mei estote. Ideo misi ad vos thimotheū q̄ ē fili⁹ me⁹ carissim⁹ ⁊ fidelis ī dño: q̄ vos cōmonefaciat vias meas q̄ sūt in xp̄o ihesu: sicut vbiq; ī om̄i ecclesia doceo. Tãq̄ nō vētur⁹ sim ad vos: sicut inflati sūt quidā. Veniā aūt ad vos cito si dñs voluerit: ⁊ cognoscā nō s̄monē eorū q̄ inflati sūt: sed virtutē. Nō enī ī s̄mone ē regnū dei: sed ī virtute. Quid vultis? In virga veniā ad vos· an in caritate ⁊ spiritu mãsuetudinis? v

Omnino audit̄ īter vos fornicatio: ⁊ talis fornicatio q̄lis nec inter gētes: ita ut vxorē p̄ris sui aliq̄s habeat. Et vos inflati estis: ⁊ nō magis luctū habuistis: ut tollat̄ de medio vestrū q̄ hoc op⁹ fecit. Ego quidē absens corpore· p̄sens aūt spiritu: iā iudicaui ut p̄sens eū q̄ sic operat⁹ ē in noīe dñi nr̄i ihesu xp̄i cōgregatis vobis et meo spiritu cū virtute domini ihesu tradere

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0505
powered by DWork • Heidelberg University Library

huiusmodi hui̇em sathane i interitū carnis: ut spīritus saluus sit in die dñi nri ihesu xpi. Bō ē bona gloriatio ura. Nescitis qa modicū fermentū totā massā corrūpit? Expurgate uet⁹ fermētū: ut sitis noua cōspersio sicut estis azimi. Etenim pascha nrm immolat⁹ ē xps. Itaq; epulemur: nō i fermēto ueteri neq; i fermēto malicie z nequicie: sed i azimis sinceritatis z ueritatis. Scripsi uobis i epla: ne admisceamini fornicariis. Bō utiq; fornicariis hui⁹ mūdi aut auaris aut rapacibz aut ydolis seruientibz: alioquī debuerams de hoc mūdo exisse. Nūc aut ē scripsi uobis non cōmisceri. Si is q̄ frater nomi̇at inter uos et ē fornicator aut auar⁹ aut ydolis seruiens aut maledic⁹ aut ebriosus aut rapax: cū huiusmodi nec cibū sumere. Quid enim michi de his q̄ foris sūt iudicare? Bōne de his q̄ int⁹ sūt uos iudicatis? Bā eos q̄ foris sūt deus iudicabit. Auferte malū ex uobismetipsis.

VI

Audet aliquis uestrum habens negocium aduersus alterū iudicari apud iniquos: z nō apud sanctos. An nescitis: qm̄ sācti de hoc mūdo iudicabūt? Et si in uobis iudicabit mundus: indigni estis q̄ de minimis iudicetis? Nescitis qm̄ angelos iudicabimus? Quātomagis secularia? Secularia igit iudicia si habueritis: cōtēptibiles q̄ sūt i ecclesia illos cōstituite ad iudicādū. Ad uerecundiā uram dico. Sic nō ē inter uos sapiēs quisq̄: q̄ possit iudicare inter fratrē suū: sed frater cū fratre iudicio ꝺcidit: z hoc apud infideles. Iā quidē oīno delictū ē i uobis: q̄ iudicia habetis inter uos. Quare nō magis iniuriā accipitis? Quare non magis fraudē patimi? Sed uos iniuriā facitis et fraudatis: z hoc fratribz. An nescitis q̄a iniqui regnū dei nō possidebūt? Nolite errare: neq; fornicarii neq; ydolis seruientes: neq; adulteri: neq; molles: neq; masculorū ꝺcubitores: neq; fures: neq; auari: neq; ebriosi: neq; maledici: neq; rapaces regnū dei possidebūt. Et hec q̄dē fuistis: sed abluti estis: sed sācti ficati estis: sed iustificati estis: in nōe dñi nri ihesu xpi et i spīritu dei nri. Omnia mihi licēt: sed nō oīa expediūt. Omnia mihi licēt: sed ego sub nullo redigar potestate. Esca uētri z uēter escis: deus aūt et hūc z hās destruet. Corp⁹ aūt nō fornicatiōi sed dño: z dñs corpori. Deus uero z dñm suscitauit: et nos suscitabit p uirtutē suā. Nescitis qm̄ corpora ura mēbra sūt xpi? Tollēs ergo mēbra xpi: faciā mēbra meretricis? Absit. An nescitis: qm̄ q̄ adhereat meretrici unū corp⁹ efficit? Erūt enī inq̄t duo i carne una. Qui aūt adheret dño: unus spīritus ē. Fugite fornicatiōnē. Omne enī peccatū qcūq; fecerit homo extra corp⁹ ē: q̄ aūt fornicat: i corp⁹ suū peccat. An nescitis qm̄ mēbra ura templū ē spīritus sācti q̄ i uobis ē quē habetis a deo: z nō estis uri? Empti enī estis pcio magno: glorificate et portate deum in corpore uro.

De quibus aūt scripsistis mihi: bonum est homini mulierē nō tāgere. Propter fornicationem aūt unusquisq; suā uxorē habeat: z unaquaeq; suū uirū habeat. Uxori uir debitū reddat: similiter autē et uxor uiro. Mulier sui corporis potestatem nō habet sed uir: similiter aūt z uir sui corporis potestatē nō habet sed mulier. Nolite fraudare inuicem nisi forte ex consensu ad tempus ut uacetis orationi: z iterū reuertimini i idipm: ne tēptet uos sathanas propter incontinētiā uram. Hoc aūt dico secm indulgētiā: nō secm imperiū.

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0506
powered by DWork • Heidelberg University Library

Volo aūt omēs vos hoīes esse sicut meipm. Sed vnusquisq; ꝓpriū donū habet ex deo: aliꝰ quidē sic: aliꝰ vero sic. Dico aūt nō nuptis ⁊ viduis: bonū ē illis si sic ꝑmāserit sicut et ego. Qd si nō se ꝯtinēt· nubāt. Meliꝰ ē enī nubere q̄ vri. Hijs aūt q̄ mr̄imonio iūcti sūt p̄cipio non ego sed dn̄s: vxorē a viro nō discedere. Qd si discesserit· manere īnuptā: aut viro suo reconciliari. Et vir vxorē nō dimittat. Nā ceteris ego dico nō dn̄s. Si q̄s frater vxorē habet infidelē· ⁊ hec ꝯsentit habitare cū illo: nō dimittat illā. Et si qua mlier habet virū infidelē ⁊ hic ꝯsentit habitare cū illa: nō dimittat virꝫ. Sāctificatꝰ ē enī vir infidelis ꝑ mlierē fidelē: ⁊ sāctificata ē mlier infidelis ꝑ virꝫ fidelē. Alioquī filij vr̄i immūdi essent: nūc aūt sācti sūt. Qd si infidelis discedit· discedat. Nō enim seruituti sbiectꝰ ē frater aut soror ī eiusmodi. In pace aūt vocauit vos deꝰ. Vnde enī scis mlier si virꝫ saluū facies? Aut vnde scis vir si mlierē saluā facies? Nisi vnicuiq; sicut diuisit dn̄s. Vnū quēq; sicut vocauit deꝰ ita ābulet: ⁊ sicut ī omībꝫ ecclesijs doceo. Circūcisus aliq̄s vocatꝰ ē: nō adducat p̄puciū. In p̄pucio aliq̄s vocatꝰ ē: nō circūcidat̄. Circūcisio nichil est· ⁊ p̄puciū nichil ē: sed obseruatō mādatorꝫ dei. Vnusq̄sq; ī q̄ vocatōne vocatꝰ ē: ī ea ꝑmaneat. Seruus vocatꝰ es: nō sit tibi cure. Sed et si potes fieri liber: magis vtere. Qui enī ī dn̄o vocatꝰ ē seruus: libertꝰ ē dn̄i. Similiter q̄ liber vocatꝰ ē: seruꝰ ē xp̄i. Precio ēpti estis: nolite fieri seui hoīm. Vnusq̄sq; ergo ī quo vocatꝰ ē frater: ī hoc ꝑmaneat apud deū. De virginibꝫ aūt p̄ceptū dn̄i nō habeo: ꝯsiliū aūt do tāq̄ misericordiā ꝯsecutꝰ a deo: ut sim fidelis. Existimo enī hoc bonū esse ꝓpter instātē necessitatē: qm̄ bonū ē homini sic esse. Alligatꝰ es vxori: noli q̄rere solutōnē. Solutꝰ es ab vxore: noli q̄rere vxorē. Si aūt acceperis vxorē nō peccasti: ⁊ si nupserit virgo non peccauit. Tribulatōnem tamē carnis habebūt huiusmodi. Ego autem vobis parco. Hoc itaq; dico fratres. Tēpꝰ breue est. Reliquū ē: ut ⁊ q̄ habēt vxores· tāq̄ nō habētes sint: ⁊ q̄ flent· tāq̄ nō flētes: et q̄ gaudēt· tāq̄ nō gaudētes: et q̄ emūt· tāq̄ nō possidētes: ⁊ q̄ vtunt̄ hoc mūdo· tāq̄ nō vtāt̄. Preterit enī figura huiꝰ mūdi. Volo aūt vos sine sollicitudine esse. Qui sine vxore est· sollicitꝰ est q̄ dn̄i sūt: quomō placeat deo. Qui autem cū vxore ē· sollicitꝰ ē que sūt mūdi· quomō placeat vxori: ⁊ diuisus ē. Et mlier īnupta ⁊ virgo cogitat que dn̄i sūt: ut sit sancta corpore ⁊ spiritu. Que aūt nupta ē cogitat q̄ sūt mūdi: quomō placeat viro. Porro hoc ad vtilitatē vr̄am dico· nō ut laq̄um vobis iniciā: sed ad id qd honestū ē· ⁊ qd facultatē p̄beat: sine impedimēto dn̄m obsecrandi. Si q̄s aūt turpē se videri existimat sup virgine sua q̄ sit sup adulta et ita oportet fieri: qd vult faciat. Nō peccat si nubat. Nā q̄ statuit in corde suo firmꝰ nō habens necessitatē· potestatē aūt habēs sue volūtatis: ⁊ hoc iudicauit ī corde suo seruare virginē suā: bene facit. Igit̄ et q̄ mr̄imonio iūgit virginē suā bene facit: ⁊ q̄ non iūgit· meliꝰ facit. Mlier alligata ē legi: quāto tp̄e vir eiꝰ viuit. Qd si dormierit vir eiꝰ: liberata est. Cui aūt vult nubat: tantum ī dn̄o. Beatior aūt erit: si sic ꝑmāserit scd̄m meū ꝯsiliū. Puto aūt: q̄ ⁊ ego spiritum dei habeam. VIII

De hijs aūt q̄ ydolis īmolant̄ scimus: q̄a omēs scientiā habemꝰ.

Scientia inflat: caritas vero edificat.
Si q̃s aũt se existimat scire aliq̃d: nõ-
dũ cognouit quẽadmodũ oporteat eũ
scire. Si q̃s aũt diligit deũ: hic cognit⁹
ẽ ab eo. De escis aũt q̃ ydolis ĩmolãt̃:
scim⁹ q̃a nichil ẽ ydolũ in mũdo: ⁊ q̃
nullus de⁹ nisi vn⁹. Nã ⁊ si sũt q̃ dicã-
tur dij siue in celo siue ĩ terra: siquidẽ
sũt dij mlti ⁊ dñi mlti: nobis tamẽ v-
nus de⁹ pater ex quo om̃ia et nos ĩ il-
lo. ⁊ vn⁹ dñs ihesus xp̃s p quẽ om̃ia:
⁊ nos p ip̃m. Sed nõ in om̃ib3 est sciẽ-
tia. Quidã aũt cũ sciẽtia usq3 nũc ydo-
li. q̃si ydoloticũ mãducãt: et cõsciẽtia
ip̃or3 cũ sit infirma polluit̃. Esca aũt
nos nõ ꝯmẽdat deo. Neq3 enĩ si man-
ducauerim⁹ abũdabim⁹: neq3 si non
mãducauerim⁹ deficiem⁹. Videte au-
tem: ne forte hec licẽtia nr̃a offendicu-
lum fiat infirmis. Si enĩ q̃s viderit eũ
q̃ habet sciẽtiã ĩ ydoleo recũbentẽ: nõ-
ne ꝯsciẽtia ei⁹ cũ sit infirma edificabit̃
ad mãducandũ ydolotita? Et peribit
infirm⁹ ĩ tua ꝯsciẽtia frater: ꝓpter quẽ
xp̃s mortu⁹ est. Sic aũt peccãtes ĩ fra-
tres ⁊ pcutiẽtes ꝯsciẽtiã eor3 infirmã: ĩ
xp̃m peccatis. Quapropt̃ si esca scãda-
lizat fratrẽ meũ nõ mãducabo carnẽ
ĩeternũ: ne fratrẽ meũ scãdalizẽ. ix

Non sum liber? Nõ sum aplus?
Nonne xp̃m ihesũ dñm nr̃m vi-
di? Nõne op⁹ meũ vos estis in dño?
Et si alijs nõ sũ aplus: sed tamẽ vobis
sũ. Nã signaculũ apostolat⁹ mei vos
estis ĩ dño. Mea defensio apud eos q̃
me ĩterrogãt. hec ẽ. Nũq̃d nõ habem⁹
potestatẽ mãducãdi ⁊ bibẽdi? Nũq̃d
nõ habem⁹ potestatẽ mlierẽ sororẽ cir-
cũducendi: sicut ⁊ ceteri apli ⁊ fr̃es dñi
et cephas? Aut ego solus aut barna-
bas. nõ habem⁹ potestatẽ hoc operã-
di? Quis militat suis stipẽdijs vnq̃?
Quis plãtauit vineã: ⁊ de fructu eius
nõ edit? Quis pascit gregẽ: ⁊ de lacte
gregis nõ mãducat? Nũq̃d scd̃m ho-
minẽ hec dico? An ⁊ lex nõ hec dicit?
Scriptũ ẽ enĩ ĩ lege moysi. Nõ alliga-
bis os boui triturãti. Nũq̃d de bub3
cura ẽ deo? An ꝓpter nos vtiq3 dicit?
Nã ꝓpter nos scripta sũt: qm̃ debet in
spe q̃ arat arare: ⁊ q̃ triturat. ĩ spe fru-
ctus pcipiẽdi. Si nos vobis spiritua-
lia seminauim⁹: magnũ ẽ si nos car-
nalia vr̃a metam⁹? Si alij potestatis
vr̃e participes sunt. q̃re nõ poti⁹ nos?
Sed nõ vsi sum⁹ hac potestate. Sed
om̃ia sustinem⁹: ne q̃d offendiculũ do-
mus euãgelio xp̃i. Nescitis qm̃ q̃ ĩ sa-
crario operant̃: q̃ de sacrario sũt edũt?
Et q̃ altario deseruiũt cũ altario parti-
cipãt: ita ⁊ dñs ordinauit hijs q̃ euã-
geliũ ãnũciãt: de euãgelio viuere. Ego
aũt nullo hor3 vsus sũ. Nõ aũt scripsi
hec: ut ita fiãt ĩ me. Bonũ ẽ enĩ michi
magis mori: quã ut gloriã meã q̃s e-
uacuet. Nã etsi euãgelizauero: nõ ẽ mi-
chi gloria. Necessitas enĩ michi incũ-
bit. Ve enĩ michi ẽ: si nõ euãgelizaue-
ro. Si enĩ volẽs hec ago mercedẽ ha-
beo: si aũt inuit⁹. dispẽsatõ michi credi-
ta ẽ. Que ẽ ergo merces mea? Vt euãge-
liũ p̃dicãs. sine sũptu ponã euãgeliũ:
ut nõ abutar potestate mea ĩ euãgelio.
Nã cũ liber essem ex om̃ib3. om̃iũ me
seruũ feci: ut plures lucrifacerẽ. Et fact⁹
sũ iudeis tãq̃ iude⁹: ut iudeos lucrarer.
Hijs q̃ sub lege sũt. q̃si sub lege essem.
cũ ip̃e nõ essem sub lege: ut eos q̃ sub
lege erãt lucrifacerẽ. Hijs q̃ sine lege e-
rant tãq̃ sine lege essẽ: cũ sine lege dei
nõ essem. sed ĩ lege essem xp̃i: ut lucrifa-
cerẽ eos q̃ sine lege erãt. Fact⁹ sũ infir-
mis infirm⁹: ut infirmos lucrifacerem.
Om̃ib3 om̃ia fact⁹ sũ: ut om̃es facerẽ

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0508
powered by DWork • Heidelberg University Library

saluos. Omnia autem facio propter euangeliu: ut participes eius efficiar. Nescitis quod hii qui in stadio currunt omnes quidem currunt: sed unus accipit brauium? Sic currite: ut comprehendatis. Omnis autem qui in agone contendit ab omnibus se abstinet: et illi quidem ut corruptibilem coronam accipiant: nos autem incorruptam. Ego igitur sic curro non quasi in incertum: sic pugno non quasi aerem verberans. Sed castigo corpus meum. et in seruitutem redigo: ne forte cum alijs predicauerim. ipse reprobus efficiar. x

Nolo enim vos ignorare fratres: quoniam patres nostri omnes sub nube fuerunt et omnes mare transierunt: et omnes in moyse baptizati sunt in nube et in mari. Et omnes eandem escam spiritalem manducauerunt: et omnes eundem potum spiritalem biberunt. Bibebant autem de spiritali consequente eos petra: petra autem erat xpus. Sed non in pluribus eorum beneplacitum est deo. Nam prostrati sunt in deserto. Hec autem in figura facta sunt nostri: ut non simus concupiscentes malorum: sicut et illi concupierunt. Neque ydolatre efficiamini sicut quidam ex ipsis: quemadmodum scriptum est. Sedit populus manducare et bibere: et surrexerunt ludere. Neque fornicemur sicut quidam ex ipsis fornicati sunt: et ceciderunt una die vigintitria milia. Neque temptemus xpm sicut quidam eorum temptauerunt: et a serpentibus perierunt. Neque murmurauerit is sicut quidam eorum murmurauerunt: et perierunt ab exterminatore. Hec autem omnia in figura contingebant illis: scripta sunt autem ad correptionem nostram: in quos fines seculorum deuenerunt. Itaque qui se existimat stare: videat ne cadat. Temptatio vos non apprehendat nisi humana. Fidelis autem deus est. qui non patietur vos temptari supra id quod potestis: sed faciet cum temptatione etiam proventum: ut possitis sustinere. Propter quod carissimi michi. fugite ab ydolorum cultura. Ut prudentibus loquor: vos ipsi iudicate quod dico. Calix benedictionis cui benedicimus: nonne communicatio sanguinis xpi est? Et panis quem frangimus: nonne participatio corporis domini est? Quoniam unus panis et unum corpus multi sumus: omnes qui de uno pane participamus. Videte israel secundum carnem. Nonne qui edunt hostias. participes sunt altaris? Quid ergo? Dico quod ydolis immolatum sit aliquid: aut quod ydolum sit aliquid? Sed que immolant gentes. demonijs immolant: et non deo. Nolo autem vos socios fieri demoniorum. Quia non potestis calicem domini bibere. et calicem demoniorum: non potestis mense domini participes esse: et mense demoniorum. An emulamur dominum? Numquid fortiores illo sumus? Omnia michi licent: sed non omnia expediunt. Omnia michi licent: sed non omnia edificant. Nemo quod suum est querat: sed quod alterius. Omne quod in macello venit manducate: nichil interrogantes propter conscientiam. Domini est terra: et plenitudo eius. Si quis vocat vos infidelium et vultis ire: omne quod vobis apponitur manducate: nichil interrogantes propter conscientiam. Si quis autem dixerit hoc immolatum est ydolis: nolite manducare propter illum qui indicauit: et propter conscientiam. Conscientiam autem dico: non tuam. sed alterius. Ut quid enim libertas mea iudicatur ab aliena conscientia? Si ego cum gratia participo: quid blasphemor pro eo quod gratias ago? Siue ergo manducatis siue bibitis. vel aliud quid facitis: omnia in gloriam dei facite. Sine offensione estote iudeis et gentibus et ecclesie dei: sicut et ego per omnia omnibus placeo. non querens quod michi utile est: sed quod multis ut salui fiant. xi

Imitatores mei estote: sicut et ego cristi. Laudo autem vos fratres quod per omnia mei memores estis: et sicut tradidi vobis precepta mea tenetis. Volo autem vos

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0509
powered by DWork • Heidelberg University Library

scire: q̄ oīs viri caput xps ē: caput aūt mulieris vir. Caput vero xpi deus. Oīs vir orās aut ꝓphetās velato capite: deturpat caput suū. Oīs autem mulier orās aut ꝓphetās nō velato capite: deturpat caput suū. Vnū enī est: ac si decalueā. Nā si nō velat mulier: tōdeat. Si vero turpe ē mulieri tōderi aut decaluari: velet caput suū. Vir q̄dē nō debet velare caput suū: qm̄ ymago et gloria dei ē: mulier aūt gl̄ia viri ē. Nō enī vir ex mulere ē: sed mulier ex viro. Et enī nō ē creat⁹ vir ꝓter mulierē: sed mulier ꝓter virū. Ideo debet mulier velamen habere supra caput suū: ꝑ ꝓter ãgelos. Verūtamē neq; vir sine muliere: neq; mulier sine viro i dño. Nā sicut mulier de viro: ita ꝑ vir ꝑ mulierē. Oīa aūt ex deo. Vosipi iudicate: decet mulierem nō velatā orare deū? Nec ipa natura docet vos. Nō vir q̄dē si comā nutriat ignominia ē illi: mulier vero si comā nutriat gloria ē illi: qm̄ capilli ꝑ velamine ei dati sūt. Si q̄s aūt videt contentiosus esse: nos talē consuetudinē nō habem⁹: neq; ecclia dei. Hoc aūt ꝓcipio: nō laudās q̄ nō i melio⁹ sed i deterius conuenitis. Primū q̄dē conuenientibz vobis ecclīam audeo scissuras esse inter vos: et ex parte credo. Nā oportet hereses esse: ut et q̄ ꝓbati sūt manifesti fiāt i vobis. Conuenientibz ergo vobis i vnū: iam nō ē dñicā cenā mãducare. Vnusq̄sq; enī suā cenā ꝓsumit ad mãducandū. Et ali⁹ q̄dē esurit: ali⁹ aūt ebri⁹ ē. Nūq̄d domos nō habetis ad mãducãdū et bibēdū? Aut ecclīam dei contemnitis: et confundits eos q̄ nō habēt? Quid dicā vobis? laudo vos: in hoc nō laudo. Ego enī accepi a dño q̄d et tradidi vobis: q̄m dñs ihesus i qua nocte tradebat accepit panē: et gr̄ias agēs fregit et dixit. Accipite et mãducate. Hoc est corp⁹ meū: q̄d ꝓ vobis tradet. Hoc facite i meã cōmemoratiōnē. Similiter et calicem: postq̄m cenauit dicens. Hic calix nouū testamētū ē i meo sāguine. Hoc facite quotiescūq; bibetis: i meã cōmemoratiōnē. Quotiescūq; enī mãducabitis panē hūc et calicē bibetis: mortē dñi annūciabitis donec veniat. Itaq; quicūq; mãducauerit panē et biberit calicē dñi indigne: reus erit corporis et sanguinis dñi. Probet aūt seipm homo: et sic de pane illo edat: et de calice bibat. Qui enī mãducat et bibit indigne iudiciū sibi mandcat et bibit: nō diiudicās corp⁹ dñi. Ideo inter vos multi infirmi et imbecilles: et dormiunt multi. Nō si nosmetipos diiudicaremus: nō vtiq; iudicaremur. Dū iudicam aūt a dño corripimur: ut nō cū hoc mūdo damnem. Itaq; fres mei cū conuenitis ad mãducãdū: inuicē expectate. Si q̄s esurit domi mandcet ut non in iudiciū conueniatis. Cetera autem cū venero disponã. Nolo vos ignorare fres. De spūalibz aūt ꝓphetis aūt quā cum gentes essetis: ad simulacra muta ꝓut ducebamini cūtes. Ideo notū vobis facio: q̄ nemo i spiritu dei loquēs dicit anathema ihesu. Et nemo potest dicere dñs ihesus: nisi in spiritu sancto. Diuisiones vero gr̄iaꝝ sūt: idē aūt spūs. Et diuisiones ministrationū sūt: idē aūt dñs. Et diuisiones operationū sūt: idē vero deus q̄ operat oīa i oībus. Vnicuiq; aūt datur manifestatio spiritus: ad utilitatē. Alij q̄dē p spiritū datur sermo sapiētie: alij aūt sermo sciētie secm eundē spiritū. Alteri fides i eodē spiritu: alij gr̄ia sanitatū i vno spiritu. Alij operatio virtutū: alij ꝓphetia: alij discretio spirituū: alij genera linguaꝝ: alij

interpretatio sermonū. Hec autem omnia operatur unus atque idem spiritus: diuidens singulis prout vult. Sicut enim corpus unū est. et membra habet multa: omnia autem membra corporis cum sint multa unū tamen corpus sunt: ita et xps. Etenim in uno spiritu omnes nos in unū corpus baptizati sumus. siue iudei siue gentiles siue serui siue liberi: et omnes uno spiritu potati sumus. Nam et corpus non est unū membrū sed multa. Si dixerit pes. quoniam non sum manus. non sum de corpore: non ideo non est de corpore? Et si dixerit auris. quoniam non sum oculus. non sum de corpore: non ideo non est de corpore? Si totū corpus oculus: ubi auditus? Si totū auditus? Ubi oderatus? Nunc autem posuit deus membra: unumquodque eorum in corpore sicut voluit. Quod si essent omnia unū membrū: ubi corpus? Nunc autem multa quidem membra: unū autem corpus. Non potest autem dicere oculus manui. opera tua non indigeo: aut iterum caput pedibus: non estis michi necessarij. Sed multomagis que videntur membra corporis infirmiora esse: necessariora sunt. Et que putamus ignobiliora membra esse corporis: hijs honorem abundantiorem circumdamus. Et que inhonesta sunt nostra: abundantiorem honestatem habent. Honesta autem nostra nullius egent. Sed deus temperauit corpus. ei cui deerat. abundantiorem tribuendo honorem: ut non sit scisma in corpore: sed in idipsum pro inuicem sollicita sunt membra. Et si quid patitur unū membrū. compatiuntur omnia membra: siue gloriatur unū membrū: congaudent omnia membra. Vos autem estis corpus xpi: et membra de membro. Et quosdam quidem posuit deus in ecclesia. primum apostolos. secundo prophetas. tercio doctores: deinde virtutes. exinde gratias curationū: opitulationes gubernationes. genera linguarum: interpretationes sermonū. Numquid omnes apostoli? Numquid omnes prophete? Numquid omnes doctores? Numquid omnes virtutes? Numquid omnes gratiam habent curationū? Numquid omnes linguis loquuntur? Numquid omnes interpretantur? Emulamini autem carismata meliora. Et adhuc excellentiorem viam vobis demonstro. xiii

Si linguis hominum loquar et angelorum: caritatem autem non habeam: factus sum velut es sonans aut cimbalum tinniens. Et si habuero prophetiam. et noueri misteria omnia et omnem scientiam et habuero omnem fidem ita ut montes transferam. caritatem autem non habuero: nichil sum. Et si distribuero in cibos pauperum omnes facultates meas. et si tradidero corpus meum ita ut ardeam: caritatem autem non habuero: nichil michi prodest. Caritas patiens est: benigna est. Caritas non emulatur. non agit perperam: non inflatur. non est ambiciosa: non querit que sua sunt. Non irritatur. non cogitat malum: non gaudet super iniquitate: congaudet autem veritati. Omnia suffert. omnia credit. omnia sperat: omnia sustinet. Caritas numquam excidit. Siue prophetie euacuabuntur: siue lingue cessabunt: siue scientia destruetur. Ex parte enim cognoscimus: et ex parte prophetamus. Cum autem venerit quod perfectum est: euacuabitur quod ex parte est. Cum essem paruulus loquebar ut paruulus: sapiebam ut paruulus: cogitabam ut paruulus. Quando autem factus sum vir: euacuaui que erant paruuli. Videmus nunc per speculum in enigmate: tunc autem facie ad faciem. Nunc cognosco ex parte: tunc autem cognoscam: sicut et cognitus sum. Nunc autem manent fides spes caritas tria hec. Maior autem horum est caritas. xiiii

Sectamini caritatem: emulamini spiritualia: magis autem ut prophetis. Qui enim loquitur lingua: non hominibus loquitur. sed deo. Nemo enim audit. Spiritus autem loquitur misteria.

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0511
powered by DWork • Heidelberg University Library

in corda vestra clamantē abba pater. Itaq; iam non est seruus sed filius. Nō si filius: et heres p deū. Sed tunc quidē ignorantes deum: his qui natura non sunt dīi seruiebatis. Nūc autem cū cognouerimus deū ymmo cogniti sitis a deo: quomō cōuertimini iterū ad infirma et egena elementa quibus denuo seruire vultis? Dies obseruatis et menses et tempora et annos. Timeo vos: ne forte sine causa laborauerim in vobis. Estote sicut ego: quia et ego sicut vos. Fratres obsecro vos: nichil me lesistis. Vatis aūt quia p infirmitatē carnis euangelizaui vobis iam pridē: et tēptationē vestrā in carne mea nō spreuistis neq; respuistis: sed sicut angelū dei excepistis me sicut christum ihesum. Vbi ē ergo beatitudo vestra? Testimoniū enī phibeo vobis: quia si fieri posset oculos vestros eruisseris: et dedisseris michi. Ergo inimic⁹ vobis factus sum verū dicens vobis? Emulantē vos non bene: sed excludere vos volūt: ut illos emulemini. Bonū aūt emulamini in bono semp: et non tantum cū psens sum apud vos. Filioli mei quos iterū parturio: donec formetur christus in vobis. Vellē aūt esse apud vos modo et mutare vocem meā: quoniā cōfundor in vobis. Dicite michi: qui sub lege vultis esse. Legē non legistis? Scriptū est enī quoniā abraham duos filios habuit: unū de ancilla: et unū de libera. Sed is q̄ de ācilla secūdū carnē natus est: qui aūt de libera p repromissionē. Que sunt per allegoriā dicta. Hec enī sūt duo testamenta. Vnū quidē in monte syna in seruitutem generās: q̄ est agar. Syna enim mōs est i arabia qui cōiunctus est ei-que nūc est ihrusalē: et seruit cū filijs suis. Illa aūt que sursū ē ihrlm libera est: q̄ est mater nostra. Scriptū est enī. Letare sterilis que nō paris: erūpe et clama que nō parturis: q̄a multi filij deserte magis q̄ eius que habet virum. Nos aūtē fratres secūm ysaac promissionis filij sum⁹. Sed quomō tunc is q̄ secūdū carnē nat⁹ fuerat persequebatē eū qui secūdū spiritū: ita et nūc. Sed quid dicit scriptura? Eice ancillā et filiū eius. Non enī heres erit filius ancille: cum filio libere. Itaq; fratres non sum⁹ ancille filij sed libere: qua libertate christus nos liberauit. Vt

State: et nolite iterū iugo seruitutis cōtineri. Ecce ego paulus dico vobis: quoniā si circūcidamini christ⁹ vobis nichil p̄derit. Testificor aūt rursus oīi hominī circūcidēti se: q̄m debitor ē vniūse legis faciēde. Euacuati estis a christo. Qui in lege iustificamini: a gratia excidistis. Nos enī spiritu ex fide spem iusticie expectam⁹. Nā in christo ihesu neq; circūcisio aliq̄d valet neq; p̄putiū: sed fides que p caritatē operatur. Currebatis bene. Quis vos impedivit veritati nō obedire? Suasio hec nō est ex eo q̄ vocauit vos. Modicū fermentū totā massam corrūpit. Ego cōfido in vobis in dño q̄ nichil aliud sapietis. Qui autem conturbat vos: portabit iudiciū quicūq; est ille. Ego aūt fratres si circūcisionē adhuc p̄dico: quid adhuc persecutionē patior? Ergo euacuatū ē scandalum crucis. Vtinā et abscidātur q̄ vos cōturbāt. Vos enim in libertatē vocati estis fratres: tantū ne libertatē in occasionē detis carnis: sed p caritatem spūs seruite inuicem. Omnis enī lex in uno sermone impletur: diliges proximū tuū sicut teipm. Nō si inuicē

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0526
powered by DWork • Heidelberg University Library

mordetis et comeditis: videte ne ab
inuicē cōsumamini. Dico aūt ī cristo.
Spiritu ambulate: ⁊ desideria carnis
non ꝑficietis. Caro enim concupiscit
aduersus spiritū: spiritꝰ aūt aduersus
carnē. Hec enim sibi inuicem aduersā-
tur: ut non quecūq; vultis illa facia-
tis. Qd si spiritu ducemini: non estis
sub lege. Manifesta sunt autē opera
carnis: que sunt fornicatio·immūdi-
cia·impudicicia·luxuria·ydolorꝫ serui-
tus·veneficia·inimicicie·cōtētiones·e-
mulationes·ire·rixe·dissensiones·se-
cte·inuidie·homicidia·ebrietates·
comessationes·⁊ hijs similia: q̄ p̄dico
vobis sicut p̄dixi: quoniā qui talia
agunt regnū dei nō consequent̄. Fru-
ctus aūt spiritus est caritas·gaudiū·
pax·patientia·benignitas·bonitas·
longanimitas·māsuetudo·fides·mo-
destia·continētia·castitas. Aduersus
huiusmodi non est lex. Qui autem
sunt cristi: carnem suā crucifixerunt
cum vicijs et concupiscentijs. vi

Si viuimꝰ spiritu: spiritu ⁊ ambu-
lemꝰ. Non efficiam̄ inanis glo-
rie cupidi: inuicem ꝓuocātes: inuicem
inuidentes. Fratres: ⁊ si p̄occupatꝰ fu-
erit homo ī aliquo delicto·vos q̄ spiri-
tuales estis huiusmodi instruite ī spi-
ritu lenitatis: considerās teip̄m ne ⁊ tu
tempteris. Alter alteriꝰ onera portate:
⁊ sic adimplebitis legē cristi. Nā si q̄s
existimat se aliquid esse cū nichil sit:
ip̄e se seducit. Opus autem suū ꝓbet
vnusquisq;: ⁊ sic in semetip̄o tātū glo-
riā habebit: ⁊ nō ī altero. Vnusquisq;
enim onus suū portabit. Cōmunicet
aūt hijs qui cathezizat̄ verbo: ei qui
se cathezizat in omnibꝫ bonis. Noli-
te errare. Deꝰ nō irridetur. Que enim
seminauerit homo: hec et metet. Qm̄
qui seminat in carne sua·de carne et
metet ⁊ corruptionē: qui aūt seminat
in spiritu: de spiritu metet vitā eternā.
Bonū autē facientes nō deficiamus:
tempore enim suo metemꝰ nō deficien-
tes. Ergo dum tempus habemꝰ ope-
remur bonū ad om̄es: maxime autē
ad domesticos fidei. Videte qualibꝫ
litteris scripsi vobis mea manu. Qui-
cunq; enim volūt placere in carne hij
cogunt vos circūcidi: tantū ut crucis
cristi ꝑsecutionē nō patiant̄. Neq; enī
qui circūcidūtur legem custodiūt: sed
volūt vos circūcidi ut in carne vestra
gloriātur. Michi aūt absit gloriari
nisi in cruce dn̄i nostri ihesu cristi: per
quē michi mūdus crucifixus est: ⁊ ego
mūdo. In cristo enim ihesu neq; circū-
cisio aliquid valet neq; p̄puciū: sed no-
ua creatura. Et quicunq; hāc regulā
secuti fuerint: pax sup illos ⁊ misericor-
dia ⁊ sup israhel dei. De cetero nemo
michi molestus sit. Ego enī stigmata
dn̄i ihesu ī corpore meo porto. Gratia
dn̄i nr̄i ihesu cristi cum spiritu vr̄o fr̄es
amen. Hic incipit prologus in
epla pauli ad Ephesios:

Ephesij sunt asyani. Hij
accepto verbo veritatis ꝑ-
stiterūt ī fide. Hos collau-
dat apl̄us scribēs eis a ro-
ma de carcere ꝑ tichicū dyaconē.
Incipit epla pauli ad ephesios i.

Paulus apl̄us cristi
ihesu ꝑ volūtatē dei
omnibꝫ sanctis qui
sūt ephesi: et fidelibꝫ
in cristo ihesu. Gra-
tia vobis et pax a
deo patre nostro: et dn̄o ihesu cristo.
Benedictꝰ deꝰ et pater dn̄i nostri ihesu
cristi q̄ benedixit nos ī om̄i benedictōne

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0527
powered by DWork • Heidelberg University Library

spirituali in celestibꝫ in cristo: sicut ele-
git nos in ipo ante mūdi ꝯstitutōnē:
ut essem⁹ sācti ⁊ immaculati ī cōspectu
ei⁹ in caritate. Qui p̄destinauit nos ī
adoptōnē filioꝝ ꝑ ihesū cristū in ip̄m
scd̄m ꝓpositū volūtatis sue in laudē
glorie gr̄tie sue: ī q̄ gratificauit nos in
dilecto filio suo: ī quo habem⁹ redēpti-
onē ꝑ sanguinē eius remissionē peccato-
ꝝ scd̄m diuitias gratie ei⁹ q̄ suꝑabū-
dauit in nobis in om̄i sapiētia ⁊ pru-
dentia: ut notū faceret nobis sacramē-
tum volūtatis sue scd̄m beneplacitū ei⁹
qd̄ ꝓposuit in eo in dispensatōne pleni-
tudinis tēporū instaurare om̄ia ī cri-
sto q̄ ī celis ⁊ q̄ ī terra sūt ī xp̄o. In quo
etiā nos sorte vocati sum⁹: p̄destinati
scd̄m ꝓpositū ei⁹ q̄ operat̄ om̄ia scd̄m
cōsiliū volūtatis sue: ut sim⁹ ī laudē
glorie ei⁹ nos qui āte sperauim⁹ ī cri-
sto. In quo ⁊ vos cū audissetis verbū
veritatis euāgeliū salutis vr̄e: in quo
et credētes signati estis spiritu ꝓmissi-
onis sancto: q̄ ē pign⁹ hereditatis nr̄e
in redēptionē acquisitionis in laudē
glorie ip̄ius. Propterea et ego audi-
ens fidē vestrā q̄ est in cristo ihesu ⁊ di-
lectionē in om̄es sanctos: nō cesso gra-
tias agēs ꝑ vobis memoriā vr̄i faci-
ens in oratōnibꝫ meis: ut de⁹ dn̄i nr̄i
ihesu cristi pater glorie det vobis spi-
ritū sapiētie et reuelationis in agnitō-
nem ei⁹ illuminatos oclos cordis ve-
stri: ut sciatis q̄ sit spes vocatōnis ei⁹
et q̄ diuitie glorie hereditatis ei⁹ ī san-
ctis: ⁊ q̄ sit suꝑeminēs magnitudo vir-
tutis ei⁹ in nos qui credim⁹ scd̄m ope-
rationē potētie virtutis quā operat⁹
est ī cristo: suscitans illū a mortuis. et
cōstituēs ad dexterā suā in celestibus
supra omnē principatū ⁊ potestatē et
virtutē ⁊ dn̄ationē. ⁊ om̄e nomen qd̄
nominat̄ nō solū ī hoc seculo sed etiā
in futuro: ⁊ om̄ia subiecit sub pedibꝫ
ei⁹. Et ip̄m dedit caput supra omnē
ecclesiā q̄ ē corp⁹ ipsi⁹: et plenitudo ei⁹:
qui omnia in om̄ibꝫ adimpletur. ¶

Et vos cū essetis mortui delictis ⁊
peccatis vr̄is in quibꝫ aliquādo
ābulastis scd̄m scl̄m mūdi hui⁹. scd̄m
pricipē potestatis aeris hui⁹. spirit⁹ q̄
nūc operat̄ in filios diffidētie: ī quibꝫ
et nos omnes aliquādo cōuersati su-
mus in desiderijs carnis nr̄e faciētes
volūtatē carnis ⁊ cogitationū: et era-
mus natura filij ire sicut et ceteri. De⁹
aūt qui diues est in misericordia ꝓpter
nimiā caritatē suā qua dilexit nos: ⁊
cū essem⁹ mortui peccatis ꝯuiuificauit
nos cristo. cui⁹ gratia estis saluati: et
cōresuscitauit et cōsedere fecit in celesti-
bus in cristo ihesu: ut ostenderet in se-
culis suꝑuenientibꝫ abundantes diui-
tias gratie sue in bonitate suꝑ nos in
cristo ihesu. Gratia enī estis saluati ꝑ
fidē: ⁊ hoc ex vobis. Dei enī donū est:
nō ex operibus: ut ne quis glorietur.
Ipsi⁹ enim sum⁹ factura: creati ī cristo
ihesu in operibꝫ bonis: que p̄parauit
de⁹ ut in illis ambulem⁹. Propter qd̄
memores estote q̄ aliquādo vos era-
tis gētes ī carne q̄ dicebamini p̄puciū
ab ea q̄ dicit̄ circūcisio in carne manu-
facta: q̄ eratis illo in tp̄e sine cristo alie-
nati a ꝯuersatōne israhel: et hospites
testamētorū ꝓmissionis spem nō ha-
bentes. ⁊ sine deo ī hoc mūdo. Nunc
autē in cristo ihesu vos q̄ aliquādo e-
ratis lōge facti estis ꝓpe: in sanguine
cristi. Ip̄e enī est pax nr̄a q̄ fecit vtraq;
vnū: ⁊ mediū parietē macerie soluēs
inimicicias in carne sua: legem māda-
toꝝ decretis euacuās ut duos condat
in semetip̄m in vnū nouū hominem

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0528
powered by DWork • Heidelberg University Library

faciēs pacē: ut recōciliet ābos in vno corpore deo ꝑ crucē interficiēs inimicicias ī semetipō: ⁊ veniēs euāgelizauit pacē vobis q̄ lōge fuistis. ⁊ pacē hijs qui ꝓpe: qm̄ ꝑ ip̄m habem⁹ accessum ābo in vno spiritu ad patrē. Ergo iā nō estis hospites et aduene sed estis ciues sanctoꝝ ⁊ domestici dei: supedificati sup fundamentū apl̄oꝝ ⁊ ꝓphetarū ipō sūmo āgulari lapide xp̄o ihesu: ī q̄ om̄is edificatō cōstructa crescit ī tēplū sāctū ī dn̄o. In quo ⁊ vos coedificamini ī habitacl̄m dei: ī spiritu sācto. iij

Cui⁹ rei gratia ego paulus vinctus xp̄i ihesu ꝓ vobis gentibꝫ: si tamē audistis dispensatōnē gratie dei q̄ data est michi in vobis: qm̄ secūdum reuelatōnē notū michi factū ē sacramētū sicut supra scripsi ī breui ꝓut potestis legētes intelligere prudentiā meā ī misterio xp̄i: qd̄ alijs generationibꝫ nō est agnitū filijs hominū. sicuti nūc reuelatū est sanctis apl̄is eius ⁊ prophetis in spiritu: esse gētes coheredes ⁊ ꝯcorporales ⁊ ꝯparticipes ꝓmissionis ī xp̄o ihesu ꝑ euāgeliū cui⁹ fact⁹ sū ego minister scd̄m donū gratie dei q̄ data est michi scd̄m operatōnē virtutis ei⁹. Michi enī omniū sanctorū minimo data est gratia hec: ī gentibꝫ euāgelizare inuestigabiles diuitias xp̄i: et illuminare om̄es q̄ sit dispēsatō sacramēti abscōditi a seculis ī deo qui omnia creauit: ut innotescat pricipibꝫ et potestatibꝫ in celestibꝫ ꝑ ecclesiā multiformis sapiētia dei. scd̄m p̄finitionē seculoꝝ quā fecit ī xp̄o ihesu dn̄o nr̄o: in quo habem⁹ fiduciā et accessum in cōfidētia ꝑ fidē ei⁹. Propter qd̄ peto ne deficiatis ī tribulationibꝫ meis ꝓ vobis: q̄ est gloria vr̄a. Hui⁹ rei gr̄tia flecto genua mea ad patrē dn̄i nostri ihesu xp̄i ex quo omnis paternitas in celis ⁊ in terra nominat̄: ut det vobis secūdū diuitias glorie sue virtutē. corroborari ꝑ spiritū eius ī interiori hp̄ie xp̄m habitare ꝑ fidē ī cordibꝫ vestris: in caritate radicati ⁊ fundati: ut possitis cōp̄hēdere cū om̄ibꝫ sāctis q̄ sit latitudo ⁊ lōgitudo ⁊ sublimitas ⁊ ꝓfūdū. Scire etiā supeminētē sciētie caritatē xp̄i: ut impleamini ī omnē plenitudinem dei. Ei aūt q̄ potēs ē om̄ia facere supabundāter quā petim⁹ aut intelligim⁹ scd̄m virtutē q̄ operat̄ in nobis: ip̄i gloria ī ecclesia et ī xp̄o ihesu ī oēs generatōnes seculi scl̄oꝝ amē. iiij

Obsecro itaq; vos ego vinctus in dn̄o: ut digne ābuletis vocatione qua vocati estis cū omni humilitate et māsuetudine cū patiētia: supportantes inuicē ī caritate: solliciti seruare vnitatē spirit⁹ in vinculo pacis. Vnū corp⁹. vn⁹ spirit⁹: sicut ⁊ vocati estis in vna spe vocatōnis vr̄e. Vn⁹ dn̄s: vna fides: vnū baptisma. Vnus de⁹ et pater omniū: q̄ sup om̄es ⁊ ꝑ om̄ia: et ī om̄ibꝫ nobis. Vnicuiq; aūt nr̄m data est gratia scd̄m mensurā donatōnis xp̄i. Propter qd̄ dicit. Ascendēs ī altū captiuā duxit captiuitatē: dedit dona hominibus. Qd̄ aūt ascendit: quid ē nisi q̄a et descendit p̄mū ī inferiores partes terre? Qui descendit: ip̄e est ⁊ q̄ ascendit sup om̄es celos: ut adimpleret om̄ia. Et ip̄e dedit quosdā quidē apl̄os. quosdā aūt ꝓphetas. alios vero euāgelistas alios aūt pastores et doctores ad ꝯsūmationē sāctoꝝ in opus ministerij ī edificatōnē corporis xp̄i: donec occurram⁹ om̄es ī vnitatē fidei ⁊ agnitōnis filij dei. in virū ꝑfectū ī mensurā etatis plenitudinis xp̄i: ut iā nō sim⁹ paruuli fluctuantes

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0529
powered by DWork • Heidelberg University Library

et circūferam̄ om̄i vento doctrine ī ne-
quicia hominū in astucia ad circūuē-
tionē erroris. Veritatē aūt faciētes ī
caritate crescam⁹ in illo ꝑ om̄ia q̄ est
caput xp̄us: ex quo totū corp⁹ ꝯpactū
et cōnexū ꝑ omnē iūcturā sūministra-
tōnis scd̄m operationē ī mensurā uni-
uscuiusq; mēbri augmētū corporis fa-
cit: ī edificatōnē sui ī caritate. Hoc igi-
tur dico ⁊ testificor ī dn̄o: ut iā nō am-
buletis sicut et gētes ābulāt ī vanita-
te sensus sui tenebris obscuratū habē-
tes intellectū: alienati a vita dei ꝑ igno-
rātiā q̄ est in illis ꝓpter cecitatē cordis
ip̄oꝝ: q̄ desperātes semetip̄os tradide-
runt impudicicie · ī operatōnē immū-
dicie om̄is · ī auariciā. Vos aūt non
ita didicistis xp̄m: si tamē illū audi-
stis ⁊ ī ip̄o edocti estis sicut ē veritas in
ihesu: deponere vos scd̄m pristinā cō-
uersatōnē veterē hominē q̄ corrūpitur
scd̄m desideria erroris. Renouamini
aūt spiritu mētis vr̄e: ⁊ induite nouū
hominē q̄ scd̄m deū creatus est ī iusti-
cia ⁊ sāctitate veritatis. Propter qd̄ de-
ponētes mēdaciū loquimini veritatē
vnusquisq; cū ꝓximo suo: qm̄ sum⁹
inuicē mēbra. Irascimini: ⁊ nolite pec-
care. Sol nō occidat sup̄ iracūdiā ve-
stram. Nolite locū dare dyabolo. Qui
furabat̄ iā nō furet̄: magis aūt labo-
ret operādo manibꝫ suis q̄ bonū est:
ut habeat unde tribuat necessitatē pati-
enti. Om̄is s̄mo malus ex ore vestro
nō ꝓcedat: sed si quis bon⁹ ad edifica-
tionē fidei: ut det gratiā audiētibꝫ. Et
nolite ꝯtristare spiritū sanctū dei: ī quo
signati estis ī die redēptionis. Om̄is
amaritudo et ira et indignatio et cla-
mor ⁊ blasphemia tollat̄ a vobis: cū
om̄i malicia. Estote aūt inuicē beni-
gni: misericordes donātes inuicem:

sicut ⁊ de⁹ in xp̄o donauit vobis. v
Estote ergo imitatores dei sicut fi-
lij carissimi: ⁊ ābulate ī dilectio-
ne sicut ⁊ xp̄us dilexit nos: ⁊ tradidit
semetip̄m ꝓ nobis oblatōnē et hostiā
deo ī odorē suauitatis. Fornicatō au-
tem et om̄is immūdicia aut auaricia
nec noīetur in vobis · sicut decet san-
ctos: aut turpitudo aut stultiloquiū
aut scurrilitas q̄ ad rem nō ꝑtinet: sed
magis gratiaꝝ actio. Hoc enī scitote
intelligētes: q̄ omnis fornicator aut
immūdus aut auarus qd̄ est ydoloꝝ
seruit⁹ nō habet hereditatē ī regno xp̄i
⁊ dei. Nemo vos seducat inanibꝫ ver-
bis: ꝓpter hec enī venit ira dei ī filios
diffidētie. Nolite ergo effici participes
eoꝝ. Eratis enī aliquādo tenebre: nūc
aūt lux ī dn̄o: ut filij lucis ambulate.
Fruct⁹ enī lucis ē ī om̄i bonitate et iu-
sticia ⁊ veritate. Probātes quid sit be-
neplacitū deo: ⁊ nolite ꝯmunicare ope-
ribꝫ infructuosis tenebraꝝ: magis au-
tem redarguite. Que enī in occlto fiūt
ab ip̄is: turpe est ⁊ dicere. Om̄ia autē
q̄ arguūtur a lumine manifestantur.
Om̄e enī qd̄ manifestat̄ lumē ē. Pro-
pter qd̄ dicit. Surge q̄ dormis ⁊ exsur-
ge a mortuis: et illuminabit te xp̄us.
Videte itaq; fr̄es quomō caute ambu-
letis: nō q̄si insipiētes sed ut sapiētes:
redimētes tēp⁹ qm̄ dies mali sūt. Pro-
pterea nolite fieri imprudētes: sed ītelli-
gētes q̄ sit volūtas dei. Et nolite ine-
briari vino ī quo ē luxuria: sed imple-
mini spiritu sācto loquētes vobismet-
ip̄is ī psalmis ymnis ⁊ cāticis spirita-
libꝫ cātantes ⁊ psallētes in cordibꝫ ve-
stris dn̄o: gratias agētes semꝑ ꝓ om̄i-
bus in noīe dn̄i nr̄i ihesu xp̄i deo ⁊ pa-
tri. Subiecti inuicē: in timore xp̄i. Mu-
lieres viris suis subdite sīt sicut dn̄o:

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0530
powered by DWork • Heidelberg University Library

quoniã vir caput est mlieris sicut cristus caput est ecclesie: ipe saluator corporis eius. Sed sicut ecclesia subiecta est xpo: ita et mlieres viris suis ĩ omibz. Viri diligite vxores vras sicut et cristus dilexit ecclesiã: ⁊ seipm tradidit pro ea ut illã sãctificaret mũdãs eã lauacro aque ĩ verbo vite: ut exhiberet ipse sibi gloriosam ecclesiã nõ habẽtẽ maculã aut rugã aut aliqd huiusmodi: sed ut sit sãcta ⁊ ĩmaculata. Ita ⁊ viri debẽt diligere vxores suas: ut corpora sua. Qui suã vxorẽ diligit: seipm diligit. Nemo enĩ vnqz carnẽ suã odio habuit: sed nutrit ⁊ fouet eã sicut ⁊ xps ecclesiã: qa mẽbra sumus corpis eius de carne eius ⁊ de ossibz eius. Propter hoc relĩquet homo patrẽ ⁊ matrẽ suã: ⁊ adherebit vxori sue: ⁊ erũt duo in carne vna. Sacramẽtũ hoc magnũ ẽ. Ego aũt dico: in xpo ⁊ ĩ ecclesia. Verũtamẽ ⁊ vos singli vnusquisqz vxorẽ suã sicut seipm diligat: vxor aũt timeat virũ suũ. vi

Filij obedite parẽtibz vris ĩ dño. Hoc enĩ iustũ est. Honora patrẽ tuũ ⁊ matrẽ tuã: qd est mãdatũ pmũ in pmissione: ut bene sit tibi ⁊ sis longeuus sup terrã. Et patres nolite ad iracundiã puocare filios vros: sed educate illos ĩ disciplina et correptone dñi. Serui obedite dñis carnalibz cũ timore et tremore · in simplicitate cordis vri sicut xpo: nõ ad oculũ seruientes qsi hominibz placeatis: sed ut serui xpi faciẽtes volũtatẽ dei: ex animo cũ bona volũtate seruiẽtes sicut dño ⁊ nõ hominibz: sciẽtes qm vnusquisqz qdcunqz fecerit bonũ hoc recipiet a dño siue seruus siue liber. Et vos dñi eadẽ facite illis remittẽtes minas: scientes qa ⁊ illoz et vester dñs est ĩ celis: ⁊ psonaz acceptõ nõ ẽ apud deũ. De cetero fratres ɔfortamini ĩ dño: ⁊ in potẽtia virtutis eius. Induite vos armaturã dei ut possitis stare adũsus insidias dyaboli: qm nõ est nobis colluctatio adũsus carnẽ ⁊ sanguinẽ sed adũsus pricipes ⁊ potestates: adũsus mundi rectores tenebraz haz · ɔtra spiritalia nequicie ĩ celestibz. Propterea accipite armaturã dei ut possitis resistere ĩ die malo: et ĩ omibz pfecti stare. State ergo succincti lũbos vros in veritate: et induti loricã iusticie: ⁊ calciati pedes in pparatonẽ euãgelij pacis. In omibus sumẽtes scutũ fidei ĩ quo possitis omia tela nequissimi ignea extiguere: ⁊ galeã salutis assumite · ⁊ gladiũ spiritus qd ẽ verbũ dei: p omnẽ oratonẽ ⁊ obsecrationẽ orãtes omi tpe ĩ spiritu ⁊ ĩ ipo vigilãtes ĩ omi instãtia et obsecratone p omibus sanctis ⁊ p me: ut detur michi sermo in aptione oris mei cum fiducia notum facere misteriũ euangelij p quo legatone fungor in cathena: ita ut in ipo audeã put oportet me loqui. Ut aũt et vos sciatis q circa me sũt qd agã: omia vobis nota faciet tichicus carissimus frater et fidelis minister ĩ dño: quẽ misi ad vos ĩ hoc ipm ut cognoscatis q circa nos sunt: ⁊ ɔsolet corda vra pax fratribus et caritas cũ fide a deo pre nro: ⁊ dño ihesu xpo. Gratia cũ omibz q diligũt dñm nrm ih[illegible]m ĩ corruptone amẽ.

Hic incipit prologus in epla pauli ad philipenses

Philipenses sunt macedones. Hij accepto verbo veritatis pstiterunt in fide: nec receperũt falsos aplos. Hos collaudat aplus: scribẽs eis a roma de carcere p epafroditũ.

Incipit epla pauli ad philipẽs · i ·

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0531
powered by DWork • Heidelberg University Library

Paulus ⁊ thimotheus serui ihesu cristi: omnibus sanctis in xpo ihesu qui sunt philippis cum episcopis et dyaconibus. Gratia vobis ⁊ pax a deo patre nostro: et dno ihesu xpo. Gratias ago deo meo in omni memoria vestri semp in cunctis orationibus meis p omnibus vobis cum gaudio deprecationem faciens sup communicationem vestram in euangelio xpi a primo die usq; nunc: confidens hoc ipm quia qui cepit in vobis opus bonum perficiet usq; in diem xpi ihesu. Sicut est michi iustum hoc sentire p omnibus vobis: eo q habeam vos in corde ⁊ in vinclis meis ⁊ in defensione ⁊ confirmatione euangelij: socios gaudij mei omnes vos esse. Testis enim michi est deus quomodo cupiam omnes vos in visceribus ihesu xpi. Et hoc oro: ut caritas vestra magis ac magis abundet in omni scientia et in omni sensu: ut probetis potiora ut sitis sinceres et sine offensa in diem xpi: repleti fructu iusticie p ihesum xpm in laudem ⁊ gloriam dei. Scire aut volo vos fratres: quia que circa me sunt magis ad profectum venerunt euangelij. ita ut vincla mea manifesta fierent in xpo. in omni pretorio ⁊ in ceteris omnibus: ut plures e fratribus in dno. confidentes in vinculis meis. abundantius auderent sine timore verbum dei loqui. Quidam quidem et propter inuidiam ⁊ contentionem: quidam aut et propter bonam voluntatem xpm predicant. Quidam ex caritate: scientes quoniam in defensione euangelij positus sum. Quidam aut ex contentione xpm annunciant non sincere: existimantes pressuram se suscitare vinculis meis. Quid enim? Dum omni modo siue p occasionem siue per veritatem xpus annuncietur: ⁊ in hoc gaudeo: sed ⁊ gaudebo. Scio enim quia hoc michi proueniet ad salutem. per vestram orationem ⁊ suministrationem spiritus ihesu xpi. secundum exspectationem ⁊ spem meam quia in nullo confundar: sed in omni fiducia sicut semp et nunc magnificabitur xpus in corpore meo: siue per vitam siue p mortem. Michi enim viuere xpus est: ⁊ mori lucrum. Quod si viuere in carne. hic michi fructus operis est: et quid eligam ignoro: coartor autem: e duobus desiderium habens. Dissolui et esse cum xpo multo magis melius: p manere aut in carne. necessarium propter vos. Et hoc confidens scio quia manebo et p manebo omnibus vobis ad profectum vestrum ⁊ gaudium fidei: ut gratulatio vestra abundet in xpo ihesu in me: p meum aduentum iterum ad vos. Tantum digne euangelio xpi conuersamini: ut siue cum venero et videro vos. siue absens audiam de vobis: quia statis in vno spiritu. vnanimes. collaborantes fidei euangelij: et in nullo terreamini ab aduersarijs que est illis causa perditionis: vobis aut salutis. Et hoc a deo. Quia vobis donatum est p xpo. non solum ut in eum credatis sed ut etiam pro illo patiamini: idem certamen habentes quale et vidistis in me: et nunc audistis de me. ii.

Si qua ergo consolatio in cristo. si quod solatium caritatis. si qua societas spiritus. si qua viscera miserationis: implete gaudium meum. ut idem sapiatis. eandem caritatem habentes: vnanimes. idipm sentientes. Nichil p contentionem neq; p inanem gloriam: sed in humilitate superiores sibi inuicem arbitrantes: non que sua sunt singuli considerantes. sed ea que aliorum. Hoc enim sentite in vobis: quod ⁊ in cristo ihesu.

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0532
powered by DWork • Heidelberg University Library

Qui cū in forma dei esset non rapinā arbitrat⁹ ē esse se equalē deo: sed semet-ipm exinaniuit formā serui accipiens in similitudinē hominū factus: et habitu inuent⁹ ut homo humiliauit semetipm fact⁹ obediēs usq; ad mortē: mortem aūt crucis. Propter qd̄ et de⁹ exaltauit illū. ⁊ donauit illi nomē qd̄ est sup omē nomē: ut in noīe ihesu omne genu flectat̄ celestiū terrestriū et infernor: ⁊ om̄is lingua confiteat̄ quia dn̄s ihesus xp̄s in gloria est dei p̄ris. Itaq; carissimi mei sicut semp obedistis: nō in p̄sentia mei tantū sed multomagis nūc in absentia mea: cū metu et tremore vestrā salutem operamini. Deus est enī q̄ operat̄ in vobis et velle ⁊ p̄ficere p̄ bona volūtate. Om̄ia aūt facite sine murmurac̄onib; et hesitac̄onib; ut sitis sine querela ⁊ simplices filij dei sine rep̄hensione in medio nationis praue et p̄uerse: inter q̄s lucetis sicut luminaria in mūdo verbū vite ɔtinētes ad gloriā meā ī die xp̄i: q̄a nō inuacuū cucurri neq; inuacuū laboraui: sed ⁊ si īmolor supra sacrificiū ⁊ obsequiū fidei vr̄e: gaudeo ⁊ cōgratulor om̄ibus vobis. Idipm aūt et vos gaudete: ⁊ ɔgratulamini michi. Spero autē in dn̄o ihesu thimotheū me cito mittere ad vos: ut ⁊ ego bono animo sim cognitis q̄ circa nos sunt. Neminē enī habeo tam vnanimē: qui sincera affectione p̄ vobis sollicit⁹ sit. Om̄es enī q̄ sua sunt querūt: nō q̄ sūt ihesu cristi. Experimētū aūt ei⁹ cognoscite: q̄a sicut patri fili⁹ mecū seruiuit in euangelio. Hūc igit̄ spero me mittere ad vos: mox ut videro q̄ circa me sūt. Cōfido aūt ī dn̄o: qm̄ et ip̄e veniā ad vos cito. Necessarium aūt existimaui epafroditū fratrem ⁊ cooperatorem et cōmilitonē meū. vr̄m aūt apl̄m. et ministrum necessitatis mee. mittere ad vos: quoniāquidē omnes vos desiderabat: ⁊ mest⁹ erat p̄pterea q̄ ⁊ audieratis illū infirmatū. Nā ⁊ infirmatus ē usq; ad mortem: sed de⁹ misert⁹ est ei⁹. Nō solū aūt ei⁹: verum etiā et mei: ne tristiciā super tristiciā haberem. Festinanti⁹ ergo misi illū: ut viso eo iterū gaudeatis: ⁊ ego sine tristicia sim. Excipite itaq; illū cū om̄i gaudio ī dn̄o: et eiusmodi cū honore habetote: qm̄ propter op⁹ xp̄i usq; ad mortē accessit. tradens aīam suā. ut impleret id qd̄ ex vobis deerat erga meū obseq̄ū. iii.

De cetero fratres mei gaudete ī domino. Eadē vobis scribere michi quidē nō pigrū: vobis aūt necessariū. Videte canes: videte malos operarios: videte concisionē. Nos enī sum⁹ circūcisio q̄ spiritu seruim⁹ deo: ⁊ gloriamur ī xp̄o ihesu ⁊ nō in carne fiduciam habētes: quāq̄; et ego habeā cōfidentiā in carne. Si quis alius videt̄ confidere in carne: ego magis. circūcisus octaua die ex genere israhel de tribu beniamin: hebreus ex hebreis secūdum legem phariseus: scd̄m emulationē p̄sequēs ecclesiā dei: scd̄m iusticiā que ī lege ē ɔuersat⁹ sine querela. Sed q̄ michi fuerūt lucra: hec arbitrat⁹ sum propter xp̄m detrimēta. Verūtamē existimo omnia detrimentū esse p̄pter eminentē sciētiā ihesu xp̄i dn̄i mei: p̄pter quē omnia detrimentū feci ⁊ arbitror ut stercora ut xp̄m lucrifaciā: ut et inueniar in illo nō habens meā iusticiam que ex lege est: sed illā que ex fide ē xp̄i. que ex deo est iusticia in fide ad cognoscendū illū. ⁊ virtutem resurrectionis eius. ⁊ societatem passionū illius. configurat⁹ morti eius: si quomodo



Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0533
powered by DWork • Heidelberg University Library

occurrā ad resurrectionē que ē ex mortuis: nō q̄ iam acceperim aut iā ꝑfect⁹ sim. Sequor aūt: comp̄hendā ī quo et comp̄hensus sum a xp̄o ihesu. Fratres: ego me non arbitror ꝯprehēdisse. Vnū aūt: que quidē retro sunt obliuiscens ad ea vero q̄ sunt p̄ora extendēs meip̄m: ad destinatū ꝑsequor. ad brauiū supne vocatōnis dei in xp̄o ihesu. Quicunq; ergo ꝑfecti sumus hoc sentiam⁹: et si quid aliud sapitis: et hoc vobis deus reuelauit. Verūtamen ad quod ꝑuenimus ut idem sapiamus: et in eadem ꝑmaneam⁹ regula. Imitatores mei estote fratres: et obseruate eos qui ita ambulāt sicut habetis formam nostrā. Multi enim ambulant q̄s sepe dicebā vobis: nūc aūt ⁊ flens dico inimicos crucis xp̄i: quorū finis interitus: quoꝝ deus venter est: et gloria in confusione ipsoꝝ qui terrena sapiunt. Nostra aūt conuersatō in celis est. Vnde etiam saluatorem exspectamus dominū nostrū ihesum cristum: qui reformabit corpus humilitatis nostre configuratum corpori claritatis sue: secundum operationem qua etiā possit subicere sibi om̄ia. iiii

Itaq; fratres mei carissimi et desiderantissimi: gaudiū meū ⁊ corona mea: sic state ī dn̄o carissimi. Euchodiā rogo ⁊ sinthicen dep̄cor ī idip̄m sapere ī domino. Etia rogo ⁊ te germane cōpar: adiuua illas que mecū laborauerūt in euangelio cum clemēte et ceteris adiutoribus meis: quoꝝ nomina sunt in libro vite. Gaudete in dn̄o semꝑ: iterum dico gaudete. Modestia vestra nota sit om̄ibus hominibꝫ. Domin⁹ enim ꝓpe est. Nichil solliciti sitis: sed ī omni oratione et obsecratōne cū gratiaꝝ actione petitiones vr̄e innotescāt apud deū. Et pax dei que exuperat omnē sensum: custodiat corda vestra et intelligentias vestras in xp̄o ihesu. De cetero fratres quecunq; sunt vera. quecunq; pudica. quecunq; iusta. quecunq; sancta. quecūq; amabilia. quecunq; bone fame: si qua virt⁹. si qua laus discipline. hee cogitate: q̄ ⁊ didicistis. et accepistis. et audistis. et vidistis in me. Hec agite: ⁊ deus pacis erit vobiscū. Gauisus sum aūt ī domino vehementer quoniā tandē aliquādo refloruistis ꝓ me sentire sicut et sentiebatis. Occupati aūt eratis. Non quasi propter penuriā dico. Ego enim didici in quibus sum sufficiens esse. Scio ⁊ humiliari: scio ⁊ abūdare. Vbiq; et in omnibꝫ institut⁹ sum: ⁊ satiari et esurire et abundari et penuriam pati. Omnia possum: in eo qui me ꝯfortat. Verūtamen bene fecistis: ꝯmunicantes tribulationi mee. Scitis aūt et vos philipenses q̄ in principio euangelij quādo ꝓfect⁹ sum a macedonia. nulla michi ecclesia ꝯmunicauit in ratione dati ⁊ accepti. nisi vos soli: quia et thessalonicā semel ⁊ bis ī vsum michi misistis. Nō q̄a quero datū: sed requiro fructū abūdātē ī ratōne vr̄a. Habeo aūt omnia: ⁊ abundo. Repletus sum acceptis ab epafrodito: que misistis ī odorem suauitatis hostiā acceptam placentem deo. Deus autem meus impleat omne desideriū vestrū secūdum diuitias suas in gloria in xp̄o ihesu. Dico aūt et patri nostro gloria: in secula seculorū amen. Salutate omnē sanctum in xp̄o ihesu. Salutant vos qui mecum sunt fratres. Salutant vos omnes sancti: maxime autem qui de cesaris domo sunt. Gratia domini nr̄i ihesu xp̄i cū spiritu vr̄o amē.

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0534
powered by DWork • Heidelberg University Library

Hic incipit prologus in epla pauli ad colocenses ·m·v·

COlosenses·z hij sicut z laodicenses sunt aliani: et ipi puenti erant a pseudo apls. Hec ad hos accessit ipe aplus: sed z hos p eplam recorrigit. Audierāt enī verbū ab archippo: qui et ministeriū in eos accepit. Ergo apostolus iam ligatus scribit eis ab epheso per tychicum dyaconem et onesimū acolitum.

Incipit epla pauli ad colocenses ·i·

PAulus aplus ihesu xpi p volūtatem dei et thimothe⁹ frater: hijs qui sūt colosis sanctis et fidelibus fratribs in xpo ihesu. Gratia vobis et pax a deo patre nro. Gratias agimus deo z patri dñi nri ihesu xpi semp p vobis orātes: audientes fidē vestram in xpo ihesu z dilectionē quā habetis in sanctos oēs propter spem que reposita est vobis ī celis: quā audistis in verbo veritatis euangelij qđ venit ad vos sicut z in vniuerso mūdo ē: z fructificat z crescit sicut in vobis ex ea die qua audistis et cognouistis gratiā dei in veritate: sicut didicistis ab epafra carissimo cōserua nro: q̄ ē fidelis p vobis minister xpi ihesu. Qui etiā manifestauit nobis dilectionē vestrā in spiritu. Ideo z nos ex qua die audiuim⁹ nō cessam⁹ pro vobis orantes: z postulantes ut impleamini agnitione voluntatis eius ī oīi sapientia z intellectu spirituali: ut ambuletis digne deo p oīa placentes: in oīi opere bono fructificantes et crescentes in scientia dei: in omni virtute confortati secundum potentiā claritatis eius in omni patientia et longanimitate: cum gaudio gratias agētes deo patri: q̄ dignos nos fecit ī partem sortis sanctoz in lumine. Qui eripuit nos de potestate tenebrarū: et trāstulit in regnū filij dilectionis sue: in quo habem⁹ redemptionē et remissionē peccatoz. Qui est ymago dei invisibilis· primogenit⁹ omnis creature: quoniā in ipo condita sunt vniuersa in celis z in terra visibilia z invisibilia. Sive throni sive dñationes sive principatus sive potestates: omnia p ipm et in ipo creata sunt. Et ipe est ante omnes: et omnia in ipo constant. Et ipe est caput corporis ecclesie qui est principiū primogenit⁹ ex mortuis: ut sit in oīibs ipe pmatū tenens. Quia in ipo complacuit omnē plenitudinē inhabitare: z p eū reconciliari oīa in ipo: pacificans p sanguinē crucis eius sive que in terris sive que in celis sunt. Et vos cum essetis aliquādo alienati z inimici sensu· in operibs malis: nūc aūt reconciliauit in corpore carnis ei⁹ p mortē· exhibere vos sanctos z immaculatos z irreprehensibiles coram ipo: si tamē pmanetis in fide fundati z stabiles et immobiles a spe euāgelij qđ audistis: qđ pdicatū ē ī oīi creatura q̄ sub celo ē: cui⁹ factus sū ego paul⁹ minister: q̄ nūc gaudeo ī passionibs p vobis: z adimplebo ea q̄ desunt passionū xpi ī carne mea p corpore ei⁹ qđ ē ecclesia. Cui⁹ factus sum ego minister sēm dispensationē dei q̄ data ē michi in vobis: ut impleā verbū dei· misteriū qđ absconditū fuit a seculis et generationibs: nūc aūt manifestū est sanctis ei⁹ quibus voluit de⁹ notas facere divitias glorie sacramēti hui⁹ ī gētibus: q ē xps ī vobis spes glorie· quē nos

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0535
powered by DWork • Heidelberg University Library

annūciam⁹: corripiētes omnē hoīem et docentes in oīm sapientia: ut exhibeam⁹ omnē hoīem ꝑfectū in xp̄o ihesu: ī quo et laboro certādo scd̄m operatōnē ei⁹ quā operat̄ ī me ī virtute. ·ij·

Volo enī vos scire qualē sollicitudinē habeā ꝓ vobis et pro hijs qui sunt laoditie· ⁊ quicūq; nō viderūt faciē meā in carne: ut ꝯsolentur corda ip̄oꝝ instructi in caritate et in omnes diuitias plenitudinis intellect⁹ ī agnitione misterij dei p̄ris xp̄i ihesu: ī quo sunt omnes thesauri sapientie ⁊ scientie abscōditi. Hoc aūt dico: ut nemo vos decipiat in sublimitate sermonū. Nā et si corpore absens sum: sed spiritu vobiscū sum gaudēs ⁊ vidēs ordinē vestrū· ⁊ firmamentū· ei⁹ que in xp̄o est fidei vestre. Sicut ergo accepistis ihesū xp̄m dn̄m nostrū in ip̄o ambulate: radicati ⁊ supedificati in ip̄o· ⁊ cōfirmati in fide sicut ⁊ didicistis: abūdantes in illo in gr̄tiaꝝ actione. Videte ne q̄s vos decipiat ꝑ philosophiā et inanē fallaciā: scd̄m traditionē hominū· secūdū elementa mūdi: et nō scd̄m xp̄m. Quia in ip̄o inhabitat oīs plenitudo diuinitatis corporaliter: et estis in illo repleti q̄ est caput oīs pr̄icipat⁹ et potestatis. In quo et circuncisi estis circūcisione nō manufacta ī exspoliatōne corporis carnis: sed ī circūcisione xp̄i consepulti ei in baptismo: in quo et resurrexistis per fidem operationis dei qui suscitauit illū a mortuis. Et vos cū mortui essetis in delictis ⁊ ꝓp̄ucio carnis vestre cōuiuificauit cū illo donans vobis omnia delicta: delens quod adūsus nos erat cyrographū decreti qd̄ erat ꝯtrariū nobis. Et ip̄m tulit de medio affigens illud cruci: ⁊ exspolians principatus et potestates traduxit cōfidenter: palā triumphās illos ī semetip̄o. Nemo ergo vos iudicet in cibo aut in potu aut ī parte diei festi aut neomenie aut sabbatoꝝ q̄ sūt umbra futuroꝝ: corp⁹ aūt xp̄i. Nemo vos seducat volens in humilitate et religione angeloꝝ que non vidit· ambulās frustra inflat⁹ sensu carnis sue: et nō tenens caput ex quo totū corpus ꝑ nex⁹ et cōiunctiones sūministratū et cōstructū crescit ī augmētū dei. Si mortui estis cū xp̄o ab elemētis hui⁹ mundi: q̄d adhuc tanq̄ viuentes in mūdo decernitis? Ne tetigeritis· neq; gustaueritis· neq; cōtrectaueritis: que sunt omnia in interitu ip̄o usu scd̄m p̄cepta et doctrinas hominū: que sunt rationem quidem habentia sapientie in superstitione et humilitate et nō ad parcendum corpori: non in honore aliquo ad saturitatem carnis. ·iij·

Igit̄ si ꝯresurrexistis cū xp̄o q̄ sursū sunt querite ubi xp̄s est in dextra dei sedens: que sursū sūt sapite: nō que sup terrā. Mortui enim estis et vita vr̄a abscondita est cū xp̄o in deo: cū aūt xp̄s apparuerit vita vr̄a: tūc ⁊ vos apparebitis cū ip̄o in gloria. Mortificate ergo mēbra vr̄a que sūt sup terrā: fornicationē· immūdiciā· libidinē· ꝯcupiscentiā malā· et auariciā· q̄ est simulacroꝝ seruit⁹: propter que venit ira dei sup filios incredulitatis· in quibꝫ ambulastis aliquādo cū viueritis in illis. Nūc autē deponite et vos oīa: irā indignationē maliciā blasphemiā turpē sermonem de ore vr̄o. Nolite mētiri inuicē: exspoliātes vos veterē hoīem cū actibꝫ suis et induentes nouū eū q̄ renouat̄ in agnitionē scd̄m ymaginē ei⁹ q̄ creauit eū: ubi nō est gentilis ⁊ iude⁹: circūcisio et ꝓp̄uciū· barbar⁹ et scita· seruus

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0536
powered by DWork • Heidelberg University Library

et liber: sed omnia & in omnibus xps.
Induite vos ergo sicut electi dei sancti
et dilecti viscera misericordie: benignitatem·humilitatem·modestiam·patientiam·supportates invicem & donantes vobismetipis si quis adversus aliquē habet querelam: sicut & dominꝰ donavit vobis ita et vos. Super omnia aūt hec caritatem habete qđ est vinculū pfectionis: et pax xpi exultet in cordibus vestris· in qua et vocati estis ī uno corpore: & grati estote. Verbum xpi habitet in vobis abūdāter: in omni sapientia docentes et cōmonentes vosmetipos psalmis ymnis & canticis spiritalibꝫ in gratia cantātes in cordibus vestris deo. Omne qcūqꝫ facitis in verbo aut in opere: omnia in noie dñi nostri ihesu xpi: gratias agentes deo et patri p ipm. Mulieres subdite estote viris: sicut oportet ī domino. Viri diligite uxores vestras: & nolite amari esse ad illas. Filij obedite parentibus per omnia: hoc enim placitum est in dño. Pres nolite ad iracūdiam provocare filios vestros: ut non pusillo animo fiant. Serui obedite p omnia dnis carnalibus: nō ad oculū seruientes quasi hominibus placentes: sed in simplicitate cordis timentes deū. Qcunqꝫ facitis· ex animo operamini·sicut dño & non hominibus: scientes qꝫ a domino accipietis retributionē hereditatis. Dño xpo seruite. Qui enim iniuriam facit recipiet id quod inique gessit: et non est personarum acceptō apud deū. mp·

Omini quod iustum est et equū· seruis prestate: scientes qꝫ & vos dnm habetis in celo. Oratoni instate vigilātes in ea ī gratiarū actione: orantes simul et pro nobis: ut deꝰ aperiat nobis ostium sermonis ad loquēdū misteriū xpi: propter quod etiam vinctus sum: ut manifestem illud ita ut oportet me loqui. In sapientia ābulate ad eos q foris sunt: tempꝰ redimentes. Sermo vester semp in gratia sale sit ꝺtus: ut sciatis quomō oporteat vos unicuiqꝫ respōdere. Que circa me sunt omnia vobis nota faciet tychicꝰ carissimus frater & fidelis minister et ꝺseruꝰ in dño: quē misi ad vos ad hoc ipm ut cognoscat q orca vos sūt: & ꝺsolet corda vra cū onesimo carissimo & fideli fratre q ex vobis ē: q omnia q hic agūtur nota facient vobis. Salutat vos aristarcꝰ cōcaptiuꝰ meꝰ: et marcꝰ ꝺsobrinꝰ barnabe: de quo accepistis mādata. Si venerit ad vos: suscipite illū. Et ihesus q dicit iustus: qui sūt ex circūcisione. Hij soli sunt adiutores mei in regno dei: qui mihi fuerunt solatō. Salutat vos epafras qui ex vobis est seruus xpi ihesu: semper sollicitus pro vobis in oratonibus: ut stetis perfecti et pleni in omni voluntate dei. Testimonium enim illi perhibeo: qꝫ habet multū laborem pro vobis & pro his qui sunt laodicie et q ierapoli. Salutat vos lucas medicus carissimus: et demas. Salutate fratres qui sunt laodicie et nymphan: et q in domo eius est ecclesiam. Et cum lecta fuerit apud vos epistola hec· facite ut et in laodicensium ecclesia legatur: & eam que laodicensium est vobis legatur. Et dicite archippo. Vide ministeriū qđ accepisti in dño: ut illud impleas. Salutatō mea: manu pauli. Memores estote vinculoꝝ meoꝝ. Gratia dñi ihesu vobiscū amē.

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0537
powered by DWork • Heidelberg University Library

Hic incipit prologus in epla pma ad thessalonicenses

Thessalonicenses sūt macedones: qui accepto verbo veritatis perstiterūt in fide: etiā in persecutione ciuiūm suoꝝ. Preterea nec receperūt falsos apostolos: nec ea q̄ a falsis aplis dicebātur. Hos collaudat aplus scribēs eis ab athenis: per ychicū dyaconū et onesimū acolitū. Hic incipit epla pma ad thessalonicenses .i.

Paulus et siluanus ⁊ thimotheus: ecclesie thessalonicensiū in deo patre nostro et dño ihesu cristo: gratia vobis ⁊ pax. Gratias agim⁹ deo semp pro omnibus vobis memoriā vestri facientes in orationibꝫ nr̄is sine intermissione: memores operis fidei vr̄e et laboris: et caritatis: ⁊ sustinētie spei dñi nr̄i ihesu cristi: ante deū et p̄rem nr̄m. Scientes fratres dilecti a deo electionē vr̄am: qa euāgeliū nr̄m nō fuit ad vos in sermone tātum sed et in virtute et in spiritu sancto et in plenitudine multa: sicut scitis quales fuerim⁹ i vobis ꝓpter vos. Et vos imitatores nr̄i facti estis ⁊ domini: excipientes verbū in tribulatione multa cū gaudio spiritꝰ sancti: ita ut facti sitis forma oīnibꝫ credentibꝫ in macedonia et in achaia. A vobis enī diffamat⁹ est sermo dñi nō solū in macedonia et in achaia: sed et in oīni loco fides vr̄a q̄ ē ad deū ꝓfecta est: ita ut nō sit nobis necesse quicq̄ loqui. Ipi enī de nobis annūciāt qualē introitū habuerim⁹ ad vos: et quomō conversi estis ad deū a simulacris seruire deo viuo ⁊ vero: et exspectare filium eius de celis quem suscitauit ex mortuis ihesum: quia eripuit nos ab ira ventura. ¶ Nam ipi scitis fratres introitū nostrū ad vos: quia nō inanis fuit: sed ante passi multa: et cōtumelijs affecti sicut scitis in philippis: fiduciā habuim⁹ in deo nr̄o loqui ad vos euangeliū dei in multa sollicitudine. Exhortatio enī nr̄a nō de errore neq; de immūditia neq; in dolo: sed sicut probati sum⁹ a deo ut crederet nobis euāgeliū ita loquimur: nō quasi hominibus placentes: sed deo qui probat corda nr̄a. Neq; enī aliquādo fuim⁹ in sermone adulationis sicut scitis: neq; in occasione auaricie deus testis est: nec querentes ab hominibꝫ gloriā neq; a vobis neq; ab alijs cū possem⁹ vobis oneri esse ut cristi apli. Sed facti sumus paruuli in medio vr̄m tāq̄ si nutrix foueat filios suos: ita desiderātes vos cupide: volebam⁹ tradere vobis nō solū euangeliū dei sed etiā animas nr̄as: quoniā carissimi nobis facti estis. Memores enim facti estis fratres laboris nostri et fatigationis: nocte et die operātes: ne quē vestrū grauaremus: predicauim⁹ in vobis euāgeliū dei. Vos testes estis et deus: q̄m sancte et iuste et sine querela vobis qui credidistis fuim⁹ sicut scitis: qualiter unūquēq; vestrū sicut pater filios suos deprecātes vos ⁊ cōsolātes: testificati sumus ut ambularetis digne deo qui vocauit vos in suū regnū ⁊ gloriam. Ideo et nos gratias agim⁹ deo sine intermissione: quoniā cū accepisset is a nobis verbū auditꝰ dei accepistis illud nō ut verbū hominū sed sicut est vere verbū dei: qui operat in vobis q̄ credidistis. Vos enī imitatores facti estis fratres ecclesiarū dei que sunt in



Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0539
powered by DWork • Heidelberg University Library

iudea in cristo ihesu: quia eadem passi
estis ⁊ vos a ꝯtribulibus vestris sicut
et ipi a iudeis: q̄ ⁊ dn̄m occiderūt ihesū
et ꝓphetas et nos ꝑsecuti sunt: ⁊ deo
nō placent. ⁊ om̄ibus hominibus ad-
uersant̄: prohibentes nos gentilibus
loqui ut salue fiāt: ut impleāt peccata
sua semper. Preuenit ira dei sup̄ illos
usq; in finē. Nos aūt fratres desolati
a vobis ad tempus ore. aspectu non
corde: abundātius festinauimus faciē
vestrā videre cum multo desiderio: qm̄
noluimus venire ad vos. Ego quidē
paulus ⁊ semel et iterū: sed impediuit
nos sathanas. Que ē enī nr̄a spes aut
gaudiū aut corona gl'e? Nōne vos
āte dn̄m nr̄m ihesū cristū ī aduētu ei⁹?
Vos enī estis gl'a nr̄a ⁊ gaudiū. iii

Propter qd̄ nō sustinētes āplius.
placuit nobis remanere athenis
solis: ⁊ misimus thimotheū fratrem
nostrū ⁊ ministrū dei ī euangelio cristi
ad ꝯfirmandos vos ⁊ exhortandos
pro fide vestra: ut nemo moueat̄ in tri-
bl'ationibus istis. Ipi enī scitis: q̄ in
hoc positi sumus. Nā ⁊ cū apud vos
essemus p̄dicebamus vobis passuros
vos tribl'ationes: sicut et factū est ⁊ sci-
tis. Propterea ⁊ ego ampli⁹ nō susti-
nēs misi ad cognoscendā fidē vr̄am:
ne forte temptauerit vos is q̄ tēptat: et
inanis fiat labor noster. Nūc autem
veniēte thimotheo ad nos a vobis et
ānunciāte nobis fidē ⁊ caritatem ve-
strā: ⁊ quia memoriā nostri habetis
bonā: sēper desiderātes nos videre. sicut
et nos quoq; vos: ideo ꝯsolati sum⁹
fratres. in vobis in om̄i necessitate et
tribulatione nr̄a ꝑ fidē vestrā: quoni-
am nūc viuimus: si vos statis ī dn̄o.
Quā enī gratiarū actionē possum⁹ deo
retribuere pro vobis ī omni gaudio
quo gaudem⁹ propter vos ante deū
nr̄m: nocte ac die abundātius orātes
ut videam⁹ faciē vr̄am ⁊ ꝯpleam⁹ ea
que desunt fidei vr̄e? Ipe aūt de⁹ ⁊ pater
noster ⁊ dn̄s ihesus cristꝰ dirigat viā
nr̄am ad vos. Vos aūt dn̄s mlt̄ipli-
cet: ⁊ abundare faciat caritatē vr̄am ī
inuicē ⁊ ī om̄es: quēadmodū ⁊ nos ī
vobis ad ꝯfirmāda corda vr̄a sine que-
rela ī sanctitate āte deum ⁊ patrem no-
strum in aduentu dn̄i nostri ihesu cri-
sti cum om̄ibus sāctis ei⁹ amen. iiii

De cetero ergo fratres rogam⁹ vos
et obsecram⁹ ī dn̄o ihesu: ut quē-
admodū accepistis a nobis quomo-
do oporteat vos ambl'are et placere
deo sicut ⁊ ambl'etis: ut abūdetis ma-
gis. Scitis enī q̄ p̄cepta dederī vobis
per dn̄m ihesū. Hec ē aūt volūtas dei
sanctificatō vr̄a ut abstineatis vos a
fornicatione: ut sciat unusq̄sq; vestrū
vas suū possidere ī sāctificatione ⁊ ho-
nore: nō ī passione desiderij sicut ⁊ gen-
tes q̄ ignorāt deū. Et ne q̄s supgredi-
atur neq; circūueniat in negocio frēm
suū: qm̄ vindex ē dn̄s de hijs om̄ibus
sicut p̄diximꝰ vobis ⁊ testificati sum⁹.
Nō enī vocauit nos de⁹ ī immūdiciā:
sed in sāctificationē. Itaq; qui hec spe-
nit nō hominē spernit sed deū: q̄ etiā de-
dit spiritū suū sāctum ī nobis. De ca-
ritate aūt fraternitatis non necesse ha-
buim⁹ scribere vobis. Ipsi enim vos a
deo didicistis: ut diligatis inuicē. Et e-
nim illud facitis ī om̄es fratres: in u-
niūsa macedonia. Rogam⁹ aūt vos
fratres ut abūdetis magis: ⁊ operā de-
tis ut quieti sitis. ⁊ ut vr̄m negociū a-
gatis. ut operemini manibꝫ vr̄is sicut
precepim⁹ vobis: ⁊ ut honeste ambl'e-
tis ad eos q̄ foris sunt. ⁊ nulli⁹ aliq̄d
desideretis. Nolum⁹ aūt vos ignorare

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0540
powered by DWork • Heidelberg University Library

fratres de dormiẽtibus: ut nõ contriste-
mini sicut et ceteri qui spem nõ habent.
Si enĩ credimus q̃ ihesus mortuus ẽ
et resurrexit: ita ⁊ deus eos q̃ dormierũt
per ihesum adducet cũ eo. Hoc enĩ vo-
bis dicimus in verbo dñi: quia nos
qui viuimus q̃ residui sumus: ĩ aduẽ-
tu dñi nõ p̃ueniem⁹ eos q̃ dormierũt.
Quoniã ip̃e dñs in iussu ⁊ in voce ar-
changeli ⁊ in tuba dei descendet de celo:
et mortui qui in cristo sunt resurgent
primi. Deinde nos q̃ viuimus q̃ relin-
quimur simul rapiemur cũ illis ĩ nu-
bibus obuiam cristo in aera: ⁊ sic sem-
per cum domino erimus. Itaq; conso-
lamini inuicem in verbis istis.

De temporibus aũt ⁊ momentis
fratres nõ indigetis ut scribam⁹
vobis. Ip̃i enĩ diligẽter scitis: q̃a dies
dñi sicut fur ĩ nocte ita veniet. Cũ enĩ
dixerint pax ⁊ securitas: tũc repentin⁹
eis supueniet interit⁹ sicut dolor ĩ vte-
ro habentis: ⁊ nõ effugient. Vos aũt
fratres nõ estis in tenebris: ut vos di-
es ille tanq̃ fur comp̃hendat. Om̃es
enĩ vos filij lucis estis: ⁊ filij diei. Nõ
estis noctis neq; tenebraꝝ. Igit̃ non
dormiamus sicut ⁊ ceteri: sed vigilem⁹
et sobrij sumus. Qui enĩ dormiũt no-
cte dormiũt: ⁊ qui ebrij sũt nocte ebrij
sũt. Nos aũt q̃ diei sumus sobrij su-
mus: induti loricã fidei ⁊ caritatis et
galeã spem salutis: qm̃ nõ posuit nos
deus in irã sed in acquisitionẽ salutis
per dñm nr̃m ihesũ cristũ qui mortu⁹ ẽ
pro nobis: ut siue vigilem⁹ siue dor-
miamus: simul cũ illo viuam⁹. Pro-
pter qd̃ ꝯsolamini inuicem ⁊ edificate
alterutrũ: sicut ⁊ facitis. Rogam⁹ aũt
vos fr̃es ut noueritis eos q̃ laborant
inter vos ⁊ p̃sunt vobis ĩ dño ⁊ mo-
nent vos: ut habeatis illos abũdãti⁹
in caritate ꝓpter opus illoꝝ: ⁊ pacẽ ha-
bete cũ eis. Rogam⁹ aũt vos fratres:
corripite inquietos ⁊ ꝯsolamini pusil-
lanimes ⁊ suscipite infirmos: patiẽtes
estote ad om̃es. Videte ne quis malũ
pro malo alicui reddat: sed semꝑ qd̃
bonũ est sectamini ĩ inuicẽ ⁊ in om̃es.
Semper gaudete: sine intermissione o-
rate: ĩ om̃ibus gratias agite. Hec est
enĩ volũtas dei in cristo ihesu: ĩ om̃ib3
vobis. Spiritũ nolite extinguere: pro-
phetias nolite spernere. Om̃ia autem
probate: qd̃ bonũ est tenete: ab omni
specie mala abstinete vos. Ip̃e aũt de⁹
pacis sanctificet vos ꝑ om̃ia: ut inte-
ger spiritus vester et aĩa ⁊ corpus sine
querela in aduentu domini nr̃i ihesu
cristi seruet̃. Fidelis ẽ qui vocauit vos:
qui etiã faciet. Fratres: orate pro no-
bis. Salutate fratres om̃es: in osc'o
sancto. Adiuro vos ꝑ dñm: ut legat̃
epistola hec om̃ibus sanctis fratribus.
Gratia dñi nr̃i ihesu cristi vobiscũ a-
men. Incipit ꝓlogus in epl'a pau-
li ad tessalonicens' scdo iiii.

Ad thessalonicenses secũdã
scribit epl'am apl'us: ⁊ no-
tũ facit eis de tẽporib3 no-
uissimis et de aduersarij
deiectione. Scribit hanc epistolam
ab athenis per titum dyaconem et
onesimum acolitum. Incipit epl'a
ad tessalonicenses scdo .i.

Paulus ⁊ siluanus
⁊ thimothe⁹: ecclesie
thessalonicensiũ in
deo patre nr̃o ⁊ dño
ihesu cristo: gratia
vobis et pax a deo
Habuit quidē ⁊ prius iustificatōnes culture: ⁊ sanctū secl'are. Tabernacl'm enī factum ē primū· in quo erant candelabra ⁊ mensa et ꝓpositio panū quod dicit̄ sancta: post velamētum aūt· scd'm tabernacl'm qd̄ dicitur sancta sāctoꝝ aureū habēs thuribl'm et archam testamēti circūtectā ex omni parte auro: in qua urna aurea habēs manna· et virga aaron que fronduerat· et tabule testamenti: supq; eā cherubin gl'e obumbrātia ꝓpitiatoriū: de quibus non ē modo dicendū ꝑ singl'a. Hijs vero ita cōpositis· in p̄ori quidē tabernacl'o semꝑ introibāt sacerdotes sacrificioꝝ officia ꝯsummātes: ī scd'o aūt semel ī āno solus pōtifex non sine sāguine quē offerret ꝓ sua ⁊ ꝓpli ignorantia: hoc lignificāte spiritu sancto· nōdū ꝓpalatā esse sāctorū viā adhuc priore tabernacl'o habēte statū. Que parabola ē tēporis instātis: iuxta quā munera ⁊ hostie offerūtur q̄ nō possūt iuxta cōscientiā ꝑfectū facere seruientē: solūmodo in cibis et ī potibꝫ ⁊ in varijs baptismatibꝫ ⁊ iustitijs carnis: usq; ad tempus correctionis impositis. Cristus aūt assistens pōtifex futuroꝝ bonoꝝ ꝑ amplius ⁊ ꝑfectius tabernaculū nō manufactū id est non huius creationis: neq; per sanguinē hircorū aut vitulorū sed ꝑ ꝓpriū sanguinē introiuit semel ī sancta: eterna redēptōne inuēta. Si enī sanguis hircoꝝ ⁊ thaurorum ⁊ cinis vitule aspersus inq̄natos sāctificat ad emūdationē carnis: quātomagis sanguis cristi q̄ per spiritum sanctū semetip̄m obtulit immaculatū deo emūdauit cōscientiā nr̄am ab operibus mortuis ad seruiendū deo viuenti. Et ideo no ui testamenti mediator est: ut morte intercedēte ī redemptionem eaꝝ p̄uaricationū· que erāt sub priori testamento: repromissionē accipiāt q̄ vocati sunt eterne hereditatis. Ubi enī testamentū: mors necesse est intercedat testatoris. Testamentū enī ī mortuis ꝯfirmatū est. Alioquin nōdum valet: dū viuit q̄ testatus est. Unde nec primū quidē sine sanguine dedicatū est. Lecto enim om̄i mādato legis a moyse uniūso ꝓpl'o: accipiens sanguinē vituloꝝ ⁊ hircoꝝ cū aqua ⁊ lana coccinea et ysopo: ip̄m quoq; librū et om̄em ꝓpl'm aspersit dicēs. Hic sanguis testamenti: qd̄ mandauit ad vos deus. Etiā tabernacl'm ⁊ omnia vasa ministerij sāguine similiter aspersit. Et om̄ia pene in sanguine scd'm legem mūdantur: ⁊ sine sanguinis effusione nō fit remissio. Necesse est ergo exemplaria quidē celestiū hijs mundari: ip̄a autē celestia melioribus hostijs q̄ istis. Non enim in manufacta sancta ihesus introijt exemplaria verorum: sed in ip̄m celū: ut appareat nūc vultui dei ꝓ nobis. Neq; ut sepe offerat semetip̄m: quemadmodū pontifex intrat in sancta ꝑ singl'os ānos in sanguine alieno. Alioquin oportebat eū frequenter pati ab origine mundi. Nunc aūt semel in consummatione

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0556
powered by DWork • Heidelberg University Library

seculorū · ad destitutionē peccati per hostiam suā apparuit. Et quēadmodū statutū est hominibꝫ semel mori · post hoc aūt iudiciū: sic et cristus semel oblatus est ad mīstorū exhaurienda peccata: scdo sine peccato apparebit omnibus expectantibꝫ se in salutem. x

Umbrā enī habens lex futurorꝫ bonorū non ipam ymaginē rerū: per singulos annos eisdem ipis hostijs quas offerūt indesinēter · nunqꝫ potest accedētes pfectos facere. Alioquin cessassent offerri: ideo q̄ nullā haberēt ultra cōscientiā peccati cultores semel mūdati. Sed in ipis commemoratio peccatorū p singlos ānos fit. Impossibile enī est sanguine thaurorꝫ et hircorum auferri peccata. Ideo ingrediens mundū dicit. Hostiā ⁊ oblationē noluisti: corpus aūt aptasti michi. Olocaustomata et pro peccato nō tibi placuerunt. Tūc dixi. Ecce venio. In capite libri scriptum ē de me: ut faciā deus volūtatem tuā. Superius dicēs · quia hostias ⁊ oblationes ⁊ olocaustomata et p peccato noluisti · nec placita sūt tibi que scdm legem offerunt · tūc dixi ecce venio · ut faciā deꝰ volūtatem tuā: aufert primum ut sequēs statuat. In qua volūtate sanctificati sumꝰ: per oblationē corporis cristi ihesu semel. Et omnis quidē sacerdos pstō ē quotidie ministrās: ⁊ easdē sepe offerens hostias que non possunt auferre peccata. Hic aūt unā p peccatis offerens hostiam in sempiternū sedet ī dextra dei: de cetero expectās donec ponant inimici eiꝰ scabellū pedū eiꝰ. Una enī oblatione cōsummauit in sempiternū sanctificatos. Contestat aūt nos ⁊ spiritus sanctus. Postqꝫ enī dixit. Hoc aūt testamentū qd testabor ad illos post dies illos dicit dns dādo leges meas ī cordibꝫ eorꝫ et ī mētibꝫ eorꝫ supscribā eas: et peccatorꝫ ⁊ iniqtatū eorꝫ iā nō recordabor āplius. Ubi aūt horꝫ remissio: iam non ē oblatio p peccato. Habentes itaqꝫ fres fiduciā · ī introitu sanctorum ī sāguine cristi quā iniciauit nobis viā nouā ⁊ viuētem · p velamē id est carnē suā: ⁊ sacerdotē magnū super domū dei: accedamꝰ cū vero corde in plenitudine fidei aspersi corda a conscientia mala: et abluti corpꝰ aqua mūda: teneamꝰ spei nre cōfessionē indeclinabilē. Fidelis enī est q̄ repromisit. Et cōsideremus inuicē in puocationē caritatis ⁊ bonorū operū: nō deserentes collectionē nram sicut consuetudinis est quibusdā sed cōsolantes: et tanto magis quāto videritis appropīquantem diē. Volūtarie enī peccantibꝫ nobis post acceptā noticiā veritatis iā nō relinquit pro peccatis hostia: terribilis aūt quedā expectatio iudicij et ignis emulatio: q̄ ꝯsumptura ē aduersarios. Irritā qs faciēs legem moysi sine ulla miseratione duobꝫ uel tribus testibus morit: quanto magis putatis deteriora mereri supplicia qui filiū dei ꝯculcauerit · ⁊ sanguinē testamenti pollutū duxerit · in quo sanctificatꝰ ē · et spiritui gratie cōtumeliam fecerit? Scimꝰ enī qui dixit. Michi vindictā: ego retribuam. Et iterū. Quia iudicabit dns ppl'm suū. Horrendū ē incidere in manꝰ dei viuētis. Rememoramini aūt pristinos dies ī q̄bus illuminati magnū certamen sustinuistis passionum: ⁊ ī altero q̄dē obprobrijs ⁊ tribulationibꝫ spectacl'm facti: ī altero autē socij taliter cōuersantiū effecti. Nam ⁊ vinctis ꝯpassi estis: ⁊ rapinam bonorum vestrorꝫ cum gaudio suscepistis:



Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0557
powered by DWork • Heidelberg University Library

cognoscentes vos habere meliorem et manentem substantiã. Nolite itaq; amittere confidentiã vestram: q magnã habet remunerationẽ. Patientia enĩ vobis necessaria ẽ: ut voluntatem dei facientes reportetis promissionẽ. Adhuc enim modicũ aliquantulũq; q venturus est veniet & nõ tardabit: iustus aũt meus ex fide viuit. Quod si subtraxerit se: nõ placebit anime mee. Nos aũt non sumus subtractionis filij in perditionẽ: sed fidei in acquisitionem anime. Et

Est aũt fides sperandarũ substãtia rerũ argumentũ nõ apparentiũ. In hac enĩ testimoniũ consecuti sunt seniores. Fide intelligimus aptata esse secula verbo dei: ut ex inuisibilibus visibilia fierent. Fide plurimã hostiã abel quã caym obtulit deo: per quã testimoniũ cõsecutus ẽ esse iustus: testimoniũ perhibente muneribus eius deo: & per illã defunctus adhuc loquit. Fide enoch trãlatus ẽ ne videret mortẽ: & nõ inueniebat: quia transtulit illũ dñs. Ante trãlationem enĩ testimoniũ habuit placuisse deo. Sine fide autem impossibile est placere deo. Credere enĩ oportet accedentẽ ad deũ quia est: & inquirentibus se remunerator sit. Fide noe responso accepto de his que adhuc non videbant: metuens aptauit archam in salutem domus sue: per quã damnauit mundũ: & iustitie que per fidẽ est hereditatis est institutus. Fide qui vocat abrahã obedivit in locum exire quẽ acceptur⁹ erat in hereditatem: et exiit nesciens quo iret. Fide demoratus est in terra repromissionis tanq; in aliena: in casulis habitando cum ysaac et iacob coheredibus repromissionis eiusdem. Expectabat enĩ fundamenta habentem ciuitatem: cuius artifex et conditor deus. Fide & ipa sara sterilis virtutẽ in conceptione seminis accepit: etiã preter tẽpus etatis: quoniã fidelẽ credidit esse eum q repromiserat. Propter qũ et ab uno orti sũt: & hoc emortuo tanq; sidera celi in multitudinẽ: & sicut arena que est ad oram maris innumerabilis. Juxta fidẽ defuncti sunt oĩes illi nõ acceptis repromissionibus: sed a longe eas aspicientes & salutantes: et cõfitentes quia peregrini et hospites sunt sup terrã. Qui enĩ hoc dicunt: significãt se patriã inquirere. Et si quidem ipius meminissent de qua exierũt: habebãt utiq; tempus reuertendi. Nũc aũt meliorẽ appetũt: id ẽ celestem. Ideo nõ confundit deus vocari deus eorũ. Parauit enĩ illis ciuitatem. Fide obtulit abrahã ysaac cũ temptaret: & unigenitũ offerebat in quo susceperat repromissiones: ad quẽ dictũ ẽ q̃a in ysaac vocabit tibi semen: arbitrans quia et a mortuis suscitare potens ẽ deus. Vnde eum & in parabolã accepit. Fide et de futuris benedixit ysaac iacob et esau. Fide iacob moriens singulos filiorũ ioseph benedixit: et adorauit fastigiũ virge eius. Fide ioseph moriens de profectione filiorũ israhel memoratus est: & de ossibus suis mãdauit. Fide moyses natus occultatus ẽ mensibus tribus a parentibus suis eo q̃ vidissent elegantem infantem: & nõ timuerũt regis edictũ. Fide moyses grandis factus negauit se esse filiũ filie pharaonis: magis eligẽs affligi cũ populo dei q̃ temporalis peccati habere iocunditatem: maiores diuicias estimãs thesauro egyptiorũ improperiũ christi. Aspiciebat enĩ in remunerationẽ. Fide reliquit egyptũ: nõ veritus animositatem regis. Inuisibilem enĩ tanq; videns sustinuit. Fide celebrauit pascha & sanguinis

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0558
powered by DWork • Heidelberg University Library

effusionē: ne qui vastabat primitiua
tangeret eos. Fide · transierunt mare
rubrū tanq̄ꝫ ꝑ aridam terram: quod
experti egiptij deuorati sūt. Fide · muri
iherichо corruerūt circuitu dierū septē.
Fide · raab meretrix non periit cum in-
credulis: excipiens exploratores cū pa-
ce. Et quid adhuc dicam? Deficiet
enī me tempus enarrantē · de gedeon ·
barach · samson · iepte · dauid · samuhel ·
et propheris: qui per fidem vicerunt re-
gna · operati sunt iusticiā: adepti sunt
repromissiones. Obturauerūt ora le-
onum: extinxerūt impetū ignis. Effu-
garunt aciem gladij: cōualuerūt de in-
firmitate: fortes facti sunt in bello. Ca-
stra verterūt exterorū: acceperūt mlieres
de resurrectione mortuos suos. Alij
aūt distenti sunt non suscipientes re-
dēptionē: ut meliorē inuenirent resur-
rectionē. Alij vero ludibria et verbera
experti insuꝑ ⁊ vincla et carceres: lapi-
dati sunt secti sunt temptati sunt: ī oc-
cisione gladij mortui sūt. Circuierūt
in melotis in pellibꝫ caprinis: egētes ·
angustiati · afflicti · quibꝫ dignus nō
erat mundus: ī sollicitudinibꝫ errantes · in montibus · et speluncis et in
cauernis terre. Et hij om̄es testimoni-
o fidei probati nō acceperūt repromis-
sionē: deo ꝓ nobis meliꝰ aliq̄d ꝓuidē-
te: ut nō sine nobis ꝯsūmarentur. xij

Ideoq; et nos tantā habentes imposi-
tam nubem testiū: deponentes omne
pondus ⁊ circūstans nos peccatū per
pacientiā curramus ad propositū no-
bis certamen · aspicientes in auctorem
fidei · ⁊ cōsummatorem ihesum: q̄ pro-
posito sibi gaudio sustinuit crucem ·
confusione contempta atq; in dextera
sedis dei sedet. Recogitate enī eum qui
talem sustinuit a peccatoribꝫ aduersum
semetipm̄ contradictionem: ut ne fati-
gemini a nimis vr̄is deficiētes. Non-
dum enī usq; ad sanguinē restitistis
aduersus peccatū repugnantes: ⁊ obli-
ti estis consolationis que vobis tan-
q̄ꝫ filijs loquitur dicens. Fili mi noli ne-
gligere disciplinā domini: neq; fatige-
ris dum ab eo argueris. Quē enim di-
ligit dominus castigat: flagellat aūt
om̄em filiū quē recipit. In disciplina
perseuerate. Tanq̄ꝫ filijs vobis offert
se deus. Quis enim filius quem non
corripit pater? Qd̄ si extra disciplinā
estis · cuius participes facti sunt om̄es:
ergo adulteri ⁊ non filij estis. Deinde
patres quidem carnis nostre erudito-
res habuimꝰ: et reuerebam̄ eos. Num
multomagis obtemperabimus patri
spirituū et viuemus? Et illi quidem ī
tempore paucorꝫ dierum scd̄m volun-
tatem suā erudiebāt nos: hic aūt ad
id qd̄ vtile est in recipiendo sanctificati-
onem eius. Omnis aūt disciplina in
p̄senti quidem videtur nō esse gaudij ·
sed meroris: postea aūt fructum paca-
tissimū exercitatis per eā reddet iusticie.
Propter qd̄ remissas manꝰ et soluta
genua erigite: ⁊ gressus rectos facite pe-
dibus vestris · ut nō claudicans quis
erret: magis aūt sanetur. Pacem se-
quimini cum om̄ibus ⁊ sāctimoniā:
sine qua nemo videbit deū. Contem-
plātes ne quis desit gratie dei: ne qua
radix amaritudinis sursū germinās
impediat: ⁊ ꝑ illā inquinent̄ mlti. Ne
quis fornicator aut prophanus ut e-
sau: qui ꝓpter vnam escā vendidit pri-
mitiua sua. Scitote enī: quoniā et po-
stea cupiēs hereditare benedictionem
reprobatus est. Non enim inuenit pe-
nitencie locū: quāq̄ꝫ cū lacrimis inqui-
sisset eam. Non enim accessistis ad





Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0559
powered by DWork • Heidelberg University Library

tractabilē ⁊ accessibilē ignē et turbinē· et caliginē et procellā et tube sonū et vocē verboꝝ: quā q̄ audierūt excusauerunt se ne eis fieret verbū. Non enim portabāt qd̄ dicebat̄: ⁊ si bestia tetigerit montem lapidabit̄. Et ita terribile erat qd̄ videbat̄. Moyses dixit. Exterritus sum et tremebūdus. Sed accessistis ad syon montē ⁊ ciuitatem dei viuentis ihrl̄m celestē· et multorū miliū āgeloꝝ frequētiā· ⁊ ecclīam p̄mitinoꝝ qui ꝯscripti sunt ī celis: ⁊ iudicē om̄iū deū et spiritus iustoꝝ ꝑfectorū· ⁊ testamenti noui mediatorē ihesum: ⁊ sanguinis aspsionē· melius loquētem q̄ꝫ abel. Videte ne recusetis loquētem. Si enī illi nō effugerūt recusātes eū q̄ sup̄ terrā loquebat̄· mlt̄omagis nos q̄ de celis loquētem nobis auertim⁹: cuius vox mouit terram tūc: nūc aūt repromittit dicens. Adhuc semel: ⁊ ego mouebo nō solū terrā sed ⁊ celū. Qd̄ aūt adhuc semel dicit: declarat mobiliū trāslationē tanq̄ꝫ factoꝝ: ut maneant ea q̄ sūt īmobilia. Itaq; regnū immobile suscipiētes habemus grām: ꝑ quā seruiam⁹ placētes deo cū metu et reuerentia. Etenī de⁹ noster ignis cōsumens ē.

xiij

Caritas fraternitatis maneat ī nobis: ⁊ hospitalitatē nolite obliuisci. Per hāc enī placuerūt quidā angelis hospitō receptis. Mementote vinctoꝝ tanq̄ꝫ simul vincti: ⁊ laborantiū tanq̄ꝫ ⁊ ipi ī corpore morātes. Honorabile conubiū ī om̄ibꝫ: ⁊ thorus immacl̄at⁹. Fornicatores enī ⁊ adulteros iudicabit deus. Sint mores sine auaricia: contenti p̄sentibꝫ. Ipe enī dixit. Non te deseram neq; derelinq̄ꝫ: ita ut confidēter dicamus. Dn̄s michi adiutor ē: nō timebo qd̄ faciat michi homo. Memētote p̄positoꝝ vestrorū qui vobis locuti sūt verbū dei: quorū intuentes exitū ꝯuersationis· imitamini fidem. Ihesus crist⁹ heri et hodie: ipe et in secula. Doctrinis varijs et peregrinis nolite abduci. Optimū est enī gratia stabilire cor: nō escis q̄ nō profuerunt ambl̄antibꝫ ī eis. Habem⁹ altare: de quo edere nō habēt potestatē q̄ tabernaculo deseruiūt. Quorū enī aīaliū infert̄ sanguis ꝑ peccato ī sancta ꝑ pōtificē: horum corpora cremant̄ extra castra. Propter qd̄ ⁊ ihesus ut sāctificaret per suū sanguinē ꝑplm̄ extra portā passus est. Exeamus igit̄ ad eū extra castra: improperiū ei⁹ portantes. Nō enim habem⁹ hic manētem ciuitatē: sed futuram inquirim⁹. Per ipm̄ ergo offeramus hostiā laudis semꝑ deo: id est fructū labioꝝ ꝯfitētiū nomini ei⁹. Beneficiētie aūt ⁊ ꝯmunionis nolite obliuisci. Talibꝫ enī hostijs ꝓmeret̄ de⁹. Obedite p̄positis vr̄is: ⁊ subiacete eis. Ipi enī ꝑuigilāt q̄si rationē ꝑ aīabꝫ vr̄is reddituri: ut cū gaudio hoc faciāt: ⁊ non gemētes. Hoc enī nō expedit vobis. Orate ꝑ nobis. Cōfidim⁹ enī q̄a bonā ꝯsciētiā habem⁹: ī om̄ibꝫ bene volētes ꝯuersari. Ampli⁹ aūt depcor vos hoc facere: quo celeri⁹ restituar vob̄. De⁹ aūt pacis q̄ eduxit de mortuis pastorē magnū ouium ī sāguine testamēti eterni dn̄m nr̄m ihm̄ xp̄m· aptet vos ī om̄i bono ut faciatis ei⁹ volūtatē: faciēs ī vobis qd̄ placeat se ꝑ ihm̄ xp̄m: cui ē gl̄a ī secl̄a secl̄oꝝ amē. Rogo aūt vos fr̄es: ut sufferatis v̄bū solatij. Etenī perpaucis scripsi vobis. Cognoscite fr̄em vr̄m timotheū dimissū: cū quo si celeri⁹ venerit videbo vos. Salutate om̄es p̄positos vr̄os: ⁊ om̄es sāctos. Salutant vos de ytalia fr̄es. Gratia cū om̄ibus vobis amē.

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0560
powered by DWork • Heidelberg University Library

Hic incipit prologus in actibus apostolorum

Canit psalmista: ambulabunt de virtutibus in virtutes. Post apostoli pauli epistolas dudum uno vobis volumine translatas · domnion et rogatiane carissimi · actus apostolorum compellitis ut transferam in latinum: quem librum nulli dubium est a luca anthioceno arte medico · qui postea inseruiens paulo apostolo cristi factus est discipulus fuisse editum. Ceruices premit imposita sepius oneris magnitudo: quia studia inuidorum reprehensione digna putant ea que scribimus. Illorum nunquam odio et detractione · iuuante cristo meum silebit eloquium. Lucas igitur anthiocensis · natione sirus · cuius laus in euangelio canitur · apud antiochiam medicine artis egregius · et apostolorum cristi discipulus fuit: postea usque ad confessionem paulum secutus apostolum · sine crimine in virginitate permanens · deo maluit seruire. Qui octogenta et quatuor annos etatis agens in bithinia obiit plenus spiritu sancto: quo instigante in achaie partibus euangelium scribens · grecis fidelibus incarnationem domini fideli narratione ostendit: eundemque ex stirpe dauid descendisse monstrauit. Cui non immerito scribendorum actuum apostolicorum potestas in ministerio datur: ut deo in deum pleno · et filio perditionis extincto · oratione ab apostolis facta · sorte dominice electionis numerus compleretur: sicque paulum consummationem apostolicis actibus daret · quamdiu contra stimulum calcitrantem dominus elegisset. Quod legentibus et requirentibus deum breui volui ostendere sermone: quam prolixius aliquid fastidientibus prodidisse: sciens quod operantem agricolam oportet de suis fructibus edere. Quem ita diuina subsecuta est gratia: ut non solum corporibus sed etiam animabus · eius proficerent medicina.

Incipit liber in actibus apostolorum

Primum quidem sermonem feci de omnibus o theophile quem cepit ihesus facere et docere: usque in diem qua precipiens apostolis per spiritum sanctum quos elegit assumptus est. Quibus et prebuit seipsum viuum post passionem suam in multis argumentis · per dies quadraginta apparens eis: et loquens de regno dei. Et conuescens precepit eis iherosolimis ne discederent · sed expectarent promissionem patris quam audistis inquit per os meum: quia iohannes quidem baptizauit aqua: vos autem baptizabimini spiritu sancto non post multos hos dies. Igitur qui conuenerant interrogabant eum dicentes. Domine: si in tempore hoc restitues regnum israel? Dixit autem eis. Non est vestrum nosse tempora uel momenta que pater posuit in sua potestate: sed accipietis virtutem superuenientis spiritus sancti in vos: et eritis michi testes in ihrlm et in omni iudea et samaria · et usque ad ultimum terre. Et cum hec dixisset: videntibus illis eleuatus est: et nubes suscepit eum ab oculis eorum. Cumque intuerentur in celum euntem illum: ecce duo viri astiterunt iuxta illos in vestibus albis: qui et dixerunt. Viri galilei quid statis aspicientes in celum? Hic ihesus qui assumptus est a vobis in celum: sic veniet quemadmodum vidistis eum euntem in celum. Tunc reuersi sunt iherosolimam a monte qui vocatur oliueti qui est iuxta iherusalem: sabbati habens iter. Et cum



Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0561
powered by DWork • Heidelberg University Library

introissent in cenaculū. ascenderūt ubi
manebat petrus ⁊ iohannes ⁊ iacob⁹
et andreas philippus ⁊ thomas bar-
tholome⁹ ⁊ matheus: iacobus alphei
et symon zelotes ⁊ iudas iacobi. Hij
om̄es erāt ꝑseuerātes unanimiter in
oratione cū mulieribꝫ ⁊ maria matre
ihesu: ⁊ fratribꝫ ei⁹. In diebꝫ illis exsur-
gens petr⁹ in medio fratrū dixit. Erat
aūt turba hominū simul fere centum
uiginti. Viri fratres: oportet impleri
scripturā quā p̄dixit spiritus sanctus
per os dauid de iuda qui fuit dux eorū
qui comp̄henderūt ihesum q̄ cōnume-
ratus erat ī nobis: ⁊ sortitus ē sortem
ministerij huius. Et hic quidē possedit
agrum de mercede iniq̄tatis: ⁊ suspen-
sus crepuit medius: ⁊ diffusa sūt oīa
viscera eius. Et notū factū est omnibꝫ
habitantibus ihrl̄m: ita ut appellaret̄
ager ille lingua eorꝫ acheldemach. hoc
est ager sanguinis. Scriptū ē enim in
libro psalmorꝫ. Fiat cōmoratio eorū
deserta: ⁊ non sit q̄ inhabitet ī ea. Et e-
piscopatū eius accipiat alter. Oportet
ergo ex hijs viris q̄ nobiscū sunt con-
gregati in om̄i tempore quo intrauit
et exiuit inter nos dn̄s ihesus incipiēs
a baptismate iohannis. usq; in diem
qua assumptus ē a nobis: testē resur-
rectionis ei⁹ nobiscū fieri unū ex istis.
Et statuerūt duos: ioseph qui vocat̄
barsabas. qui cognominat⁹ ē iustus:
et mathiam. Et orātes dixerūt. Tu do-
mine qui corda nosti omniū: ostende
quē elegeris ex hijs duobꝫ unū accipe-
re locū ministerij hui⁹ et apsatus: de
quo p̄uaricat⁹ ē iudas ut abiret in lo-
cū suū. Et dederūt sortes eis. Et cecidit
sors sup mathiā: ⁊ ānumerat⁹ ē cū un-
Et dū cōplerent̄ deci aplis. ·ij·
dies penthecostes: erant omnes
pariter in eodē loco. Et factus est repen-
te de celo sonus. tanq̄ aduenientis spi-
ritus vehementis: ⁊ repleuit totam do-
mū ubi erant sedētes. Et apparuerunt
illis dispertite lingue tanq̄ ignis: se-
ditq; supra singl̄os eorꝫ. Et repleti sūt
om̄es spiritu sācto: ⁊ ceperūt loqui va-
rijs linguis pro ut spirit⁹ sanct⁹ dabat
eloqui illis. Erant aūt in iherusalem
habitātes iudei viri religiosi: ex omni
natione que sub celo ē. Facta aūt hac
voce conuenit mstitudo: ⁊ mente con-
fusa est: quoniā audiebat unusquisq;
lingua sua illos loquētes. Stupebāt
aūt om̄es: ⁊ mirabant̄ dicentes. Nonne
ecce om̄es isti qui loquunt̄ galilei
sunt? Et quomodo nos audiuimus
unusquisq; linguā nr̄am ī qua nati
sumus? Parthi ⁊ medi ⁊ elamite. et
qui habitant mesopotamiā. iudeam.
et capadociā. ponthum. ⁊ asyam. fri-
giam. ⁊ pamphiliā. egiptū et partes
libie. que est circa cyrenen. ⁊ aduene
romani: iudei quoq; ⁊ proseliti cretes
et arabes: audiuim⁹ eos loquētes no-
stris linguis magnalia dei. Stupebāt
aūt omnes: ⁊ mirabant̄ ad inuicē di-
centes. Quid nā vult hoc esse? Alij
aūt irridentes dicebāt: quia musto ple-
ni sunt isti. Stans aūt petrus cū un-
decim leuauit vocem suā: ⁊ locutus ē
eis. Viri iudei ⁊ qui habitatis ihrl̄m
uniuersum hoc vobis notū sit: ⁊ auri-
bus ꝑcipite verba mea. Nō enī sicut
vos estimatis hij ebrij sunt: cū sit hō-
ra diei tercia. Sed hoc ē quod dictum
est ꝑ ꝓphetā iohel. Et erit ī nouissimis
diebus dicit dn̄s effundam de spiritu
meo sup omnem carnē. Et propheta-
bunt filij vr̄i ⁊ filie vr̄e: ⁊ iuuenes vr̄i
visiones videbunt: ⁊ seniores vestri so-
mnia somniabūt. Et quidem super

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0562
powered by DWork • Heidelberg University Library

seruos meos et ancillas meas in diebus illis effundã de spiritu meo ⁊ prophetabũt: ⁊ dabo prodigia ī celo sursũ et signa in terra deorsum: sanguinẽ et ignem ⁊ vaporẽ fumi. Sol conuertetur in tenebras ⁊ luna ī sanguinẽ: antꝙ veniat dies dñi magn⁹ ⁊ manifest⁹. Et oĩs quicũq; inuocauerit nomen domini salu⁹ erit. Viri israelite · audite verba hec. Ihesum nazarenum virum approbatũ a deo in vobis virtutibus et prodigijs ⁊ signis que fecit deus p illũ in medio vestri sicut scitis: hunc definito consilio et pscientia dei traditum p manus iniquor· affigentes interemistis. Quẽ deus suscitauit solutis doloribꝫ inferni: iuxta qđ impossibile erat teneri illũ ab eo. Dauid enī dicit in eum. Prouidebã dñm in conspectu meo semp: quonĩã a dextris est michi ne commouear. Propter hoc letatum est cor meũ ⁊ exultauit lingua mea: insup ⁊ caro mea requiescet in spe. Quoniam non derelinques animã meã in inferno: nec dabis sanctũ tuũ videre corruptionẽ. Notas michi fecisti vias vite: replebis me iocũditate cũ facie tua. Viri fratres: liceat audenter dicere ad vos de patriarcha dauid qũ defunctus est· ⁊ sepultus ẽ: ⁊ sepulcrũ e⁹ ẽ apud nos usq; in hodiernũ diẽ. Prophetа igit̃ cum esset ⁊ sciret qa iureiurando iurasset illi deus de fructu lumbi eius sedere sup sedẽ eius: prouidꝫ locutus est de resurrectione xristi: quia neq; derelictus est in inferno · neq; caro e⁹ vidit corruptionẽ. Hũc ihesum resuscitauit deus: cuius omnes nos testes sumus. Dextera igit̃ dei exaltat⁹ · ⁊ promissione spiritus scti accepta a patre: effudit hoc donũ quod vos videtis ⁊ auditis. Non enim dauid ascendit ī celũ. Dixit aũt ipe. Dixit dñs domino meo sede a dextris meis: donec ponã inimicos tuos scabellũ pedum tuor. Certissime sciat ergo oĩs domus israhel: quia ⁊ dñm eũ et xristũ fecit deus hũc ihesum quẽ vos crucifixistis. Hijs aũt auditis compuncti sunt corde: ⁊ dixerũt ad petrũ ⁊ ad reliquos apostolos. Quid faciemus viri fratres? Petrus aũt ad illos: penitentiã inquit agite· ⁊ baptizetur vnusquisq; vrm in nomine ihesu xristi in remissionẽ peccator vestror: et accipietis donũ spiritus sancti. Vobis enī est repromissio ⁊ filijs vestris: et omnibꝫ qui longe sunt quoscunq; aduocauerit dñs deus noster. Alijs etiã verbis plurimis testificatus est: et exhortabat eos dicens. Saluamini a generatione ista prava. Qui ergo receperunt sermonẽ eius baptizati sunt: et apposite sunt in die illa anime circiter tria milia. Erant aũt pseuerantes in doctrina apostolor: ⁊ communicatione fractionis panis· ⁊ orationibꝫ. Fiebat aũt oĩi anime timor. Multa qꝫ prodigia ⁊ signa p apostolos in ihrusalem fiebãt: ⁊ metus erat magnus in vniuersis. Omnes etiã qui credebãt erant pariter: ⁊ habebãt oĩa communia. Possessiones ⁊ substãtias vendebant: ⁊ diuidebãt illa omnibꝫ prout cuiq; opus erat. Quotidie quoq; perdurãtes vnanimiter ī tẽplo et frãgentes circa domos panẽ· sumebant cibũ cũ exultatione et simplicitate cordis: collaudãtes deũ ⁊ habentes gratiã ad omnẽ plebẽ. Dñs aũt augebat qui salui fierẽt quotidie ī idipsum. ¶

Petr⁹ aũt ⁊ iohannes ascendebãt in templũ: ad horam orationis nonã. Et quidã vir qui erat claudus ex vtero matris sue baiulabatur: quẽ



Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0563
powered by DWork • Heidelberg University Library

ponebāt quotidie ad portam templi
que dicitur speciosa: ut peteret elemosi-
nam ab introeūtibꝫ in templū. Is cū
vidisset petrū ⁊ iohannē incipiētes in-
troire in templū: rogabat ut elemosi-
nam acciperet. Intuēs aūt in eū petrus
cum iohāne dixit. Respice in nos. At
ille intendebat ī eos: sperans se aliq̄d
acceptuꝝ ab eis. Petrus aūt dixit. Ar-
gentū ⁊ aurū nō est michi: quod autē
habeo hoc tibi do. In nomine ihesu cri-
sti nazareni surge ⁊ ambla. Et appre-
hensa manu eius dextera alleuauit eū:
et protinꝰ consolidate sūt bases eius
et plante. Et exiliens stetit ⁊ ābulabat:
⁊ intrauit cum illis in templū: ambu-
lans ⁊ exiliens ⁊ laudās deū. Et vidit
om̄is ꝑplus eū ambulantē: ⁊ laudan-
tem deū. Cognoscebāt aūt illū: ꝙ ipse
erat qui ad elemosinā sedebat ad spe-
ciosam portam templi. Et impleti sūt
stupore ⁊ extasi: in eo ꝙ contigerat illi.
Cum tenerent aūt petrū ⁊ iohannem:
cucurrit om̄is ꝑplus ad eos ad porti-
cum q̄ appellat̄ salomonis stupentes.
Videns aūt petrus: respōdit ad ꝑplm.
Viri israhelite quid miramini in hoc
aut nos quid intuemini: q̄si nr̄a vir-
tute aut pietate fecerimꝰ hūc ambula-
re? Deus abrahā ⁊ deus ysaac ⁊ deꝰ
iacob deus pr̄m nostroꝝ glorificauit
filiū suū ihesum: quē vos quidē tradi-
distis ⁊ negastis ante faciē pilati iu-
dicante illo dimitti. Vos aūt sanctū
et iustū negastis: ⁊ petistis virum ho-
micidam donari vobis: auctorē vero
vite interfecistis. Quē deus suscitauit
a mortuis: cuius nos testes sumꝰ: ⁊ in
fide nominis eiꝰ hūc quē vos videtis ⁊
nostis cōfirmauit nomen eiꝰ: ⁊ fides q̄
per eum est dedit integrā sanitatem istā
in ꝯspectu omniū vr̄m. Et nūc fratres
scio quia ꝑ ignorantiā fecistis: sicut ⁊
pr̄ncipes vestri. Deus aūt q̄ prenuncia-
uit ꝑ os omniū ꝓphetarū pati cristum
suū: sic impleuit. Penitemini igitur ⁊
ꝯuertimini ut deleātur peccata vestra:
ut cū venerint tempora refrigerij a con-
spectu dn̄i ⁊ miserit eū qui p̄dicatus est
vobis ihesum cristū: quē oportet quidē
celū recipere usq; ī tēpora restitutōnis
omniū que locutꝰ est deꝰ ꝑ os sanctoꝝ
suoꝝ a seculo prophetaꝝ. Moyses qui-
dem dixit. Quoniā ꝓphetā suscitabit
vobis dn̄s deꝰ vester de fratribꝫ vr̄is:
tanq̄ meip̄m audietis iuxta oīa que-
cunq; locutꝰ fuerit vobis. Erat autē:
om̄is anima q̄ nō audierit prophetā
illū exterminabit̄ de plebe. Et omnes
prophete a samuhel ⁊ deinceps q̄ locu-
ti sunt ānunciauerūt dies istos. Vos
estis filij prophetaꝝ ⁊ testamēti: quod
disposuit deus ad patres nr̄os dicens
ad abrahā. Et ī semine tuo benedicen-
tur om̄es familie t̄re. Vobis p̄mū deꝰ
suscitās filiū suū misit eū benedicētē vo-
bis: ut ꝯūtat se vnusq̄sq; a neq̄cia sua.

Loquentibꝫ autē illis ad iiii
ꝑplm. supuenerūt sacerdotes et
magistratus templi ⁊ saducei dolētes
ꝙ docerent populū ⁊ annūciarent in
ihesum resurrectionem ex mortuis. et
iniecerunt in eos manus: ⁊ posuerūt
eos ī custodia in crastinū. Erat autē
iam vespera. Multi aūt eorū q̄ audi-
erant verbū crediderunt. et factus ē nu-
merus eoꝝ quinq; milia. Factū est aūt
in crastinū ut ꝯgregarent̄ principes e-
orum ⁊ seniores ⁊ scribe in iherusalem:
⁊ ānas pr̄nceps sacerdotū ⁊ cayphas
⁊ iohānes ⁊ alexander ⁊ quotq̄t erāt
de genere sacerdotali. Et statuētes eos
in medio interrogabāt. In qua virtu-
te aut ī quo nomine fecistis hoc vos?

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0564
powered by DWork • Heidelberg University Library

Tunc repletus spiritu sancto petr⁹ · dixit ad eos. Principes ꝑpli ⁊ seniores: si nos hodie iudicam̄ in benefacto hominis infirmi in quo iste salu⁹ factus est: notū sit om̄ibꝫ vobis ⁊ om̄i plebi israhel q̄a in nomine dn̄i nostri ihesu cristi nazareni quem vos crucifixistis quē deus suscitauit a mortuis · in hoc iste astat corā vobis sanus. Hic ē lapis q̄ reprobat⁹ ē a vobis edificātibꝫ · qui factus ē in caput anguli: ⁊ nō est in alio aliquo salus. Nec enī aliud nomē ē sub celo datū hominibꝫ: ī quo oporteat nos saluos fieri. Videntes aūt petri ꝯstantiā ⁊ iohannis: comperto q̄ homines essent sine litteris ⁊ ydeote āmirabant̄: ⁊ cognoscebāt eos qm̄ cū ihesu fuerāt. Hominē quoqꝫ videntes stantē cum eis q̄ curat⁹ fuerat: nichil poterāt cōtradicere. Iusserunt aūt eos foras extra ꝯciliū secedere: ⁊ cōferebāt ad inuicē dicentes. Quid faciem⁹ hominibꝫ istis? Quoniamquidem notum signū factū ē ꝑ eos omnibꝫ habitātibꝫ ihrlm. Manifestū ē: ⁊ nō possumus negare. Sed ne amplius diuulgetur ī ꝑplm: cōminemur eis ne ultra loquant̄ in noīe hoc ulli hominū. Et vocantes eos: denūciauerūt ne omnino loquerent̄ neqꝫ docerent ī nomine ihesu. Petrus vero ⁊ iohannes respondentes dixerunt ad eos. Si iustū est in conspectu dei vos potius audire q̄ deum · iudicate. Nō enī possumus que vidimus ⁊ audiuim⁹ nō loqui. At illi cōminantes dimiserūt eos: nō inuenientes quomodo punirent eos ꝓpter ꝑplm: quia om̄es clarificabāt id qd̄ factum erat ī eo q̄ acciderat. Annoꝝ enī erat ampli⁹ quadragīta homo: ī quo factum fuerat signum istud sanitatis. Dimissi autem venerunt ad suos: et ānūciauerunt eis quāta ad eos principes sacerdotum ⁊ seniores dixissent. Qui cū audissēt: unanimit̄ leuauerūt vocē ad deū ⁊ dixerūt. Dn̄e tu q̄ fecisti celū et terrā mare ⁊ omnia que in eis sunt: qui spiritu sancto ꝑ os pr̄is nr̄i dauid pueri tui dixisti quare fremuerunt gentes ⁊ ꝑpli meditati sūt inania astiterūt reges t̄re ⁊ principes ꝯuenerunt in vnū adūsus dn̄m et adūsus cristū eius: cōuenerūt enim vere in ciuitate ista adūsus sanctū puerū tuū ihesum quē vnxisti herodes et ponti⁹ pylatus cū gentibꝫ ⁊ ꝑplis israhel: facere que manus tua ⁊ ꝯsilium tuū decreuerunt fieri. Et nūc dn̄e respice ī minas eorū: ⁊ da seruis tuis cū omni fiducia loqui verbū tuum in eo q̄ manū tuā extendas ad sanitates ⁊ signa et prodigia fieri ꝑ nomen sancti filij tui ihesu. Et cum orassent motus ē locus in quo erāt cōgregati: ⁊ repleti sūt om̄es spiritu sancto: ⁊ loquebātur v̄bum dei cū fiducia. Multitudinis aūt credentium erat cor vnum ⁊ anima vna: nec quisq̄ eorū que possidebat aliquid suum esse dicebat: sed erant illis oīa communia. Et virtute magna reddebāt apli testimoniū resurrectionis ihesu cristi dn̄i nr̄i: ⁊ gratia magna erat in omnibꝫ illis. Neqꝫ enī quisq̄ egens erat inter illos. Quotq̄t enī possessores agroꝝ aut domoꝝ erant: vēdentes afferebāt precia eoꝝ que vēdebāt: ⁊ ponebāt ante pedes aplorꝝ. Diuidebat̄ aūt singulis pro ut cuiqꝫ opus erat. Ioseph autem qui cognominatus ē barsabas ab apostolis · qd̄ est interpretatum filius consolationis · leuites · cyprius genere cum haberet agrum vendidit eum: et attulit precium et posuit ante pedes apostolorum.

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0565
powered by DWork • Heidelberg University Library

Ad

Vir aūt quidā nomine ananias
cū saphira uxore sua vendidit
agrum: ⁊ fraudauit de p̄cio agri ꝯscia
uxore sua: et afferens partē quandā
ad pedes apostoloꝝ posuit. Dixit aūt
petr⁹ ad ananiam. Anania cur tem-
ptauit sathanas cor tuū mentiri te spi-
ritui sancto: ⁊ fraudare de p̄cio agri?
Nōne manens tibi manebat: ⁊ venun-
datū in tua erat potestate? Quare po-
suisti in corde tuo hāc rem? Non es
mentitus hominibꝫ sed deo. Audiens
aūt ananias hec ūba: cecidit ⁊ exspira-
uit. Et factus ē timor magnus super
om̄es qui audierūt. Surgentes autē
iuuenes amouerūt eum: ⁊ efferentes se-
pelierunt. Factū est aūt quasi horarū
trium spaciū: ⁊ uxor ip̄i⁹ nesciens qd̄
factum fuerat introiuit. Dixit autē ei
petrus. Dic michi: si tanti agrū vendi-
distis. At illa dixit. Etiā tanti. Petr⁹
aūt ad eā. Quid utiqꝫ cōuenit vobis
temptare spiritū dn̄i? Ecce pedes eorū
qui sepelierūt virum tuū ad ostium: ⁊
efferent te. Confestim cecidit āte pedes
ei⁹: ⁊ exspirauit. Intrātes aūt iuuenes
inuenerūt illam mortuā: ⁊ extulerunt
et sepelierūt ad virū suū. Et factus est
timor magnus ī uniūsa ecclesia: et in
om̄es qui audierūt hec. Per manus
aūt apostoloꝝ fiebāt signa et ꝓdigia
multa in plebe. Et erāt unanimiter o-
mnes in porticu salomonis. Ceterorū
aūt nemo audebat coniūgere se illis:
sed magnificabat eos ꝓplus. Magis
autē augebat̄ credentiū in dn̄o multi-
tudo viroꝝ ac mulierū: ita ut ī plateas
eicerent infirmos ⁊ ponerent ī lectulis
ac grabatis ut veniente petro saltem
umbra illius obumbraret quenq̄ il-
lorū ⁊ liberarent̄ om̄es ab infirmitati-
bus suis. Cōcurrebat aūt ⁊ multitudo
vicinaꝝ ciuitatum ihrsm̄ afferentes e-
gros et vexatos a spiritibꝫ immūdis:
qui curabant̄ om̄es. Exsurgens autē
princeps sacerdotū ⁊ om̄es qui cū illo
erant que est heresis saduceorū repleti
sunt zelo: ⁊ iniecerūt manus ī aposto-
los: ⁊ posuerūt eos in custodia publi-
ca. Angelus aūt dn̄i ꝑ noctē aperiens
ianuas carceris ⁊ educens eos dixit.
Ite: ⁊ stantes loquimini ī templo ple-
bi om̄ia verba vite huius. Qui cū au-
dissent intrauerūt diluculo ī templū:
et docebāt. Adueniens aūt princeps
sacerdotū ⁊ qui cum eo erāt cōuocaue-
runt conciliū ⁊ om̄es seniores filiorū
israhel: ⁊ miserunt ad carcerem ut ad-
ducerent̄. Cum aūt venissent ministri
et aperto carcere nō inuenissent illos:
reuersi nunciauerunt dicentes. Carce-
rem quidē inuenim⁹ clausum cū om̄i
diligentia: ⁊ custodes stantes ante ia-
nuas: aperiētes aūt neminē intus in-
uenimus. Ut aūt audierūt hos sermo-
nes magistrat⁹ templi ⁊ principes sa-
cerdotū: ambigebāt de illis quidnam
fieret. Adueniens aūt quidā nūciauit
eis: quia ecce viri quos posuistis ī car-
cerem sunt in templo stantes: ⁊ docen-
tes ꝓplm̄. Tunc abijt magistrat⁹ cum
ministris: ⁊ adduxit illos sine vi. Ti-
mebant enī ꝓplm̄ ne lapidarent̄. Et cū
adduxissent illos: statuerunt ī cōcilio.
Et interrogauit eos princeps sacerdo-
tum dicens. Precipiēdo precepimus
vobis ne docereris ī nomine isto: et
ecce replestis ihrsm̄ doctrina vr̄a: ⁊ vul-
tis inducere sup̄ nos sanguinē homi-
nis istius. Respōdens aūt petrus et a-
postoli dixerūt. Obedire oportet deo ma-
gis q̄ hominibꝫ. De⁹ p̄rm̄ nr̄oꝝ susci-
tauit ihesū: quē vos interemistis sus-
pendentes in ligno. Hunc principē de⁹

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0566
powered by DWork • Heidelberg University Library

et saluatorē exaltauit dextera sua ad
dandā penitentiā israhel ⁊ remissionē
peccatoꝝ: ⁊ nos sumus testes hoꝝ ver-
borū: ⁊ spiritus sanctus quē dedit deꝰ
om̄ibus obediētibꝫ sibi. Hec cum au-
dissent dissecabant̄: ⁊ cogitabāt inter-
ficere illos. Surgens aūt quidam in
cōcilio phariseus nomine gamalihel
legis doctor honorabilis uniuerse ple-
bi: iussit foras ad breue homines fieri.
Dixitqꝫ ad illos. Viri israhelite atten-
dite vobis sup̄ hominibꝫ istis: quid a-
cturi sitis. Ante hos enī dies extitit theo-
das dicens se esse aliquē: cui consensit
numerus viroꝝ circiter q̄dringentoꝝ:
qui occisus est et om̄es qui credebant
ei dissipati sunt: ⁊ redacti ad nichilū.
Post hūc extitit iudas galileus in die-
bus professionis: ⁊ auertit ꝓplm̄ post
se. Et omnes quotq̄t ꝯsenserunt ei dis-
persi sunt: ⁊ ip̄e periit. Et nūc itaqꝫ di-
co vobis: discedite ab hominibꝫ istis.
et sinite illos. Quoniā si est ex homini-
bus ꝯsiliū hoc aut opus dissoluetur:
si vero ex deo ē nō poteritis dissoluere:
ne forte et deo repugnare videamini.
Cōsenserūt aūt illi: ⁊ ꝯuocātes aposto-
los cesis denūciauerunt ne om̄ino lo-
querent̄ in nomine ihesu: ⁊ dimiserūt
eos. Et illi quidē ibāt gaudentes a con-
spectu concilij: qm̄ digni habiti sūt pro
nomine ihesu ꝯtumeliā pati. Om̄i aūt
die nō cessabāt ī tēplo ⁊ circa domos
docētes: ⁊ euāgelizātes cristū ihm̄. vi

In diebꝫ aūt illis crescente numero di-
scipuloꝝ factū est murmur grecoꝝ ad-
uersus hebreos: eo q̄ despicerent̄ in mi-
nisterio quotidiano vidue eoꝝ. Con-
uocantes aūt duodecim multitudinē
discipuloꝝ dixerūt. Nō est equū nos
dereliquere verbū dei: ⁊ ministrare men-
sis. Considerate ergo fratres viros ex
vobis boni testimonij septem plenos
spiritu et sapiētia: quos ꝯstituamus
super hoc opus. Nos vero orationi et
ministerio verbi instantes erimus. Et
placuit s̄mo coram omni multitudi-
ne. Et elegerūt stephanū virū plenum
fide et spiritu sancto: ⁊ philippū ⁊ pro-
corum ⁊ nycanorem et thimonē ⁊ par-
menam ⁊ nicolaū aduenā anthioce-
num. Hos statuerūt ante conspectum
apostolorū: ⁊ orantes imposuerūt eis
manꝰ. Et verbū dn̄i crescebat: ⁊ m̄ltipli-
cabat̄ numerꝰ discipl̄oꝝ ī ihrl̄m valde.
Multa etiā turba sacerdotū obediebat
fidei. Stephanus aūt plenꝰ gratia et
fortitudine faciebat prodigia ⁊ signa
magna ī ꝓplo. Surrexerūt aūt quidā
de synagoga q̄ appellabat̄ libertinoꝝ
et cyrenensiū ⁊ alexandrinoꝝ. et eoꝝ q̄
erant a cilicia et asia disputātes cum
stephano: ⁊ nō poterāt resistere sapiētie
et spiritui q̄ loquebat̄: ꝓpter qd̄ redar-
guerent̄ ab eo cum omni fiducia. Tūc
summiserūt viros q̄ dicerēt se audisse
eum dicentē verba blasphemie in moy-
sen et dcū. Commouerunt itaqꝫ plebē
et seniores ⁊ scribas: ⁊ cōcurrentes ra-
puerunt eū ⁊ adduxerūt ī ꝯciliū: ⁊ sta-
tuerūt falsos testes q̄ dicerent. Homo
iste nō cessat loqui verba adūsus locū
sanctū ⁊ legem. Audiuimꝰ enī eum di-
centem: qm̄ ihesus nazarenus hic de-
struet locū istum: ⁊ mutabit traditio-
nes. q̄s tradidit nobis moyses. Et in-
tuentes eum omnes qui sedebant in
concilio: viderunt faciem eius tanq̄ꝫ
faciē āgeli. Dixit aūt priceps sacerdo-
tū: si hec ita se haberēt. Qui ait. vii

Viri fratres ⁊ patres audite. Deus
glorie apparuit pr̄i nr̄o abrahe
cum esset ī mesopotamia priusq̄ꝫ mo-
raretur ī carran: ⁊ dixit ad illū. Exi de

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0567
powered by DWork • Heidelberg University Library

terra tua et de cognatione tua: et veni
in terrā quā monstrauero tibi. Tunc
exijt de terra chaldeorꝫ: ⁊ habitauit in
charran. Et inde postq̄ mortuus ē pa-
ter eius transtulit illū in terrā istam: ī
qua nūc vos habitatis. Et non dedit
illi hereditatē in ea nec passum pedis:
sed repromisit dare illi eam ī possessio-
nem ⁊ semini eiꝰ post ipm: cū non ha-
beret filiū. Locutꝰ ē aūt deus. quia erit
semen eius accola ī terra aliena: ⁊ seruī-
tuti eos subicient ⁊ male tractabunt
eos annis quadringentis: ⁊ gentem
cui seruierint iudicabo ego dicit dn̄s.
Et post hec exibunt: ⁊ deseruient michi
in loco isto. Et dedit illi testamentum
circuncisionis. ⁊ sic genuit ysaac ⁊ cir-
cūcidit eū die octauo: ⁊ ysaac iacob: et
iacob duodecī patriarchas. Et patriar-
che emulātes ioseph vendiderūt ī egi-
ptū: et erat deꝰ cū eo. Et eripuit eū ex o-
mnibꝫ tribulatōnibꝫ eiꝰ: ⁊ dedit ei gratiā
et sapiētiā ī cōspectu pharaonis regis
egiptiorꝫ: ⁊ ꝯstituit eum p̄positum sup̄
egiptū ⁊ sup̄ omnē domū suā. Venit
aūt fames ī vniūsam egiptū ⁊ chana-
an ⁊ tribulatio magna: ⁊ nō inuenie-
bant cibos p̄res nostri. Cū audisset
aūt iacob esse frumentū ī egipto. misit
patres nr̄os p̄mum: ⁊ in scd̄o cognitꝰ
est ioseph a fratribꝫ suis: ⁊ manifesta-
tum ē pharaoni genus eius. Mittens
aūt ioseph accersiuit iacob p̄rem suū:
et omnē cognationē suā ī animabus
septuagintaquinq̄. Et descendit iacob
in egiptū: ⁊ defunctꝰ ē ipe ⁊ patres no-
stri. Et translati sunt in sichem: et posi-
ti sunt in sepulcro qd̄ emit abraham
precio argenti a filijs emor filij sichem.
Cū aūt appropinq̄ret tempꝰ p̄missio-
nis quā ꝯfessus erat deꝰ abrahe creuit
p̄plus et multiplicatus est in egipto:
quoadusq̄ surrexit alius rex ī egipto
qui nō sciebat ioseph. Hic circūueniēs
genus nostrū afflixit patres nostros:
ut exponerent infantes suos ne viuifi-
carent̄. Eodē tp̄e natꝰ ē moyses. ⁊ fuit
gratus deo: q̄ nutritꝰ ē tribus mensibꝫ
in domo patris sui. Exposito aūt illo
sustulit eū filia pharaonis: ⁊ nutriuit
eum sibi in filiū. Et eruditꝰ est moyses
omni sapiētia egiptiorꝫ: ⁊ erat potens ī
verbis ⁊ ī operibꝫ suis. Cū autē imple-
retur ei q̄draginta ānorꝫ tempꝰ: ascen-
dit ī cor eius ut visitaret fratres suos
filios isrl̄. Et cū vidisset quendā iniuri-
am patientē vindicauit illū: ⁊ fecit vlti-
onem ei q̄ iniuriā sustinebat p̄cusso e-
giptio. Existimabat autem intelligere
fratres: quoniā deus per manū ipius
daret salutē illis. At illi nō intellexerūt.
Sequēti vero die apparuit illis litigā-
tibus: ⁊ reconciliabat eos ī pace dicens.
Viri: fratres estis. Vt quid nocetis al-
terutrū? Qui aūt iniuriā faciebat pro-
ximo: repulit eū dicens. Quis te cōsti-
tuit principē ⁊ iudicē sup̄ nos? Aun-
q̄d interficere me tu vis. quēadmodū
interfecisti heri egiptiū? Fugit aūt mo-
yses in verbo isto: ⁊ factus ē aduena ī
t̄ra madian: vbi generauit filios du-
os. Et expletis annis quadraginta:
apparuit illi ī deserto mōtis syna an-
gelꝰ ī igne flamme rubi. Moyses aūt
videns āmiratꝰ ē visum. Et accedente
illo ut cōsideraret: facta ē ad eum vox
dn̄i dicēs. Ego sum deꝰ patrū tuorū:
deus abraham. deꝰ ysaac. ⁊ deꝰ iacob.
Tremefactꝰ aūt moyses: non audebat
cōsiderare. Dixit aūt illi deꝰ. Solue cal-
ciamentū pedum tuorꝫ. Locus enim in
quo stas terra sancta ē. Videns vidi
afflictionē p̄pli mei qui ē in egipto: et
gemitū eorū audiui: ⁊ descendi liberare

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0568
powered by DWork • Heidelberg University Library

eos. Et nunc· veni mittā te ī egiptum.
Iſte moyſen quē negauerūt dicentes
quis te cōſtituit principē ⁊ iudicē: hūc
deus principem ⁊ redēptorem miſit cū
manu angeli qui apparuit illi in rubo.
Iſte eduxit illos faciens prodigia ⁊ ſi-
gna ī terra egipti ⁊ in rubro mari: et ī
deſerto ānis quadrāginta. Iſte ē moy-
ſes qui dixit filiis iſrl. Propheta ſuſci-
tabit vobis de⁹ de fratribs vrīs: tanq̄
meipm audietis. Iſte ē qui fuit ī eccle-
ſia in ſolitudine cū angelo qui loque-
batur ei in mōte ſyna ⁊ cum patribus
nrīs: qui accepit verba vite dare nobis.
Cui noluerūt obedire pres noſtri: ſed
repulerunt ⁊ auerſi ſunt cordibs ſuis ī
egiptū: dicentes ad aaron. Fac nobis
deos qui p̄cedāt nos. Moyſi enim hu-
ic nō eduxit nos de terra egipti: neſcim⁹
quid factum ſit ei. Et vitulum fecerūt
in diebus illis: et obtulerunt hoſti-
am ſimulacro: ⁊ letabantur in op̄i-
bus manuum ſuaꝝ. Conuertit aūt de-
us: ⁊ tradidit eos ſeruire militie celi: ſi-
cut ſcriptū eſt in libro pheta rū. Num-
quid victimas aut hoſtias obtuliſtis
mihi ānis quadraginta in deſerto do-
mus iſrl? Et ſuſcepiſtis tabernaculū
moloch ⁊ ſidus dei veſtri remphan: fi-
guras q̄s feciſti adorare eas: ⁊ tranſſe-
ram vos trās babilonē. Tabernaculū
teſtimonij fuit cū p̄ribus noſtris in de-
ſerto ſicut diſpoſuit illis de⁹ loquens
ad moyſen: ut faceret illud ſcdm for-
mam quā viderat. Quod ⁊ induxerūt
ſuſcipiētes patres noſtri cū ieſu in poſ-
ſeſſionē gentiū: quas expulit de⁹ a fa-
cie patrū noſtroꝝ uſq; in diebs dauid.
Qui inuenit graciā ante deū: ⁊ petijt
ut inueniret tabernaculū deo iacob. Sa-
lomon aūt edificauit illi domū. Sed
non excelſa ī manufactis habitat: ſicut
pter pheta dicit. Celum michi ſedes
eſt: terra aūt ſcabellū pedum meorum.
Quā domū edificabmis michi dicit do-
min⁹: aūt quis loc⁹ requietionis mee
eſt? ſ. Nōne man⁹ mea fecit hec oīa?
Dura cervice ⁊ incircumciſi cordibus
et auribus· vos ſemper ſpiritui ſancto
reſtitiſtis: ſicut p̄res veſtri ⁊ vos. Quē
propheta⁊ non ſunt p̄ſecuti patres ve-
ſtri? Et occiderūt eos q̄ p̄nūciabant de
aduētu iuſti: cui⁹ vos nūc proditores
et homicide fuiſtis: qui accepiſtis legē
in diſpoſitione āgelo⁊ et non cuſtodi-
ſtis. Audientes aūt hec diſſecabātur
cordibus ſuis: ⁊ ſtridebant dētibus in
eum. Cū aūt eſſet plen⁹ ſpiritu ſancto·
intendēs in celū vidit gloriā dei ⁊ ihe-
ſum ſtātem a dextris dei. Et ait. Ecce
video celos apertos: ⁊ filium hominis
ſtantē a dextris virtutis dei. Exclamā-
tes aūt voce magna cōtinuerūt aures
ſuas: ⁊ impetū fecerūt unanimiter ī eū.
Et eiciētes eū extra ciuitatē lapidabāt:
et teſtes depoſuerūt veſtimenta ſua ſe-
cus pedes adoleſcentis: q̄ vocabat saulus. Et lapidabāt ſtephanū inuocan-
tem ⁊ dicentē. Dne ihesu ſuſcipe ſpiritū
meū. Poſit⁹ aūt genibus: clamauit
voce magna dicēs. Dne: ne ſtatuas
illis hoc p̄cm. Et cū hoc dixiſſet: obdor-
Paul⁹ aūt erat ſeni- mivit. um
ciens neci ei⁹. Facta ē aūt in illa
die p̄ſecutio magna in eccleſia q̄ erat
ihoroſolimis: ⁊ oēs diſperſi ſūt per re-
giones iudee ⁊ ſamarie preter aplos.
Curauerūt aūt ſtephanū viri timora-
ti: ⁊ fecerunt planctū magnū ſup eum.
Saulus aūt deuaſtabat eccleſiā: p domos intrans ⁊ trahēs viros ac mulie-
res: tradebat ī cuſtodiā. Igit̄ q̄ diſper-
ſi erant pertranſibāt euāgelizātes v̄bū
dei. Philip⁹ aūt deſcendēs in ciuitatē

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0569
powered by DWork • Heidelberg University Library

samarie p̄dicabat illis cristū. Intende-
bant autē turbe hijs que a philippo
dicebantur vnanimiter audiētes: ⁊ vi-
dentes signa q̄ faciebat. Multi enī eorꝫ
qui habebāt spiritꝰ immūdos: claman-
tes voce magna exiebāt. Multi autem
paralitici ⁊ claudi curati sūt. Factū est
ergo gaudiū magnum ī illa ciuitate.
Vir aūt quidā nomine symon q̄ āte
fuerat ī ciuitate magus seducēs gentē
samarie dicens se esse aliquē magnū:
cui auscultabāt om̄es a minimo usqꝫ
ad maximū dicentes: hic ē virtus dei
que vocatur magna. Attendebāt aūt
eum: ꝓpter q̄ multo tēpore magicis
suis dementasset eos. Cū vero credidis-
sent philippo euāgelizāti de regno dei:
in nomine ihesu cristi baptizabātur vi-
ri ac mulieres. Tunc symon ⁊ ip̄e credi-
dit: et cum baptizatus esset adherebat
philippo. Videns etiam signa ⁊ virtu-
tes maximas fieri: stupens ammirabā-
tur. Cū aūt audissent apostoli q̄ erāt
in iherosolimis q̄a recepisset samaria
verbū dei: miserūt ad eos petrū ⁊ iohan-
nem. Qui cū venissent orauerunt pro
ip̄is: ut acciperēt spiritū sanctū. Nōdū
enī in quenq̄ illorꝫ supuenerat: sed ba-
ptizati tantū erāt ī nomine dn̄i ihesu.
Tunc imponebāt manꝰ super illos: et
accipiebant spiritū sanctū. Cū vidisset
autē symon q̄a per impositionē manꝰ
apostolorꝫ daretur spiritꝰ sanctꝰ: obtu-
lit eis pecuniam dicens. Date ⁊ michi
hanc potestatem: ut cuicūqꝫ imposuero
manus accipiat spiritū sanctū. Petrꝰ
aūt dixit ad eum. Pecunia tua tecum
sit ī ꝑditionē: qm̄ donū dei existimasti
pecunia possideri. Nō est enī tibi pars
neqꝫ sors in sermone isto. Cor enī tuū
non ē rectum coram deo. Penitentiā
itaqꝫ age ab hac nequicia tua: ⁊ roga
deū si forte remittat̄ tibi hec cogitatio
cordis tui. In felle enī amaritudinis
⁊ obligatione iniquitatis video te esse.
Respondens aūt symon dixit. Preca-
mini vos pro me ad dn̄m: ut nichil
veniat sup̄ me horū q̄ dixistis. Et illi
quidem testificati ⁊ locuti verbū dn̄i re-
dibant iherosolimā: ⁊ multis regio-
nibꝫ samaritanorꝫ euāgelizabāt. An-
gelus aūt dn̄i locutꝰ ē ad philippum
dicēs. Surge: ⁊ vade ꝯtra meridianū
ad viā q̄ descendit ab ihrsm in gazā:
hec ē deserta. Et surgens abijt. Et ecce
vir ethiops eunuchus potēs candacis
regine ethiopū· qui erat sup̄ om̄es ga-
zas eiꝰ venerat adorare in iherusalem:
et reuertebat̄ sedēs supra currū suum·
legensqꝫ ysaiam ꝓphetam. Dixit autē
spiritus philippo. Accede: ⁊ adiunge
te ad currū istū. Accurrēs aūt philip-
pus: audiuit eū legentē ysaiā prophe-
tam et dixit. Putasne intelligis que
legis? Qui ait. Et quomodo possum:
si nō aliquis ostenderit michi? Roga-
uitqꝫ philippū ut ascenderet: et sederet
secum. Locꝰ aūt scripture quā legebat
erat hic. Tanq̄ ouis ad occisionē du-
ctus est: ⁊ sicut agnus corā tondēte se
sine voce· sic nō aperuit os suū. In hu-
militate iudiciū eiꝰ sublatū est. Gene-
rationē eiꝰ quis enarrabit? Quoniā
tollet̄ de terra vita eiꝰ. Respōdens autē
eunuchus philippo dixit. Obsecro te·
de quo propheta dicit hoc? De se an de
alio aliquo? Aperiens aūt philippus
os suū: et incipiens a scriptura ista:
euāgelizauit illi ihesum. Et dū irent ꝑ
viam: venerunt ad quandā aquā. Et
ait eunuchus. Ecce aqua. Quis pro-
hibet me baptizari: dixit aūt philippꝰ.
Si credis ex toto corde licet. Et respon-
dens ait. Credo filiū dei esse ihesum

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0570
powered by DWork • Heidelberg University Library

ritū. Et iussit stare currum. Et descenderunt uterq; in aquā philippus ⁊ eunuchus: ⁊ baptizauit eū. Cū aūt ascendissent de aqua spūs dñi rapuit philippum: ⁊ amplius nō uidit eū eunuchus. Ibat aūt p uiam suā gaudens. Philippus aūt inuentus ē in azoto: ⁊ pertransiens euangelizabat ciuitatibus cūctis donec ueniret cesaream.

Paulus autē adhuc spirans minarum ⁊ cedis ī discipulos dñi accessit ad principē sacerdotū. et petiit ab eo epistolas ī damascū ad synagogas: ut si quos inuenisset huius uie uiros ac mulieres: uinctos pduceret ī hierlm. Et cū iter faceret: cōtigit ut appropinquaret damasco. Et subito circumfulsit eum lux de celo: ⁊ cadens in terrā audiuit uocē dicentē sibi. Saule saule: quid me psequeris? Qui dixit. Quis es dñe? Et ille. Ego sū ihesus: quē tu psequeris. Durū est tibi contra stimulū calcitrare. Et tremēs ac stupēs dixit. Dñe: quid me uis facere? Et dominus ad eū. Surge ⁊ ingredere ciuitatē: ⁊ ibi dicet tibi qđ te oporteat facere. Viri aūt illi q̄ comitabantur eū stabāt stupefacti: audientes quidē uocem: neminē aūt uidentes. Surrexit aūt saulus de terra: apertisq; oculis nichil uidebat. Ad manus aūt illū trahentes introduxerūt damascū. Et erat ibi tribus diebus nō uidens: ⁊ nō manducauit neq; bibit. Erat aūt quidam discipulus damasci nomine ananias. Et dixit ad illū in uisu dñs. Anania. At ille ait. Ecce ego dñe. Et dominus ad eum. Surge ⁊ uade in uicū qui uocatur rectus: ⁊ quere in domo iude saulum nomine tharsensem. Ecce enim orat. Et uidit uirū ananiā nomine introeuntem: ⁊ imponentē sibi manus ut uisum recipiat. Respōdit aūt ananias. Dñe audiui a multis de uiro hoc: quāta mala fecerit sanctis tuis in hierusalē. Et hic habet potestatē a principibus sacerdotū: alligandi omnes qui inuocāt nomen tuū. Dixit aūt ad eū dñs. Vade: quoniā uas electionis est mihi iste: ut portet nomen meū coram gentibus et regibus ⁊ filijs israhel. Ego enī ostendā illi: quāta oporteat eū pro nomine meo pati. Et abiit ananias et introiuit in domū: ⁊ imponens ei manū dixit. Saule frater: dñs misit me ihesus: q̄ apparuit tibi in uia qua ueniebas: ut uideas ⁊ implearis spiritu sancto. Et cōtinuo ceciderūt ab oculis ei⁹ tanq̄ squame: ⁊ uisum recepit. Et surgens baptizat⁹ est: ⁊ cū accepisset cibum cōfortatus ē. Fuit aūt cū discipulis q̄ erāt damasci p dies aliquot. Et cōtinuo ingressus ī synagogas predicabat ihesum: quōniā hic ē filius dei. Stupebant aūt oēs qui eū audiebant: ⁊ dicebāt. Nōne hic est q̄ expugnabat ī hierlm eos q̄ inuocabāt nomen istud? Et huc ad hoc uenit: ut uinctos illos duceret ad principes sacerdotum. Saulus aūt magis ualescebat ⁊ cōfundebat iudeos q̄ habitabāt damasci: affirmans quōniā hic est christus. Cū aūt implerentur dies multi: cōsilium fecerūt ī unū iudei ut eū interficerent. Notæ aūt facte sunt saulo insidie eorū. Custodiebāt aūt ⁊ portas die ac nocte: ut eū interficerēt. Accipientes aūt discipuli eius nocte per murū demiserunt eum: submittentes ī sporta. Cum aūt uenisset in hierlm temptabat se iungere discipulis: ⁊ oēs timebāt eū: nō credentes q̄ esset discipulus. Barnabas aūt apprehensum illū duxit ad apostolos: ⁊ narrauit illis quomodo in uia uidisset

RESERVED © Biblioteca Apostolica Vaticana



Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0571
powered by DWork • Heidelberg University Library

dñm et q̃a locut⁹ est ei: ⁊ quomodo in
damasco fiducialiter egerit ĩ nomine
ihesu. Et erat cũ illis intrans et exiens
in ihrsm: fiducialiter agens ĩ nomine
dñi. Loquebat̃ quoq; gentib; ⁊ disputabat cũ grecis: illi aũt querebant occidere eum. Quod cum cognouissent fratres deduxerũt eum cesaream: et dimiserũt tharsum. Ecclesia quidem per totam iudeã et galileã et samariã habebat pacem: ⁊ edificabat̃ ambulans in timore dñi: et cõsolatõne sancti spiritus replebat̃. Factum ẽ aũt petrũ dũ pertransiret uniuersos· deuenire ad sãctos qui habitabãt lidde. Inuenit autẽ ibi hominẽ quendã nomine eneã· ab ãnis octo iacentẽ in grabbato: qui erat paraliticus. Et ait illi petrus. Enea: sanet te dñs ihesus cristus. Surge: ⁊ sterne tibi. Et ꝯtinuo surrexit. Et viderũt illũ oñes qui habitabãt lidde ⁊ sarone: q̃ ꝯuersi sunt ad dñm. In ioppe aũt fuit quedã discipula nomine thabita: que interpretata dicit̃ dorcas. Hec erat plena operibus bonis ⁊ elemosinis quas faciebat. Factũ est aũt in diebus illis: ut infirmata moreret̃. Quã cũ lauissent: posuerũt eam in cenaculo. Cum aũt prope esset lidda ab ioppe: discipli audiẽtes quia petr⁹ esset in ea duos viros miserunt ad eũ: rogãtes· ne pigriteris venire usq; ad nos. Exsurgens aũt petr⁹: venit cũ illis. Et cũ aduenisset duxerunt illũ in cenaclm: ⁊ circũsteterũt illũ oñes vidue flentes: et ostendẽtes ei tunicas et vestes quas faciebat illis dorcas. Eiectis aũt oñib; foras· petrus ponẽs genua orauit: ⁊ ꝯuersus ad corpus dixit. Thabita surge. At illa aperuit oculos: ⁊ viso petro resedit. Dans aũt illi manũ erexit eã: et cum vocasset sãctos ⁊ viduas assignauit eam viuam. Notum autem factum est per uniuersam ioppen: ⁊ crediderunt multi in domino. Factum est aũt ut dies mltos moraretur in ioppe apud symonem quendam coriarium. X

Vir aũt quidam erat ĩ cesarea nomine cornelius centurio cohortis que dicit̃ ytalica· religiosus ac timens deum cum omni domo sua: faciens elemosinas multas plebi: et deprecans deũ semp. Is vidit ĩ visu manifeste quasi ĩ hora nona diei angelũ dei introeuntẽ ad se: ⁊ dicentẽ sibi. Corneli. At ille intuẽs eũ: timore corrept⁹ dixit. Quis es domine? Dixit aũt illi. Orationes tue ⁊ elemosine tue ascenderunt in memoriã in conspectu dñi. Et nũc mitte viros ĩ ioppen: ⁊ accersi symonẽ quendã qui cognominat̃ petrus. Hic hospitat̃ apud symonẽ quendam coriariũ: cuius ẽ dom⁹ iuxta mare. Hic dicet tibi: quid te oporteat facere. Et cũ discessisset angelus q̃ loquebatur illi: vocauit duos domesticos suos ⁊ militem timentẽ dñm ex hijs q̃ illi parebãt. Quib; cũ narrasset oñia: misit illos in ioppen. Postera autem die iter illis faciẽtib; ⁊ appropinquãtibus ciuitati: ascendit petrus ĩ superiora ut oraret circa horã sextam. Et cũ esuriret voluit gustare: parãtib; autẽ illis cecidit super eum mentis excessus. Et vidit celum apertũ: ⁊ descendẽs vas quoddã velut lintheũ magnũ quatuor inicijs summitti de celo in terrã: in quo erãt oĩa q̃drupedia ⁊ serpẽtia terre· ⁊ volatilia celi. Et facta ẽ vox ad eũ. Surge petre: occide ⁊ manduca. Ait aũt petr⁹. Absit dñe: quia nunq̃ mãducaui oñe cõmune et immũdũ. Et vox iterũ scdo ad eũ. Que de⁹ purificauit: tu cõmune ne dixeris. Hoc autem

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0572
powered by DWork • Heidelberg University Library

factū est per ter. Et statim receptum est vas in celū. Et dū intra se hesitaret petrus quidnā esset visio quā vidisset: ecce viri q̄ missi erant a cornelio inquirentes domū symonis astiterūt ad ianuam. Et cū vocassent: interrogabāt si symon q̄ cognominat̄ petr⁹ illic haberet hospitiū. Petro autē cogitante de visione: dixit spīritus ei. Ecce viri tres querūt te. Surge itaq; et descende: et vade cū eis nichil dubitans: quia ego misi illos. Descendēs autē petrus ad viros dixit. Ecce ego sū quē queritis. Que causa est p̄ter quā venistis? Qui dixerunt. Cornelius centurio vir iustus et timens deū et testimoniū habens ab vniūsa gente iudeoꝝ: responsum accepit ab āgelo sancto accersiri te in domū suam: et audire verba abs te. Introducēs ergo eos recepit hospitio. Sequenti aūt die surgens: profect⁹ est cū illis. et quidā ex fratribꝫ ab ioppe comitati sunt eū eo. Altera aūt die introiuit cesaream: cornel⁹ vero exspectabat illos: cōuocatis cognatis suis et necessariis amicis. Et factum ē cum introisset petrus: obuius venit ei cornelius: et prouolūs ad pedes ei⁹ adorauit. Petrus vero eleuauit eū dicens. Surge: et ego ipe homo sum. Et loquens cum illo intrauit: et inuenit multos q̄ cōuenerāt: dixitq; ad illos. Vos scitis quomodo abominatū sit vīro iudeo iūngi aut accedere ad alienigenam. Sed michi ostendit deus neminē communē aut immūdū dicere hominem: propter qđ sine dubitatione veni accersitus. Interrogo ergo: quāobrem accersisti me. Et cornelius ait. A nudiusquartana die usq; ad hanc horam orans eram hora nona in domo mea: et ecce vir stetit ante me in veste candida: et ait. Cornēli exaudita est oratio tua: et elemosine tue memorate sunt in cōspectu dei: mitte ergo in ioppen et accersi symonē q̄ cognominat̄ petr⁹: hic hospitatur in domo symonis coriarij iuxta mare. Cōtinuo ergo misi ad te: et tu bene fecisti veniendo. Nunc ergo omnes nos in cōspectu tuo assumus: audire omnia quecūq; tibi p̄cepta sunt a dño. Aperiens aūt petrus os suū dixit. In veritate comperi q̄a non ē psonarum acceptor deus: sed in omni gente q̄ timet eum et operatur iusticiā: acceptus ē illi. Verbū misit deus filijs isrl: annūciās pacem p ihesum xp̄m: hic ē omniū dominus. Vos scitis quod factū ē verbū per vniūsam iudeā. Incipiēs enī a galilea post baptismū qđ p̄dicauit iohannes ihesum a nazareth quomodo vnxit eum deus spīritu sancto et virtute: qui pertransiit benefaciendo et sanando omnes oppressos a diabolo: quoniā deus erat cū illo. Et nos testes sumus omniū que fecit in regione iudeorū et ihrlm: quē occiderūt suspendentes in ligno. Hunc deus suscitauit tercia die et dedit eum manifestū fieri: nō omni populo sed testibꝫ p̄ordinatis a deo: nobis q̄ manducauim⁹ et bibim⁹ cum illo postq̄ resurrexit a mortuis. Et precepit nobis p̄dicare pl̄o et testificari: quia ipe ē qui constitutus ē a deo iudex viuorū et mortuoꝝ. Huic omnes pphete testimoniū phibent remissionē peccatorum accipere p nomen ei⁹: omnes qui credūt in eū. Adhuc loquente petro verba hec: cecidit spīritus sanctus super omnes qui audiebāt verbū. Et obstupuerūt ex circūcisione fideles q̄ venerāt cum petro: quia et in nationes gratia spīritus sancti effusa ē. Audiebant enī illos loquentes linguis: et magnificantes





Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0573
powered by DWork • Heidelberg University Library

deum. Tūc respōdit petrus. Numquid aquā quis prohibere potest ut nō baptizentur hij q̄ spiritū sanctū acceperūt sicut et nos? Et iussit eos baptizari in noīe dñi ihesu xpi. Tūc rogauerunt eū: ut maneret apud eos aliq̄t diebus.

Audierūt aūt apli et fratres q̄ erant in iudea: quī et gentes receperunt verbū dei. Cū aūt ascendisset petrus ierosolimā: disceptabāt aduersus illū q̄ erāt ex circumcisione dicētes. Quare introisti ad viros p̄putium habentes: et māducasti cū illis? Incipiēs aūt petrus: exponebat illis ordinē dicens. Ego eram in ciuitate ioppe orās et vidi in excessu mētis mee visionē: descendens vas quoddā velut linteum magnū quatuor initijs summitti de celo: et venit usq; ad me. In q̄ intuēs considerabā: et vidi quadrupedia terre et bestias et reptilia et volatilia celi. Audiui aūt et vocē dicentē michi. Surge petre occide et manduca. Dixi autem. Nequaq̄ dñe: q̄a cōmune aut immundum nunq̄ introiuit in os meū. Rūdit aūt vox secūdo de celo. Que deus mūdauit: tu ne cōmune dixeris. Hoc autē factum est p ter: et recepta sunt oīa rursū in celū. Et ecce viri tres cōfestim astiterunt in domo in qua eram: missi a cesarea ad me. Dixit aūt spiritus michi: ut irem cū illis nichil hesitans. Venerunt aūt mecum et sex fratres isti: et ingressi sumus in domū viri. Narrauit autem nobis quomodo vidisset āgelum in domo sua stantem: et dicentē sibi. Mitte in ioppen et accersi symonem q̄ cognominat̄ petrus: hic loquet̄ tibi verba in quibus saluus eris tu et vniūsa domus tua. Cū aūt cepissem loqui cecidit spiritus sanctus sup eos: sicut et in nos in initio. Recordat̄ sū aūt verbi dñi: sicut dicebat. Johannes quidē baptizauit aqua: vos aūt baptizabimini spiritu sancto. Si ergo eandē gratiā dedit illis deus sicut et nobis q̄ credidim⁹ in dñm ihesum xpm: ego q̄s eram q̄ possem prohibere deū? Hijs auditis tacuerunt: et glorificauerūt deum dicentes. Ergo et gentibus penitentiā dedit deus ad vitā. Et illi quidē q̄ dispersi fuerāt a tribulatōne que facta fuerat sub stephano pambulauerunt usq; fenicem et cyprū et antiochiam: nemini loquētes verbū nisi solis iudeis. Erāt aūt quidā ex eis viri cyprij et cyrenei q̄ cū introissent antiochiam loquebātur et ad grecos: annunciantes dñm ihesum. Et erat manus dñi cum eis: multusq; numerus credentiū cōuersus ē ad dñm. Peruenit aūt sermo ad aures ecclesie q̄ erat ierosolimis sup illis: et miserūt barnaban usq; ad antiochiā. Qui cū quenisset et vidisset gratiā dei gauisus est: et hortabatur omnes in p̄posito cordis p̄manere in domino: quia erat vir bonus et plenus spiritu sancto et fide: et apposita ē multa turba dño. Profect⁹ ē aūt tharsum ut quereret saulū: quē cū inuenisset perduxit antiochiā. Et annū totū conuersati sunt ibi in ecclia: et docuerūt turbā multā: ita ut cognominarent̄ primū antiochie discipuli xpiani. In hijs aūt diebus supuenerūt a ierosolimis pphete antiochiā: et surgēs unus ex eis nomine agabus signficabat per spiritū famem magnā futurā in vniūso orbe terrarum: q̄ facta ē sub claudio. Discipli aūt pro ut q̄s habebat p̄posuerunt in ministeriū mittere habitantibus in iudea fratribus: quō et fecerūt mittentes ad seniores p manus barnabe et sauli.

Eodem autem tp̄e misit herodes rex manus: ut affligeret quosdam

de ecclesia. Occidit aūt iacobū fratrem
iohānis gladio: videns aūt q̄a placeret
iudeis apposuit app̄hendere et petrum.
Erāt aūt dies azimorꝫ. Quē cū appre-
hendisset misit in carcerem: tradensq;
quatuor quaternionibꝫ militū ad cu-
stodiendū eum: volens post pascha
producere eū ꝓplo. Et petrꝰ quidē serua-
batur in carcere: oratio aūt fiebat sine
intermissione ab ecclesia ad deū pro
eo. Cū aūt producturꝰ eū esset herodes:
in ip̄a nocte erat petrus dormiens inter
duos milites vinctꝰ cathenis duabꝫ:
et custodes ante ostium custodiebant
carcerem. Et ecce āgelus dn̄i astitit: ⁊
lumē refulsit ī habitaculo: ꝑcussoq; la-
tere petri excitauit eū dicens. Surge ve-
lociter. Et ceciderūt cathene de manibꝫ
eius. Dixit aūt āgelus ad eū. Precin-
gere: et calcia te caligas tuas. Et fecit
sic. Et dixit illi. Circunda tibi vestimen-
tum tuū: ⁊ sequere me. Et exiens seque-
batur eū: ⁊ nesciebat quia verū est quod
fiebat ꝑ angelū. Existimabat aūt se vi-
sum videre. Transeūtes aūt primā ⁊ se-
cundā custodiā venerūt ad portā fer-
ream q̄ ducit ad ciuitatē: que vltro a-
perta ē eis. Et exeūtes processerūt vicū
vnū: ⁊ continuo discessit angelus ab
eo. Et petrus ad se reuersus dixit. Nūc
scio vere quia misit dn̄s angelū suū: ⁊
eripuit me de manu herodis et de o-
mni expectatione plebis iudeorꝫ. Con-
sideransq; venit ad domū marie mr̄is
iohannis q̄ cognominatꝰ ē marcus:
vbi erāt mlti cōgregati ⁊ orātes. Pul-
sante aūt eo ad ostium ianue proces-
sit puella ad videndum nomine rode.
Et ut cognouit vocē petri pre gaudio
nō aperuit ianuā: sed introcurrēs nūci-
auit stare petrum āte ianuā. At illi di-
xerunt ad eam. Insanis. Illa autem
affirmabat sic se habere. Illi aūt dice-
bant. Angelꝰ eius ē. Petrꝰ aūt perseue-
rabat pulsans. Cū aūt aperuissent o-
stium: viderunt eū ⁊ obstupuerūt. An-
nuens aūt eis manu ut tacerent: nar-
rauit quomodo dn̄s eduxisset eum de
carcere. Dixitq;. Nūciate iacobo et fra-
tribꝫ hec. Et egressus abijt ī aliū locū.
Facta aūt die erat nō parua turbatio
inter milites: quidnā factū esset de pe-
tro. Herodes aūt cū requisisset eū ⁊ nō
inuenisset. inquisitione facta de custo-
dibus iussit eos duci: descendensq; a iu-
dea in cesareā: ibi cōmoratus est. Erat
aūt iratus tyrijs ⁊ sydonijs. At illi v-
nanimes venerūt ad eū: ⁊ ꝑsuaso bla-
sto qui erat sup̄ cubiculū regis postula-
bant pacem: eo q̄ alerentur regiones e-
orum ab illo. Statuto aūt die herodes
vestitus veste regia sedit ꝑ tribunali:
et cōcionabatur ad eos. Populꝰ aūt
acclamabat dei voces: ⁊ nō hominis.
Confestim aūt ꝑcussit eū angelꝰ dn̄i
eo q̄ nō dedisset honorem deo: ⁊ ꝯsum-
ptus a vermibus exspirauit. Verbū
aūt dn̄i crescebat ⁊ mlciplicabat̄. Bar-
nabas aūt ⁊ saulus reuersi sunt a ihe-
rosolimis expleto ministerio: assūpto
iohāne q̄ ꝯgnoīatꝰ est marcꝰ. xiii

Erant aūt in ecclesia q̄ erat antio-
chie prophete ⁊ doctores: ī q̄bus
barnabas. ⁊ symon q̄ vocabat̄ niger
et lucius cyrenensis. ⁊ manahen q̄ erat
herodis tetrarche collactaneus: ⁊ saulꝰ.
Ministrātibus aūt illis dn̄o ⁊ ieiunā-
tibus: dixit illis spiritꝰ sanctꝰ. Segre-
gate michi saulū ⁊ barnabā in opus
ad q̄d assumpsi eos. Tūc ieiunantes
et orantes imponentesq; eis manus:
dimiserūt illos. Et ip̄i quidem missi a
spiritu sancto abierūt seleuciā: et inde
nauigauerūt cyprū. Et cum venissent

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0575
powered by DWork • Heidelberg University Library

salaminā: p̄dicabāt verbū dei in syna-
gogis iudeoꝝ. Habebant aūt ⁊ iohan-
nem ī ministerio. Et cū pambulassent
uniūsam insulā usq; paphum: inue-
nerūt quendā virum magum pseudo
prophetā iudeū cui nomē erat bariehu:
q̄ erat cū procōsule sergio paulo viro
prudente. Hic accersitis barnaba ⁊ pau-
lo: desiderabat audire verbū dei. Resi-
stebat aūt illis elymas magus: sic enī
interp̄tatur nomen ei⁹: querens auerte-
re proconsulem a fide. Saulus aūt q̄
et paulus: replet⁹ spiritu sācto intuēs
in eū dixit. O plene om̄i dolo et om̄i
fallacia fili dyaboli· inimice oīs iusti-
tie: non desinis subuertere vias dn̄i re-
ctas? Et nūc ecce manus dn̄i sup̄ te: ⁊
eris cecus non videns solē usq; ad tem-
pus. Et ɔfestim cecidit ī eū caligo et te-
nebre: ⁊ circuiens querebat q̄ ei manū
daret. Tūc procōsul cū vidisset factum
credidit: ammirans sup̄ doctrina dn̄i.
Et cū a papho nauigassent paulus et
qui cū eo erāt: venerūt pergen pamphi-
lie. Iohānes aūt discedēs ab eis· reuer-
sus ē iherosolimā. Illi vero ꝑtranseun-
tes pergen venerūt antiochiā ⁊ psidie:
et ingressi synagogam die sabbatorū
sederūt. Post lectionē aūt legis et pro-
phetarū: miserūt principes synagoge
ad eos dicentes. Viri fratres: si quis
est in vobis sermo exhortationis ad
plebem dicite. Surgēs aūt paulus· et
manu silentiū indicens ait. Viri isra-
helite ⁊ qui timetis deū audite. Deus
plebis isrl̄ elegit p̄res nr̄os et plebē ex-
altauit cū essent incole ī terra egipti: et
ī brachio excelso eduxit eos ex ea: et per
quadragīta ānoꝝ temp⁹ mores eorū
sustinuit ī deserto. Et destruēs gentes
septē in terra chanaan sorte distribuit
eis terrā eoꝝ quasi post quadrīgentos
et quinquagīta annos: ⁊ post hec de-
dit iudices usq; ad samuel ꝓphetam.
Et exinde postulauerūt regē: ⁊ dedit il-
lis saul filium cis· virū de tribu benia-
min· ānis quadragīta. Et amoto il-
lo suscitauit illis dauid regem: cui testi-
moniū ꝑhibens dixit. Inueni dauid
filiū iesse virū scd̄m cor meū: qui faciet
om̄es volūtates meas. Hui⁹ deus ex
semine scd̄m promissionē eduxit isrl̄
saluatorē ihesum: p̄dicante iohanne
ante faciē aduētus ei⁹ baptismū peni-
tentie om̄i ꝑplo isrl̄. Cū impleret autē
cursum suū dicebat. Quem me arbi-
tramini esse nō sū ego: sed ecce veīt post
me: cui⁹ non sū dignus calciamenta
pedū soluere. Viri fr̄es· filij generis a-
braham ⁊ q̄ in vobis timent deū: vo-
bis verbum salutis huius missum est.
Qui enī habitabāt ihrl̄m ⁊ principes
eius hūc ignorātes ⁊ voces ꝓphetarū
que ꝑ om̄e sabbatū leguntur: iudicantes
impleuerunt. Et nullā causā mortis
inueniētes ī eo: petierunt a pilato ut in-
terficerent eū. Cunq; ɔsummassent oīa
que de eo scripta erant: deponentes eū
de ligno posuerunt eū in monumēto.
Deus aūt suscitauit eū a mortuis ter-
cia die: q̄ visus est ꝑ dies mstos hijs q̄
simul ascenderāt cū eo de galilea ī ihe-
rusalē: qui usq; nūc sunt testes ei⁹ ad
plebē. Et nos vobis ānūciam⁹ eam
q̄ ad p̄res nr̄os repromissio facta est:
qm̄ hanc deus adimpleuit filijs vestris
resuscitās ihesum sicut ⁊ in psalmo se-
cundo scriptū est. Filius me⁹ es tu: ego
hodie genui te. Quod aūt suscitauit
eum a mortuis amplius iam non re-
uersurum in corruptionem: ita dixit.
Quia dabo vobis sancta dauid fide-
lia. Ideoq; ⁊ alias dicit. Non dabis
sāctū tuū videre corruptionē. Dauid

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0576
powered by DWork • Heidelberg University Library

eni ī sua generatione cū āministrasset
voluntati dei: dormiuit et appositus ē
ad pr̄es suos: et vidit corruptionem.
Quē vero deus suscitauit nō vidit cor-
ruptionē. Notū igit̄ sit vobis viri fra-
tres: quia ꝑ hunc vobis remissio pec-
catoꝝ annūciatur ab om̄ibus: q̄bus
nō potuistis in lege moysi iustificari.
In hoc om̄is qui credit iustificat̄. Vide-
te ergo ne supueniat vobis qd̄ dictū ē
in prophetis. Videte cōtemptores et
āmiramini ⁊ disꝑdimini: q̄a opus o-
peror ego ī diebus vr̄is: opus qd̄ nō
creditis si q̄s enarrauerit vobis. Exeū-
tibus aūt illis: rogabāt ut sequēti sab-
bato loquerent̄ sibi verba hec. Cunqꝫ
dimissa esset synagoga. secuti sūt mul-
ti iudeoꝝ et colentiū deū aduenaꝝ pau-
lum et barnabam: q̄ loquētes suadebāt
eis ut ꝑmanerēt ī gratia dei. Sequēti
vero sabbato pene uniūsa ciuitas con-
uenit. audire verbū dei. Videntes autē
turbas iudei repleti sunt zelo: ⁊ contra-
dicebāt hijs que a paulo dicebant̄ blas-
phemantes. Tūc cōstanter paulus et
barnabas dixerūt. Vobis oportebat
primū loqui verbū dei: sed quoniā re-
pellitis illud ⁊ indignos vos iudica-
stis eterne vite: ecce conuertim̄ ad gen-
tes. Sic enim nobis precepit domin⁹.
Posui te in lucē gentiū ut sis in salu-
tem usqꝫ ad extremū terre. Audientes
aūt gentes gauise sūt: ⁊ glorificabāt
verbū domini: ⁊ crediderūt quotq̄t erāt
preordinati ad vitā eternā. Disseminabatur aūt verbum dn̄i ꝑ uniūsam
regionē. Iudei aūt ꝯcitauerunt mulie-
res religiosas ⁊ honestas et p̄mos ci-
uitatis: ⁊ excitauerūt ꝑsecutionē ī pau-
lum ⁊ barnabam: ⁊ eiecerunt eos de fi-
nibus suis. At illi excusso puluere pe-
dum ī eos venerūt yconiū. Discipli q̄ꝫ
replebantur gaudio et spiritu sancto.
Factū ē aūt ī yconio ut si- xiiij
mul introirent synagogam iu-
deorū ⁊ loquerent̄: ita ut crederet iude-
orū ⁊ grecorū copiosa mscitudo. Qui
vero increduli fuerunt iudei: suscitaue-
runt et ad iracundiā cōcitauerunt a-
nimas gentiū aduersus fratres. Mul-
to igit̄ tēpore demorati sūt fiducialit̄
agentes in dn̄o: testimoniū ꝑhibente
verbo gratie sue: dante signa ⁊ prodi-
gia fieri ꝑ manus eoꝝ. Diuisa ē autē
multitudo ciuitatis: ⁊ quidā quidem
erant cū iudeis: quidā vero cum apsis.
Cum aūt fact⁹ esset impetus gentiliū
et iudeorū cū principibus suis ut ꝯtu-
melijs afficerent ⁊ lapidarent eos: in-
telligentes confugerūt ad ciuitates ly-
caonie lystram ⁊ derben ⁊ uniuersam
in circuitu regionē: ⁊ ibi euāgelizātes
erant. Et quidā vir lystris infirm⁹ pe-
dibus sedebat claudus ex vtero mr̄is
sue: qui nūquā ambulauerat. Hic au-
diuit paulū loquētem. Qui intuit⁹ eū
et videns q̄a fidem haberet ut salu⁹ fie-
ret: dixit magna voce. Surge sup pe-
des tuos rectus. Et exiliuit: ⁊ ambula-
bat. Turbe aūt cū vidissent qd̄ fecerat
paul⁹: leuauerūt vocem suā lycaonice
dicentes. Dij similes facti hominibus
descenderunt ad nos. Et vocabāt bar-
nabam iouem: paulū vero mercuriū:
qm̄ ip̄e erat dux verbi. Sacerdos quo-
qꝫ iouis q̄ erat āte ciuitatem chauros
⁊ coronas ante ianuas afferens cum
ꝑsis: volebat sacrificare. Quod vbi
audierūt apsi barnabas ⁊ paul⁹ con-
cissis tunicis suis exilierūt in turbas:
clamantes ⁊ dicentes. Viri: quid hec
facitis? Et nos mortales sum⁹ simi-
les vobis homines. annūciantes vo-
bis ab hijs vanis conuerti ad deū viuū:

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0577
powered by DWork • Heidelberg University Library

qui fecit celū et terrā et mare ⁊ oīa que
in eis sunt: qui ī p̄teritis generatōnibꝫ
dimisit om̄es gentes ingredi vias su-
as. Et quidē nō sine testimonio semet-
ip̄m reliquit benefaciens: de celo dans
pluuias ⁊ tēpora fructifera: implens
cibo et leticia corda eoꝝ. Et hoc dicen-
tes vix sedauerūt turbas: ne sibi immo-
larent. Supuenerūt aūt quidā ab an-
tiochia ⁊ yconio iudei: ⁊ ꝑsuasis tur-
bis lapidātes paulū traxerūt extra ci-
uitatem: estimātes eū mortuū esse. Cir-
cundantibus aūt eū discipl̄is surgens
intrauit ī ciuitatē: ⁊ postera die profe-
ctus ē cum barnaba ī derben. Cūqꝫ eu-
angelizassent ciuitati illi ⁊ docuissent
m̄ltos: reuersi sūt lystram et yconium
et antiochiā ꝯfirmātes aīas discipl̄o-
rum. exortantesqꝫ ut ꝑmanerēt ī fide:
et qm̄ ꝑ multas tribl̄ationes oportet
nos intrare ī regnū dei. Et cū cōstituis-
sent illis ꝑ singl̄as ecclesias p̄sbiteros
et orassent cū ieiunatōnibus: cōmen-
dauerūt eos dn̄o ī quē crediderūt. Trās-
eūtesqꝫ psidiam venerūt ī pamphiliā:
et loquētes verbū dn̄i in pergen descen-
derunt in ytaliam et inde nauigaue-
runt antiochiam: vnde erant traditi
gratie dei in opus qd̄ cōpleuerūt. Cū
aūt venissent ⁊ cōgregassent eccl̄iam.
retulerūt quanta fecisset deꝰ cum illis:
et quia aperuisset gentibus ostium fi-
dei. Morati sunt autem tempus non
modicum cum discipulis. xv

Et quidā descendētes de iudea do-
cebant fratres: q̄a nisi circūcida-
mini sc̄dm morem moysi nō potestis
saluari. Facta ergo seditione non mi-
nima paulo ⁊ barnabe adūsus illos:
statuerūt ut ascenderēt paulus et bar-
nabas et quidā alij ex alijs ad apl̄os
et p̄sbiteros ī ihrl̄m: sup̄ hac questione.

Illi ergo deducti ab eccl̄ia ꝑtransibant
phenicem et samariā narrātes cōuersa-
tionē gentiū: ⁊ faciebāt gaudium ma-
gnū om̄ibus fratribus. Cū aūt venis-
sent iherosolimā suscepti sūt ab eccl̄ia
et ab apl̄is ⁊ senioribus: ānūciantes
quāta deꝰ fecisset cū illis. Surrexerunt
aūt quidā de heresi phariseorū q̄ credi-
derūt dicentes: q̄a oportet circūcidi eos:
precipere quoqꝫ seruare legē moysi. Cō-
uenerūtqꝫ apl̄i ⁊ seniores videre de ver-
bo hoc. Cū aūt magna ꝯquisitio fie-
ret: surgens petrus dixit ad eos. Viri
fratres: vos scitis qm̄ ab antiquis di-
ebus ī nobis elegit deus ꝑ os meū au-
dire gentes verbū euangelij et credere.
Et q̄ nouit corda deꝰ. testimoniū ꝑhi-
buit dans illis spiritū sanctum sicut
et nobis: ⁊ nichil discreuit inter nos ⁊
illos: fide purificās corda eoꝝ. Nunc
ergo q̄d temptatis deū. imponere iugū
sup̄ ceruices discipl̄oꝝ: qd̄ neqꝫ nos ne-
qꝫ p̄res nr̄i portare potuimus? Sed
ꝑ gratiā dn̄i ih̄u credimꝰ saluari quē-
admodū ⁊ illi. Tacuit aūt oīs m̄ltitu-
do: ⁊ audiebāt barnabā ⁊ paulū nar-
rantes quanta deꝰ fecisset signa ⁊ pro-
digia in gētibus ꝑ eos. Et postq̄ ta-
cuerūt: respōdit iacobus dicens. Viri
fratres audite me. Symon narrauit
quēadmodū p̄mū deus visitauit su-
mere ex gentibus ꝓpl̄m nomini suo: ⁊
huic concordant verba ꝓphetarū: sicut
scriptū ē. Post hec reuertar et reedifica-
bo tabernacl̄m dauid qd̄ decidit ⁊ diru-
ta eius reedificabo: ⁊ erigam illud: ut
requirāt ceteri hominū dn̄m ⁊ omnes
gentes super quas inuocatū ē nomen
meū dicit dn̄s faciens hec. Notū a se-
culo ē dn̄o opus suū. Propter quod
ego iudico nō inquietari eos q̄ ex gen-
tibus ꝯuertunt̄ ad deū: sed scribere ad

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0578
powered by DWork • Heidelberg University Library

eos ut abstineant se a contaminatio-
nibꝫ simulacroꝝ. et fornicatōne. et suf-
focatis et sāguine. Moyses enī a tem-
poribus ātiquis habet in singulis ci-
uitatibus q̄ eū p̄dicent in synagogis:
ubi per om̄e sabbatū legit̄. Tūc placuit
apl̄is et senioribus cum om̄i eccl̄ia eli-
gere viros ex eis ⁊ mittere anthiochiā
cum paulo ⁊ barnaba: iudam q̄ cogno-
minabat̄ barsabas ⁊ sylā viros p̄mos
ī fr̄ibꝫ: scribētes p̄ man⁹ eoꝝ. Apl̄i et se-
niores fr̄es: hijs q̄ sūt āthiochie ⁊ sirie
⁊ cilicie fr̄ibꝫ ex gentibꝫ salutē. Qm̄ au-
diuim⁹ q̄a q̄dā ex nobis exeūtes turba-
uerunt vos v̄bis. euertētes aīas vr̄as.
quibus nō mādauim⁹: placuit nobis
collectis in vnū eligere viros ⁊ mittere
ad vos cū carissimis nostris barnaba
et paulo: hominibus q̄ tradiderunt ani-
mas suas pro noīe dn̄i nostri ihesu
cristi. Misimus ergo iudā et sylam: q̄
et ip̄i vobis verbis referent eadē. Visū
est enī spiritui sancto et nobis. nichil
vltra imponere vobis oneris q̄ꝫ hec ne-
cessaria: ut abstineatis vos ab immo-
latis simulacroꝝ. ⁊ sanguine. suffoca-
to. et fornicatione: a quibꝫ custodiētes
vos bene ageris. Valete. Illi ergo di-
missi descenderūt antiochiā: ⁊ cōgrega-
ta mlt̄itudine tradiderūt ep̄lam. Quā
cū legissent: gauisi sūt sup̄ cōsolatōne.
Iudas aūt et sylas ⁊ ip̄i cū essent pro-
phete verbo plurimo cōsolati sunt fra-
tres: ⁊ confirmauerūt. Facto aūt ibi a-
liquāto tēpore: dimissi sunt cū pace a
fratribus ad eos q̄ miserāt illos. Vi-
sum ē aūt syle ibi remanere: iudas aūt
solus abijt ihr̄lm. Paulus aūt ⁊ bar-
nabas demorabātur antiochie: docen-
tes et euāgelizantes cū alijs pluribus
verbū dn̄i. Post aliquot aūt dies di-
xit ad barnabā paulus. Reuertentes
visitem⁹ fratres p̄ vniūsas ciuitates ī
quibus p̄dicauim⁹ v̄bū dn̄i: quomo-
do se habeant. Barnabas aūt volebat
secū assumere ⁊ iohānē: qui cognomi-
nabat̄ marcus. Paulus aūt rogabat
eū: ut qui discessisset ab eis de pamphi-
lia et nō isset cū eis: in opus nō debere
recipi. Facta est aūt dissensio. ita ut
discederent ab inuicē: ⁊ barnabas qui-
dem assūpto marco nauigaret cyprū.
Paulus aūt electo syla profect⁹ ē: tra-
ditus gratie dei a fratribus. Peram-
bulabat aūt siriam et ciliciā ꝯfirmās
ecclesiam precipiens custodire prece-
pta apostolorum et seniorū. Peruenit
autem in derben et lystram. xvi

Et ecce discipulus quidā erat ibi
noīe thimotheus: filius mulie-
ris vidue fidelis: pr̄e gentili. Huic te-
stimoniū bonū reddebāt qui ī lystris
erāt et yconio fratres. Hūc voluit pau-
lus secū p̄ficisci: ⁊ assumēs circūcidit
eum p̄pter iudeos qui erant ī illis locis.
Sciebāt enī om̄es: q̄ pater ei⁹ erat gēti-
lis. Cū aūt p̄trāsirēt ciuitates: trade-
bāt eis custodire dogmata q̄ erāt decre-
ta ab apl̄is et senioribus q̄ erāt ihero-
solimis. Et ecclesie quidē ꝯfirmabant̄
fide: ⁊ abundabant numero quotidie.
Trāseuntes aūt frigiam et galacie re-
gionē: vetati sūt a spiritu sancto loqui
verbū dei in asia. Cū venissent aūt in
misiam tēptabant ire in bithiniam:
et nō p̄misit eos spirit⁹ ihesu. Cū aūt
p̄transissent misiam descenderūt troa-
dem: et visio p̄ noctem paulo ostensa
est. Vir macedo quidā erat stans: et
dep̄cans eū et dicens. Trāsiens ī mace-
doniam adiuua nos. Vt aūt visum
vidit. statim quesiuim⁹ p̄ficisci ī ma-
cedoniā: certi facti q̄ vocasset nos de⁹
euangelizare eis. Nauigantes aūt a

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0579
powered by DWork • Heidelberg University Library

rosa recto cursu veniṁ samotraciā:
et sequēti die neapolim: et inde philippis
que ē prima partis macedonie ciuitas
colonia. Eramus aūt in hac urbe diebus
aliquot cōferentes. Die aūt sabbatoꝝ
egressi sumus foras portā iuxta flumen
ubi videbat oratio esse et sedentes lo-
quebamur mulieribus q cōuenerāt et que-
dam mulier nomine lidia purpuraria
ciuitatis thiathirenoꝝ colēs deū audi-
uit: cuius dñs aperuit cor intendere his
que dicebātur a paulo. Cū aūt baptiza-
ta esset et domus eius: deprecata ē dicens.
Si iudicastis me fidelē dño esse: introe
te in domū meā et manete. Et coegit
nos. Factū ē aūt euntibus nobis ad
orationē puellā quandā habentē spiri-
tum phitonem obuiare nobis: q quae-
stum magnū p̄stabat dñis suis diui-
nando. Hec subsecuta paulum et nos:
clamabat dicens. Isti homines serui dei
excelsi sunt: q anunciant vobis viam
salutis. Hoc aūt faciebat multis diebus.
Dolens aūt paulus et cōuersus spiritui dixit. Precipio tibi in noīe ihesu chri-
sti exire ab ea. Et exiit eadē hora. Vi-
dentes aūt dñi eius q̄a exiit spes quest⁹
oris: apprehendentes paulū et silam pduxerunt in forū ad principes: et offerentes
eos magistratibus dixerūt. Hi homines
conturbāt ciuitatē nrām cū sint iudei:
et annūciant morē quē nō licet nobis
suscipere neq facere cū simus romani.
Et concurrit plebs aduſ eos: et magi-
stratus scissis tunicis eoꝝ iusserūt eos vir-
gis cedi. Et cū multas plagas eis im-
posuissent miserūt eos i carcerē: p̄cipi-
entes custodi ut diligēter custodiret e-
os. Qui cū tale p̄ceptū accepisset misit
eos in interiorē carcerē: et pedes eorū
strinxit ligno. Media aūt nocte pau-
lus et silas adorantes laudabāt deū:
et audiebāt eos q i custodia erāt. Su-
bito vero terre mot⁹ factus est magn⁹:
ita ut moverentē fundamēta carceris.
Et statim aperta sunt oīa ostia: et
uniuſorū vincula soluta sūt. Expergē-
factus aūt custos carceris et videns ia-
nuas apertas carceris euaginato gla-
dio volebat se interficere: estimans fu-
gisse vinctos. Clamauit aūt paulus
voce magna dicēs. Nichil feceris tibi
mali. Vniuersi enī hic sumus. Petitoꝝ
lumine introgressus ē: et tremefactus
procidit paulo et sile ad pedes: et pro-
ducens eos foras ait. Domini: quid
me oportet facere ut saluus fiam? At
illi dixerunt. Credē in dñm ihesum: et
saluus eris tu et domus tua. Et locu-
ti sūt ei verbū dñi: cū oīnibus qui erant
in domo ei⁹. Et tollēs eos in illa hora
noctis lauit plagas eoꝝ: et baptizat⁹
est ipe et oīnis dom⁹ ei⁹ continuo. Cūq
pduxisset eos in domū suā apposuit
eis mēsam: et letatus ē cū omni domo
sua credēs deo. Et cū dies factus esset
miserunt magistratus lictores dicentes.
Dimitte homines illos. Nūciauit au-
tem custos carceris verba hec paulo: q̄a
misit mgātus ut dimittamī. Nunc
igit exeūtes ite i pace. Paul⁹ aūt dixit
eis. Cesos nos publice indēnatos ho-
mines romanos miserūt in carcerē: et
nūc occulte nos eiciūt? Nō ita: sed ve-
niant et ipi nos eiciāt. Nūciauerūt aūt
mgātibus lictores ūba hec. Timuerunt
q̄ audito q romani essēt: et venientes de-
p̄cati sūt eos: et eductos rogabāt ut e-
grederentē de urbe. Exeūtes aūt de carcere
introierūt ad lidiā: et visis fratribus
cōsolati sūt eos: et profecti sunt.

Cum aūt pambulassent amphi-
polim et apolloniā venerūt thes-
salonicā: ubi erat synagoga iudeorū.

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0580
powered by DWork • Heidelberg University Library

scdm cōsuetudinē aūt paul⁹ introiuit
ad eos: ⁊ ꝑ sabbata tria disserebat eis
de scripturis adaperiēs et insinuans
quia cristū oportuit pati et resurgere
a mortuis: ⁊ q̄a hic est ihesus cristus
quē ego ānuncio vobis. Et quidā ex
eis crediderunt: ⁊ adiūcti sūt paulo et
syle et de colētibꝫ gētilibus multitudo
magna: ⁊ mlieres nobiles non pauce.
Zelantes aūt iudei assumētesq; de vul-
go viros quosdā malos et turba fa-
cta cōcitauerūt ciuitatē: ⁊ assistentes do-
mui iasonis querebāt eos producere
ī ꝓplm. Et cū nō īuenissēt eos trahebāt
iasonem ⁊ quosdā frēs ad prīcipes ci-
uitatis clamātes: qm̄ hij q̄ vrbē cōci-
tāt et huc venerūt q̄s suscepit iason: ⁊
hij om̄es contra decreta cesaris faciūt
regē aliū dicentes esse ihesum. Cōcita-
uerūt aūt plebem et prīcipes ciuitatis
audiētes hec: ⁊ accepta satisfactione a
iasone ⁊ a ceteris dimiserunt eos. Fra-
tres vero ꝯfestim ꝑ noctem dimiserunt
paulū ⁊ sylam ī beroam. Qui cū venis-
sent: in synagogam iudeoꝝ introierūt.
Hij aūt erāt nobiliores eoꝝ q̄ sūt thes-
salonice: q̄ susceperunt verbū cū omni
auiditate: quotidie scrutantes scriptu-
ras si hec ita se haberēt. Et msti q̄dem
crediderūt ex eis et mulierū gentiliū ho-
nestaꝝ: et viri nō pauci. Cū aūt cogno-
uissent ī thessalonica iudei q̄a et beroe
predicatū ē a paulo verbū dei: venerūt
et illuc cōmouētes ⁊ turbātes multitu-
dinē. Statimq; tūc paulū dimiserunt
fratres: ut iret usq; ad mare. Sylas
aūt ⁊ thimotheus remāserūt ibi. Qui
aūt deducebāt paulū ꝑduxerūt eū usq;
ad athenas: ⁊ accepto mandato ab eo
ad sylam ⁊ thimotheū ut q̄ celeriter ve-
nirent ad illum profecti sūt. Paulus
aūt cū athenis eos exspectaret incitabat̄
spiritus eius ī ipo: videns ydolatrio de-
ditam ciuitatē. Disputabat igit̄ in sy-
nagoga cū iudeis ⁊ colētibus: ⁊ ī foro
per om̄es dies ad eos q̄ audierāt. Qui-
dam aūt epicurei ⁊ stoici philosophi
disserebāt cū eo: ⁊ quidā dicebāt. Quid
vult seminiuerbius hic dicere? Alij
vero: nouorū demonioꝝ videt̄ ānun-
ciator esse: q̄a ihesum ⁊ resurrectionem
annūciabat eis. Et apphensū eum ad
ariopagū duxerunt dicētes. Possum⁹
scire que ē hec noua q̄ a te dicit̄ doctri-
na? Noua enī quedā infers auribus
nr̄is. Volum⁹ ergo scire quidnam ve-
lut hec esse. Atheniēses aūt omnes ⁊
aduene hospites ad nichil aliud vaca-
bant: nisi aut dicere aut audire aliq̄d
noui. Stans aūt paulus ī medio ari-
opagi ait. Viri athenienses ꝑ omnia
quasi suꝑstitiosos vos video. Prete-
riens enim et videns simulacra vestra:
inueni et arā ī qua scriptū erat. Igno-
to deo. Quod ergo ignorātes colitis:
hoc ego ānuncio vobis. Deus q̄ fecit
mundū et om̄ia q̄ in eo sunt: hic celi
et terre cū sit deus nō manufactis tem-
plis inhabitat: nec manibꝫ humanis
colitur indigēs aliquo cū ipe det om̄i-
bus vitā ⁊ inspirationem et omnia: fe-
citq; ex uno om̄e gen⁹ hominū inhabi-
tare sup uniūsam faciē terre: definiens
statuta tēpora ⁊ terminos habitatio-
nis eorū querere deū, si forte attractent
eū aut inueniāt: quāuis nō longe sit
ab unoquoq; nr̄m. In ipo enim viui-
mus et mouemur ⁊ sum⁹: sicut et qui-
dam vr̄orū poetarū dixerūt. Ipi⁹ enim
et gen⁹ sum⁹. Gen⁹ ergo cū simus dei:
nō debemus estimare auro et argēto
aut lapidi sculpture artis ⁊ cogitatio-
nis hominis diuinum esse simile. Et
tēpora quidē hui⁹ ignorātie despiciēs



Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0581
powered by DWork • Heidelberg University Library

deꝰ · nūc annūciat hominibꝫ ut omnes
ubiq; penitentiā agant: eo q̄ statuit
diem ī quo iudicaturꝰ ē orbem in equi-
tate in viro ī quo statuit · fidē prebens
omnibus: suscitās eū a mortuis. Cum
audissent aūt resurrectionē mortuoꝝ:
quidā quidē irridebāt: quidā vero di-
xerunt. Audiemꝰ te de hoc iterū. Sic
paulus exiuit de medio eoꝝ. Quidam
vero viri adherentes ei crediderunt: in
q̄bus et dionisius ariopagita et muli-
er noīe damaris: ⁊ alij cū eis. xviij

Post hec egressus ab athenis venit
corinthū: ⁊ inueniens quendam
iudeum noīe aquilā ponticū genere
qui nup venerat ab ytalia et priscillā
uxorem eiꝰ eo q̄ precepisset claudiꝰ dis-
cedere omnes iudeos a roma accessit
ad eos: ⁊ q̄a eiusdem erat artis mane-
bat apud eos ⁊ operabat̄. Erant autē
scenofactorie artis. Et disputabat in
synagoga p̄ omne sabbatū interponēs
nomen dñi ihesu suadebatq; iudeis et
grecis. Cū venissēt aūt de macedonia
sylas et thimotheus: instabat ūbo pau-
lus testificans iudeis esse cristū ihesum.
Cōtradicētibus aūt eis et blasphemā-
tibus: excutiēs vestimēta sua dixit ad
eos. Sanguis vester sup caput vestrū.
Mūdus ego ex hoc ad gētes vadam.
Et migrās inde · intrauit in domū cu-
iusdam noīe tyti iusti colētis deū: cuiꝰ
domus erat cōiuncta synagoge. Cri-
spus autē archisynagogus credidit
dño cū omni domo sua: ⁊ multi corin-
thiorū audiētes credebāt ⁊ baptizabā-
tur. Dixit aūt dñs nocte p̄ visionem
paulo. Noli timere: sed loquere ⁊ ne ta-
ceas. Propter qd̄ ego sum tecum: ⁊ ne-
mo apponet̄ tibi ut noceat te: quoniā
ꝑplus ē michi mlcus ī hac ciuitate. Se-
dit aūt ibi annū ⁊ sex menses: docens
apud eos ūbū dei. Gallione aūt pro-
cōsule achaie insurrexerūt uno aīo iu-
dei in paulū: ⁊ adduxerūt eū ad tribu-
nal dicētes: q̄a cōtra legem hic persua-
det hominibꝫ colere deū. Incipiēte au-
tem paulo aperire os: dixit gallio ad
iudeos. Si q̄dē esset iniquū aliq̄d aut
facinus pessimū o viri iudei rectē vos su-
stinerem: si vero questiones sūt de ūbo
et nominibꝫ legis vr̄e: vos ipi videritis.
Iudex ego horū nolo esse. Et emina-
uit eos a tribunali. Apphendētes aūt
omnes soschenen pricipē synagoge per-
cutiebāt eum āte tribunal: ⁊ nichil eoꝝ
gallioni cure erat. Paulus vero cum
adhuc sustinuisset dies mlcos: fratri-
bus valefaciens nauigauit siriā ⁊ cū
eo priscilla et aquila: q̄ sibi totonderat
in cenchris caput. Habebat enī votū.
Deueniq; ephesum: ⁊ illos ibi reliquit.
Ipe vero ingressus synagogā dispu-
tabat cū iudeis. Rogantibus autē eis
ut āpliori tēpore maneret nō ꝯsensit:
sed valefaciēs ⁊ dicēs iterū reuertar ad
vos deo volēte: ꝓfectꝰ ē ab epheso. Et
descendēs cesareā ascendit et salutauit
ecclesiā: ⁊ descendit antiochiam. Et fa-
cto ibi aliquāto tēpore profectus ē · pe-
rambulās ex ordine galatiā regionē
et frigiam: ꝯfirmās omnes discipulos.
Iudeꝰ aūt quidā appollo noīe alexan-
drinus natōne vir eloquēs deuenit e-
phesum: potēs in scripturis. Hic erat e-
doctus viā dñi: ⁊ feruens spiritu loque-
batur ⁊ docebat diligēter ea q̄ sūt ihesu:
sciens tantū baptisma iohannis. Hic
ergo cepit fiducialiter agere ī synago-
ga. Quē cū audissent priscilla ⁊ aqui-
la assumpserūt eū: ⁊ diligentius expo-
suerūt ei viam dñi. Cum aūt vellet ire
achaiam: exhortati fr̄es scripserūt disci-
plis ut susciperent eū. Qui cū venisset:

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0582
powered by DWork • Heidelberg University Library

cōtulit multū hijs q̄ crediderūt. Vehe-
menter enī iudeos reuīcebat: publice o-
stendēs per scripturas esse cristū ihesum.
Factum ē aūt cū appollo xix
esset corinthi: ut paul⁹ peragratis
superioribꝫ partibus veniret ephesū: ⁊
inueniret quosdā discipulos. Dixitq̄
ad eos. Si spiritū sāctū accepistis cre-
dentes? At illi dixerunt ad eū. Sed ne-
q̄ si spiritus sanct⁹ est audiuim⁹. Ille
vero ait. In quo ergo baptizati estis?
Qui dixerunt. In iohānis baptismate.
Dixit aūt paulus. Iohānes baptiza-
uit baptismo penitētie ꝓplm dicens in
eo q̄ vēturus esset post ipm ut crederēt:
hoc ē in ihesum. Hijs auditis: baptiza-
ti sunt in noīe dñi ihesu. Et cū impo-
suisset illis manus paulus: veīt spiri-
tus sanct⁹ sup̄ eos ⁊ loquebantur lin-
guis: ⁊ ꝓphetabāt. Erant aūt omnes
fere viri duodecī. Introgressus aūt sy-
nagogā cū fiducia loquebat̄ per tres
menses: disputās et suadēs de regno
dei. Cum aūt quidā indurarent̄ et nō
crederēt maledicētes viam dñi coram
mlticudine: discedens ab eis segrega-
uit discipulos: quotidie disputās in
scola tyranni cuiusdā. Hoc aūt factū
est p̄ biennium: ita ut q̄ habitabāt in
asia audirēt verbū dñi iudei atq̄ gen-
tiles. Virtutesq̄ nō quaslibet faciebat
de⁹ p̄ manū pauli: ita ut etiā sup̄ lan-
guidos deferrent̄ a corpore ei⁹ sudaria
et semicincia ⁊ recedebāt ab eis lāguo-
res: ⁊ spiritus neq̄ egrediebātur. Tem-
ptauerūt aūt quidā et de circūeuntibꝫ
iudeis exorcistis inuocare sup̄ eos qui
habebāt spiritus malos nomen dñi
ihesu cristi dicentes. Adiuro vos p̄ ihe-
sum quē paulus p̄dicat. Erāt aūt cu-
iusdā sceue iudei prīcipis sacerdotū se-
ptem filij: qui hoc faciebāt. Respōdens
aūt spiritus neq̄ dixit eis. Ihesum no-
ui: et paulū scio. Vos aūt q̄ estis? Et
insiliēs homo ī eos in quo erat demo-
uium pessimū et dñatus amborū: in-
ualuit ꝯtra eos: ita ut nudi ⁊ vulnera-
ti effugerent de domo illa. Hoc aūt no-
tum factū ē omībus iudeis atq̄ genti-
libꝫ q̄ habitabāt ephesi: et cecidit timor
sup̄ omēs illos: et magnificabat̄ no-
men dñi ihesu. Multiq̄ credētiñ venie-
bant cōfitentes ⁊ ānūciantes actus su-
os. Multi aūt ex eis qui fuerāt curio-
sa sectati cōtulerūt libros ⁊ cōbusserūt
omēs corā omībus: ⁊ cōputatis pre-
cijs illorꝫ inuenerunt pecuniā denario-
rum quinquaginta miliū. Ita fortiter
crescebat verbū dei ⁊ cōfirmabat̄. Hijs
aūt expletis ꝓposuit paulus ī spiritu
transita macedonia et achaia ire ihe-
rosolimā dicēs: quoniā postq̄ fuero
ibi: oportet me et romam videre. Mit-
tens aūt in macedoniā duos ex mini-
strātibus sibi thimotheū et erastū: ipe
remāsit ad tempus ī asia. Facta ē aūt
illo tp̄e turbatio nō minima de via do-
mini. Demetrius enī quidam noīe ar-
gentarius faciēs edes argenteas dya-
ne p̄stabat artificibus nō modicum
questū: q̄s cōuocās ⁊ eos qui eiusmo-
di erāt opifices dixit. Viri scitis q̄a de
hoc artificio ē nobis acq̄sitio: et vide-
tis et auditis q̄a nō solū ephesi sed pe-
ne totius asie paul⁹ hic suadēs auer-
tit multā turbā dicēs: qm̄ nō sunt dij
qui manibus fiūt. Non solū autem
hec periclitabit̄ nobis pars ī redargu-
tionem veīre: sed et magne dyane tem-
plū in nichilū reputabit̄: et destrui in-
cipiet maiestas ei⁹ quā tota ⁊ orbis a-
sia colit. Hijs auditis repleti sunt ira:
et exclamauerūt dicentes. Magna dy-
ana ephesiorū. Et impleta est ciuitas

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0583
powered by DWork • Heidelberg University Library

cōfusione: et impetū fecerunt uno animo ī theatrū rapto gaio ⁊ aristarcho macedonibꝫ comitibꝫ pauli. Paulo aūt volēte intrare ī ꝓplm nō ꝑmiserūt discipuli. Quidā aūt et de asie principibus q̄ erāt amici eiꝰ miserūt ad eū: rogātes ne se daret ī theatrū. Alij aūt aliud clamabāt. Erat enī ecclesia confusa: ⁊ plures nesciebant qua ex causa cōuenissent. De turba aūt detraxerūt alexandrū: ꝓpellētibus eū iudeis. Alexander aūt manu silētio postulato: volebat rationē reddere ꝓplo. Quē ut cognouerūt iudeum esse: vox facta est una omīiū q̄si ꝑ horas duas clamantium. Magna dyana ephesioꝝ. Et cū sedasset scriba turbas dixit. Viri ephesij: q̄s enī est hoīm q̄ nesciat ephesioꝝ ciuitatē cultricē esse magne dyane iouisq; prolis? Cū ergo hijs contradici nō possit oportet vos sedatos esse: et nichil temere agere. Adduxistis enim homines istos: neq; sacrilegos neq; blasphemātes deā vr̄am. Qd̄ si demetrius et q̄ cum eo sūt artifices habent aduersus aliquē causā: conuentus forenses agūtur ⁊ procōsules sunt: accusent inuicē. Si q̄d aūt alteriꝰ rei queritis: ī legitima ecclesia poterit absolui. Nā et periclitamur argui seditionis hodierne: cū nullus obnoxius sit de quo possimꝰ reddere ratōnē ꝯcursꝰ istiꝰ. Et cū hec dixisset dimisit ecclīā. xx

Postq̄ aūt cessauit tumlꝰ: vocatis paulus discipl̄is ⁊ exhortatus eos valedixit: et profectꝰ ē ut iret ī macedoniā. Cū aūt ꝑambl̄asset partes illas et exhortatus eos fuisset multo sermone venit ad greciam: ubi cū fecisset mēses tres facte sūt illi insidie a iudeis nauigaturo in siriā: habuitq; cōsiliū ut reūteretur ꝑ macedoniā comitatus est aūt eū sosipater pirriberoensis: thessalonicensiū vero aristarchus et scd̄s et gaius derbeus et thimotheus: asiā vero tichicus ⁊ trophimus. Hij cū precessissent sustinuerūt nos troade: nos vero nauigauimus post dies azimorum a philippis ⁊ venimꝰ ad eos troadem in diebꝫ quinq;: ubi demorati sumus diebꝫ septē. Vna aūt sabbati cū venissemus ad frangendū panē paulus disputabat cū eis ꝓfecturꝰ in crastinum: protraxitq; symonē usq; in mediam noctē. Erant aūt lampades copiose in cenacl̄o: ubi eramꝰ cōgregati. Sedēs aūt quidā adolescēs nomine euthicꝰ sup fenestrā: cum mergeret̄ somno graui disputāte diu paulo ductꝰ somno cecidit de tercio cenacl̄o deorsū: et sublatus est mortuꝰ. Ad quem cū descendisset paulus incubuit sup eū: ⁊ complexus dixit. Nolite turbari. Anima enim ipīꝰ in ipo est. Ascendēs autē frāgensq; panem ⁊ gustās: satisq; allocutꝰ est usq; in lucē: ⁊ sic ꝓfectus est. Adduxerūt aūt puerū viuentē: ⁊ cōsolati sunt non minime. Nos autem ascendētes nauigauimꝰ in asson: inde suscepturi paulū. Sic enim disposuerat: ipe ꝑ terrā iter facturꝰ. Cū aūt ꝯuenissemus in asson: assumpto eo venimus mitilenem. Et inde nauigantes sequēti die venimus ꝯtra chium: ⁊ alia die applicuimꝰ samū: et sequenti die veīmꝰ miletū. Proposuerat enim paulus trāsnauigare ephesū: ne qua mora illi fieret in asia. Festinabat enim si possibile sibi esset: ut diē penthecosten faceret iherosolimis. A mileto autem mittēs ephesū vocauit maiores natu ecclīe: q̄ cū venissent ad eū ⁊ simꝰ essēt: dixit eis. Vos scitis a prima die qua ingressus sū in asiā q̄liter vobiscū per

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.17/0584
powered by DWork • Heidelberg University Library

omne tempus fuerim seruiens dño cũ
omni humilitate ⁊ lacrimis ⁊ tẽptati-
onibus q̃ michi acciderũt ex insidijs
iudeoꝝ: quomodo nichil subtraxerim
vobis vtiliũ: quominus ãnũciarem
vobis et docerẽ vos publice et per do-
mos: testificãs iudeis atq; gentilibus
in deũ penitẽtiam et fidẽ in dñm nr̃m
ihesum xpistũ. Et nũc ecce alligat⁹ ego
spiritu vado in ihrlm q̃ in ea vẽtura
sint michi ignorãs: nisi q̃ spiritꝰ san-
ctus p̃ oñes ciuitates michi protesta-
tur dicẽs: q̃m vincula et tribulatiões
ihrosolimis me manent. Sed nichil
horũ vereor: nec facio aiam meã p̃cio-
siorem q̃ me: dũmodo cõsummem cur-
sum meũ et ministeriũ verbi q̃d accepi
a dño ihesu testificari euãgeliũ gratie
dei. Et nũc ecce ego scio q̃a amplius
nõ videbitis faciẽ meã: vos oñes per
quos trãsiui p̃dicans regnũ dei. Qua-
